



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas**

**Reding, Augustin**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

Articulus I. De Romani Pontificis erga Reges ac Principes sæculares  
authoritate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38717**

# ARTICULUS I.

## De Romani Pontificis erga Reges ac Principes seculares Autoritate.

S. I.

1. **A**usa hujus statum præliminariter exponit Author Regalis Sacerdotij lib. 1. §. 1. asseverando, quod prima Parisiensis propositio omnem in Reges potestatem adimat Vicario Christi, jubeatque unâ clave contentum, quâ cælum aperit, alteram terræ destinatam Regibus relinquere, cum tamen cælestium tanta sit cum terrestribus conjunctio, ut Principes eodem sceptro, quo Regna moderantur, Religionem simul, fidemque aut concutiant, aut custodiant. Quemadmodum igitur ægro corpore, anima quoque laborat, nec operationibus naturæ congruis defungi potest: sic agrâ, corruptâque Republicâ, non potest Religio florere, quod nimium demonstrant exempla eorum Principatum, in quibus ex Principum erroribus, inertia, mutationeque Religionis, eadem mala in populos derivata sunt, & tandem cum animarum tantâ, æternaque clade, fides Catholica penitus deleta. Non potuit ergo Summo Ecclesiæ Pastori una potestas sine alterâ concedi, spiritalis videlicet sine temporalis, cum unam sine altera tueri non possit.


2. Subdit idem Author, hanc tamen Summi Pontificis in Reges potestatem non esse directam, & ordinariam, idque probat ipsorum Pontificum confessio: Nicolai scilicet I. in Epist. 8. ad Michaelem Imperatorem. Stephani Papæ VI. in Epist. ad Basiliam Imperatorem. Gregorii II. ad Leonem I. sauricum Imperatorem. Item Alexandri III. relati in Cap. 7. De appellat. Et Cap. 7. Qui filij sint legitimi.

3. Summi Pontificis indirectam erga Reges auctoritatem sacri adversus hæreticos vindicati Concilij Tridentini Inextincta Veritas to 3. in præfatione sic explicat, ut illius Author probabiliter habeat sibi persuasum, à Clero Gallicano haudquaquam fuisse inentum, quod eam erga Reges Apollolicam auctoritatem penitus denegaret Romano Pontifici, sed quod illa dicti Cleri declaratio ad eum esset reducenda statum, quem sacra Scriptura simul & ratio ibidem expolita suggerit. De quo inferius in finali hujus Articuli Corollario disserendi major occurret opportunitas. Interea, quam in præfati Articulo discutiendam suscipimus propositionem, sub hisce formalibus verbis expressam accipe.

4. Beato Petro, ejusque successoribus Christi Vicarij, ipsiusque Ecclesiæ, rerum spiritualium, & ad æ-

ternam salutem pertinentium, non autem civilium, aut temporalium à Deo tradita est potestas, dicente Domino: Regnum meum non est de hoc mundo. Et iterum. Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo; ac proinde stat illud Apostolicum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdit a sit: non enim est potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt: itaq, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Reges ergo & Principes in temporalibus nulli Ecclesiasticæ potestati Dei ordinatione subijciuntur, neq, auctoritate clavium Ecclesiæ directè, vel indirectè deponi, aut illorum subditi à fide, atq, obedientia, ac præstatio fidelitatis Sacramento solvi possunt. Eaq, sententia publicæ tranquillitati necessaria, nec minus Ecclesiæ quàm Imperio utilis, & Verbo Dei, Patrumq, traditioni, & Sanctorum exemplis consona omnino retinenda est.

Circa quam proinde propositionem sequentes hic occurrunt disquisitiones, accuratiori methodo Theologica discutiendæ. Prima; Vtrum, & in quantum ex sacris Litteris demonstrari possit Romani Pontificis in Reges auctoritas Apostolica? Secunda; In quantum hæc potestas ostendatur ex sacris Canonibus? Tertia; In quantum ex sacris Concilijs? Quarta; In quantum ex historijs Ecclesiasticis, atq, Summorum Pontificum? Quinta; Qualiter ex Patribus, Doctoribusque Ecclesiæ probetur? Sexta; Quid ratio valeat pro evincendo isthoc intento?



### DISQUISITIO I.

Vtrum, & in quantum ex sacris Litteris demonstrari possit Romani Pontificis erga Reges auctoritas Apostolica?

S. I.

1. **A**D veritatis centrum majori cum energiâ eruendum, secundum methodum Scholastico Theologicam, plurimum juvat, aliorum Doctorum sententias in prima cujusque disquisitionis fronte proponere, ac super argumentis tum adversariorum, tum nobiscum sentientium Theologorum talem facere reflectionem, ut ex intimo rei propositæ fundamento veritas tandem possit erui, ac magis stabiliri. In quem finem hic ponimus ob oculos, quæ Author tract. de libert. Ecclesiæ Gallicanæ lib. 4. cap. 3. expendit sub ista quæstione: An scilicet Verbo Dei consona sit sententia; Reges in temporalibus ab omni Ecclesiastica potestate omnino subducens? Cujus quæstioni resolutionem sequen-

Auctoritas  
Cathedræ  
Apostolica  
CMI  
B.

quentem adfert *præstat* Author. Meum non est (inquiens) certos limites præfigere alterius potestati: hoc tantum probare contendit, non posse Principes, etiam in temporalibus, prout ordinem habent ad spiritualia, omnino Ecclesiasticæ potestati subdici. Sed qui veras olim libertates Ecclesiæ Gallicanæ coram Philippo VI. Rege Francorum Anno 1329. tantâ cum laude propugnat Petrus Bertrandi Episcopus Eduenſis tractatu de origine jurisdictionum quæst. 3. respondet; Ad tertiam rationem, inquit, de Christo, qui obsecit à se, ut dicant, omnem jurisdictionem temporalem, dicendam est. quid, qui dicit, Christum non habuisse omnem potestatem secularem, seu temporalem & spirituales, contradicit ejus verbo Matth. ult. cap. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Et Apocal. 1. dicitur Princeps Regum recet. Et infra; Veruntamen quia principaliter venerat nos redimere, & salvare, quasi omnes alius ejus resabantur circa emendationem nostram, & pauci, aut nulli circa exercitium cupulæque jurisdictionis; non quid utramque potestatem non haberet, sed ut saluti nostre totaliter se impenderet, sicut dicit Ioan. 3. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut salvet mundum, sed ut salvet mundum per ipsum. Expleto autem sacramento nostre salutis per mortem Christi, & ejus resurrectionem, Christus commisit Petro regimen tantum, quantum necessarium erat, & expediebat, cum regimine Ecclesiæ. Et quia utraque potestas temporalis, & spiritualis est ad hoc necessaria, ideo utramque potestatem commisit Petro.

3. Qui ergo dixit Ioan. 18. quod primo loco in declaratione refertur; Regnum meum non est de hoc mundo, dixit Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra: Eunt ergo docete omnes gentes. Itaque cum verum vero contrarium non sit, multo minus prima & suprema veritas, sibi ipsi; duo hæc oracula ita concilianda sunt, prout utriusque circumstantia pollulant. Christus, cum hæc verba proferret, Regnum meum non est de hoc mundo, ad mentem Pilati respondebat interrogantis, an esset Rex Judæorum, ejusmodi scilicet, quales extiterunt Saul, David & alij, qui per se ipsos populum regebant in rebus politicis, bella gerebant, & cetera omnia implebant Principis secularis munia. In eo igitur sensu negavit Christus, Regnum suum esse de hoc mundo. At verò cum Apostolis officium imponeret docendi, & baptizandi, ne dubitarent, collatam cum officio plenam auctoritatem, quæcumque ad spirituale regimen necessaria essent, præstandi, non solum in celo, sed & in terra datâ sibi omnè sine exceptione potestatem asseruit. Ex primis enim verbis, data est mihi omnis potestas in celo & in terra, quasi concludendo infert: Eunt ergo &c. quia potestas Ecclesiastica dicitur ac præcipue circa spiritualia refertur, circa temporalia autem non nisi, quatenus spiritualia requirunt.

3. Itaque Apostoli, eorumque successores ex Dei ordinatione Regalia officia non exercent, atque adeo rectissime cum Christo dicunt; Regnum meum non est de hoc mundo. Hinc tamen nullâ legitimâ consequentiâ infertur,

non posse Christi Vicarios, & Apostolorum successores, Reges & Principes, præsertim cum jam per characterem baptismalem Ecclesiæ filij facti sunt, eique subditi, si fidei ac Religioni perniciem afferunt, monere, compescere, ac medijs congruentibus, & efficacibus impedire, ne potestate temporali abutantur contra Supremi Regis cultum, & obsequium. Nec in hoc Reges, sed Apostolorum & Pastores agunt. Unde qui hanc Ecclesiæ potestatem impugnant, æquivocatione colorem suæ sententiæ obducunt, quasi potestas Ecclesiæ ad arcendos ab evertendâ Religione Principes sibi per baptismum subiectos, etiam per absolutionem subditorum à juramento fidelitatis, deficientibus alijs remedijs, idem esset, quod posse Regna sibi adscribere, atque instar Principum ipsorum regnare.

4. Addunt secundo Illustissimi Antistites, dictum esse à Domino, Reddite, que sunt Cesaris, Cesaris, & que sunt Dei, Deo. Matth. 22. 7. 21. sed illius oraculi primam partem secunda exponit. Quis enim negat, reddenda esse, que sunt Cesaris, Cesaris, dummodo reddantur, que sunt Dei, Deo, quorum alterum alteri contrarium non est, licet hominum vitio intervertantur. Verum si Cesar non solum, quæ Dei sunt, Deo non reddat, sed subditos etiam locos à fide solemniter Deo promissâ revocet, ac per vim retrahat, nonne poterit, qui Dei vice fungitur, nisi aliunde mala graviora timeantur, fidelibus declarare, obediendum Deo magis, quam hominibus, juxta oraculum Principis Apostolorum. Act. 5.

At, inquit, hinc tantum sequi, non esse parendum Principi aliquo contra Deum præcipienti, non autem propterea in alijs ab ejus obedientia recedendum, cum utriusque factus fieri possit; si, ut Christianos decet, bonorum, aut etiam vitæ salutem patiantur, ne vel Deum offendant, vel à Principe delinquant. Laudabile quidem id foret. Sed quotusquisque nunc est, qui tanto Christi amore incensus, tanto rerum temporalium, ac vitæ contemptu præditus sit, ut paupertatis, exilij, ac mortis metu à Dei servitio non deterreatur, cum tot videamus minora mala reformidantes, aut caduca bona sperantes ad Principum, quam ad Dei mandata promptiores. Nonne igitur, ut innoceorum hominum ruina occurreretur, liceret Ecclesiæ, Christiano Principi, pluries monito, contumaci, & incorrecto potestatem nocendi adimere, ac populos ab ejus tyrannide subducere, si hoc sine majorum malorum periculo fieri posset?

6. Profertur caput 13. Epistola B. Pauli ad Romanos, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c. Sed seipsem et Apostolus explicat, addens; nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali, vis autem non timere potestatem, bonum fac? & habebis laudem ex illa: Deo enim minister est tibi in bonum, &c. Quid ergo si Principes sint timori boni operis, non mali? Si timenda sit potestas bonum facientis? Si diaboli minister sit in malum?

g. II.

§. II.

## Referuntur ac expenduntur

Adversariorum argumenta, unâ cum  
responsionibus, & conclusione su-  
per iisdem reflexivâ.ARGUMENTVM I.  
Adversariorum.

7. **E**X parte Cleri Gallicani licet 1. argumen-  
tari. Regia potestas immediatè subsistit  
ex Dei ordinatione, juxta illud Rom. 13. *Omnis  
anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non  
est enim potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo,  
ordinata sunt; Itaque qui potestati resistit, Dei or-  
dinationi resistit.* Ad quam Dei ordinationem  
utrique respiciebat Christus Matth. 22. præci-  
piens: *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ  
sunt Dei, Deo.* Eadem ex ratione Petrus 1. *suæ Ep-  
istolæ cap. 2.* jussit: *Obedite Regibus etiam dyfco-  
lis.* Nequit ergo Pontifex Imperium Regibus  
abrogare, maximè cum eum dyfcoli Prin-  
cipes tolerandi sint in tantum, ut oporteat,  
ipsis obedire.

Responsio.

8. **A**uthor Regalis Sacerdotij præf. §. 18. n. 2.  
respondet. Isthæc universa verissima esse  
ordinariè, ac pro casu, de quo loquuntur illi sa-  
cri textus, ut nemo videlicet subditorum, ob-  
tentu Republicæ malè administratæ, possit in  
suos Principes insurgere, absurdissimum enim  
videri, & plenum latrocinijs, singulis privato-  
rum aut ignorantia, aut odio, aut cupiditate  
correctis, arbitrium & Jus in suum Principem  
committere, hoc enim remedium esse extre-  
mis periculis reservatum, nec aliâ, quam Pon-  
tificis Maximi manu applicandum, de quo  
proinde textus citatos nihil loquit, & ideo  
nihil probare, cum non possint magis pro-  
bare, quam loquantur.

Objeccio.

9. **I**nstabit pars adversa, ut exprimat casus  
ille extraordinarius, quo per sacras Scriptu-  
ras liceat Summo Pontifici insurgere suâ au-  
thoritate in sæculares Principes.

Responsio.

10. **H**oc sequentibus paragraphis ex Antiqui-  
ac Novi Fœderis tabulis ostendetur, in  
præsenti autem sufficiat demonstrare, sacros  
textus ex adversa parte allegatos præsentis  
questionis instituto haud officere, sed e contra  
intentioni nostræ non parum deservire. Ex ijs  
equidem Divinis oraculis firmum stat princi-  
pium, quod Regia potestas subsistat ex Deo,  
sitque constituta ex Dei ordinatione, atque  
adeo autoritas illa sit *Juris Divini*. Athinc mi-  
nimè infertur, Regiam potestatem tempora-  
lis regiminis spherâ circumscriptam, licet ipso  
Jure Divino sit constituta, non tam ex se for-  
maliter, quam quoad sui morale exercitium atq; sub-  
stantiam in nullo etiam extraordinario casu sub-  
jacere Apostolicæ Summi Pontificis autoritati.

Quinimò ex ipsomet illo ad Romanos deci-  
mi terij capitis textu sacro dilucidè probatur,  
cum ea, quæ sunt à Deo, ordinata sint, oport-  
tere, in potestatibus Divinitus constitutis ser-  
vari quandam ordinem ab ipso etiam Deo in-  
stitutum. Neque verò iste ordo teneretur,  
nisi inter ipsas Divinitus constitutas potesta-  
tes servaretur subordinatio, si quæ per Deum  
esset sancita. Et ideo, si potestatis Regiæ  
quoad aliquem casum, esset quæpiam erga  
Apostolicam Summi Pontificis autoritatem,  
à Christo sancita subordinatio, huic non tan-  
tùm refragaretur, sed suffragaretur ille Apo-  
stolicus textus. Unde argumentationis ex hoc  
petitæ vis prorsus evanescet, imò pro Apo-  
stolicâ supra Reges potestate emphasico quodam  
modo stabit, ubi ea potestatis temporalis erga  
spiritualem Apostolicam autoritatem subor-  
dinatio ex sacris Litteris inferiùs adducendis  
demonstrabitur.

Cujusmodi proinde subordinationem vi-  
detur Christus in præallegatâ ex Matth. 22. ca-  
pite desumptâ sententiâ, insinuâsse dicendo;  
*Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & quæ sunt Dei,  
Deo.* Per hoc enim Jurium Cæsari inexistentium  
subordinatio quædam ad ea, quæ Dei  
sunt, non obscurè innuitur; firmo sanè ar-  
gumento, talem subordinationem ex Christi  
jussu tenendam esse, ubi vicaria Christi autho-  
ritas ab ipsomet, etiam quâ Deo constituta,  
eam exigit in vi indefinitæ potestatis solvendi &  
ligandi, quidquid est super terram, & in vi Pasto-  
ralis muneris super omnes Christi oves protensi,  
dum certè Reges Christiani nolent dici, se  
esse alterius, quam Christi oves, neque præ-  
sumunt, negare potestatis suæ Regiæ exerci-  
tium esse super terram, indefinitæ adeo illi su-  
per terram ligandi & solvendi Christi Vicaria po-  
testati subjeçtum; veluti majori efficaciâ hæc  
urgebimus inferiùs.

Quare ex præadducto 1. Petri 2. capite,  
oportet quidem Regibus etiam dyfcolis obedire,  
hoc tamen nemo dixerit, locum habere, nisi  
quamdiu Regiâ pollent autoritate, neque ve-  
rò ibi decernitur, nullum dari posse casum,  
in quo per jus seu naturale, seu Divinum posi-  
tium Reges exui possint suâ dignitate, erit-  
que adeo casus iste postea examinandus, dum  
interea jam palam est redditum; argumen-  
tum ex præadductis sacris textibus formatum,  
ad præsentis disquisitionis statum nihil habe-  
re efficacitæ.

ARGUMENTVM II.  
Adversariorum.

**E**X parte Cleri Gallicani licet 2. argumen-  
tari ex Novella 6. init. de Novella 73. §. 1. Im-  
peratoria potestas est immediatè à Deo collata.  
Ergo à Pontifice aut restringi, aut adimi non  
valet.

Responsio.

**A**uthor præcitati Regalis Sacerdotij dicto §.  
18. n. 14. optimè respondet. Quidquid sit  
de hoc, an Regia, & Imperatoria potestas sit in-  
stitutâ seu Divinâ, seu humanâ autoritate, illud  
certum videri, quod à Deo non immediatè con-  
feratur.

rum. Cum enim sit merè temporalis, nec ad actum dirigatur, cujus Respublica non sit capax, imò hæc potestas penes Communitatem aliquando fuerit, atque ab hac translata in Principem. Ideo quando Imperatores dicunt, se à Deo accepisse Imperium, oportet, hoc in eo sensu accipere, quòd ex speciali Dei providentiâ & gratiâ sint potiti Imperio, non verò, quòd eorum potestas nequeat ab alio, quàm à Deo *immediatè* conferri, qualis est Pontificia autoritas, quæ sicut penes nullam Communitatem esse potest, ita à Deo *immediatè* confertur, præcedente electione humana, non tanquam hujus potestatis causâ, sed tanquam conditione, sine qua Deus illam non conferret.

## Objectio.

16. **I**nstabit pars adversa, rectè equidem discerni inter Regiam seu Imperatoriam potestatem in se *formaliter* spectatam, & inter eandem *subjectivè* consideratam, id est, quâ applicabilem certæ individue personæ. Sed desiderari, ut clariùs exponatur fundamentum illud, in vi cujus sub consideratione priori Regia potestas dicitur quidem esse *Juris Divini naturalis*, sicuti econtra Pontificia Christi Vicaria, autoritas est *Juris Divini supernaturalis* per Christum fundati & sanciti. Attamen sub posteriori consideratione inter Regiam ac Pontificiam potestatem intervenire eam differentiam, ut hujus, non illius collatio sit *Juris Divini*.

## Responsio.

17. **H**ujus igitur differentie ratio in hunc modum exhibetur. Nempe quia Christus Oecumenicam erga universas oves suas, Pastoralis officij autoritatem contulit Petro, cum ordine ad Ecclesiâ ab inferi portis nunquam superandæ statum perpetuum, sequitur, hæc Christi ordinatione potestatis Pontificiæ ad certam individuum personam applicabilitatem ipso *jure Divino* determinatam esse ex *successione Petri*. In cujus proinde successione designatione intervenit quidem humana electio, sed hæc præsuppositâ, per ipsissimum illud jus Divinum, autoritatis Pontificiæ pro perpetuo Ecclesiæ statu determinativum, confertur legitimo Petri successori ipsissima ea Christi Vicaria autoritas, quam Christus Oecumenico Pastoralis muneri ad finem mundi usque annexam sancivit.

18. **S**ecus res se habet in Imperatoriâ & Regiâ potestate *subjectivè* spectatâ, & quâ ad certam individuum personam applicabili. Quemadmodum enim ea potestas sub primævo suo statu per ipsummet *jus naturale* fuerat in populo, poteratque adeò hæc suprema regiminis temporalis autoritas reservari Communitati, juxta modum ab eadem designandum. Sic ubi translata est in unum regiminis politici Caput, sub electionis cujuspiam normâ, seu hereditariæ successione, *Jure* determinandum, redditur jam consequens, ejusdem potestatis Regiæ, seu Imperatoris collationem non esse *Juris Divini*, sed *humani* duntaxat. Sicuti ergo ista Regiæ autoritatis collatio est *Juris humani*, sic me-

ritò dicenda est, subesse *Juri Divino* tum *naturali*, tum *supernaturali*, debereque adeò sui moderationem accipere non ex naturalis duntaxat, sed fidei quoque supernaturalis luminis directione. Est verò Summus Pontifex nihil potestatis habeat super *Jure Divino*, seu *naturali*, seu *supernaturali*, ejusdem tamen quâ Oecumenici Pastoris autoritas protenditur super ovium sibi commissarum actionibus externis præcipuè, quâ dirigendis in viam salutis æternæ, sicque adeò quâ moderandis secundum exigentiam luminis fidei. Et quia ipsum etiam naturale super nos signatum lumen, est elevatum & condecoratum supernaturali fidei lumine, ita ut illud perpetuum cum isto debeat in sui exercitio habere conformitatem, redditur hinc ulterius consequens, debere potestatem quoque Regiam luminis naturalis spherâ circumscriptam, tum quoad *subjectivam sui applicabilitatem*, tum quoad *sui debitum exercitium* subordinari supernaturali fidei luminis, cujus directio concedita est Oecumenico Ecclesiæ Pastori.

19. **E**x quâ adeò Regiæ potestatis, luminis, cui innuitur, naturalis ad fidei lumen subordinatione, cujus directio Pastoralis Ecclesiæ muneri incumbit, meritò jam disquiritur; *An pro casu aliquo extraordinario Ecclesiæ sanctæ publicum bonum, secundum ipsammet fidei Divina exigentiam, obstringere valeat Apostolicam Oecumenici Pastoris autoritatem ad providendum, ne Rex Ecclesiæ Dei subiectus, Regiâ suâ autoritate præsumat perturbare, & invertere sanctæ Ecclesiæ unitatem & tranquillitatem?* Hoc ubi fecerit Summus Pontifex, nihil faciet adversus Regiam potestatem in se *formaliter* spectatam, quatenus est *Juris Divini*, sed quâ *subjectivè* consideratam, ut sic *Juri humano* subiectam, tum quoad applicationem sui ad certum subiectum, tum quoad sui exercitium, quâ in viam salutis æternæ seu ipsius Regis, seu Fidelium præcipuè universorum dirigibile, tum quoad amotionem scandalorum, & publicorum Ecclesiæ sanctæ imminutum præjudiciorum: prout hæc suaviori quâpiam methodo Author *Inextinctæ Concilij Tridentini Veritatis in finali præsentis articuli corollario* referendus explicat, demonstrabiturque efficaciter ex sacris Litteris in *subsequentibus*, dum interea manifestum jam redditur, ex tali supra Reges autoritatis Pontificiæ præeminentiâ, nequidquam à Summis Pontificibus arrogari potestatis super *Jure Divino formaliter* in se spectato, sed super ejusdem vel subiecto, vel exercitio, Ecclesiæ clavibus indubiè subjacente in Rege, qui audire vult Ovis Christi, agnoscatque indefinitam Christi Vicariam erga id, quod est *super terram, ligandi ac solvendi potestatem*. Sicque adeò observato tali discrimine, ex integro evanescit partis adversæ *superius* deductum argumentum.

## ARGUMENTUM III.

## Adversariorum.

20. **E**x parte Cleri Gallicani licet 3. argumentari. Duæ sunt in terris de mundo ritè gubernando potestates Divinitus constitutæ. Una est *spiritualis & Ecclesiastica*, concessa Petro

tro, ejuſque ſucceſſoribus Chriſti Vicarijs, ipſuſque Eccleſiæ; protendens ſe ad regimen rerum ſpiritualium, & ad æternam ſalutem pertinentium. Altera eſt *temporalis & politica*, Regibus, & Imperatoribus competens ſuper Civilium & temporalium cauſarum regimine & moderatione. Quæ utraque poteſtas, ſicuti utrinque eſt Iuris Divini, ſic quælibet earum habet ſuos à Deo circumſcriptos limites, neque fas eſt, unam committeri alteri, ſed oportet, utramque ſuâ ſphærâ eſſe contentam, eò vel maximè, quòd poteſtatum ejuſmodi confuſio fieri nequeat abſque diſcordijs, Principumque indignatione, Reique publicæ graviffimo detrimento hinc ſecuturo.

Reſponſio.

22. **A**uctor Regalis Sacerdotij convenienter reſpondet cit. §. 18. n. 3. multa eſſe, quæ inſtar hellebori, raro uſurpata ſunt medicinæ, lethalia futura, ſi crebro uſurparentur: talem eſſe poteſtatem, quæ Summis Pontificibus in Reges & Principes conceditur, hæc namque ſi ordinaria eſſet, nocitram potiùs, quàm Eccleſiæ profuturam: & ideo locum non habere, niſi premente neceſſitate cum Religionis bono: tunc enim temporalem poteſtatem *ex naturâ ſuâ* ſubmitti Eccleſiæ, cum temporalia ſint propter ſpiritualia. Et hoc ad pacem Reipublicæ, non ad diſſidium pertinere, turbatâ ſiquidem Religionem, etiam Regna turbari, & ideo quidquid tuendæ Religioni, tuendis etiam Imperijs ſervire: expedireque, immenſæ Regum potentix terminum aliquem ſigi, ut non excurrat, aſaque fidei tranſcendat, quod fieret, ſi extra omnem metum, & iudicem eſſent, cupiditate regnandi Religionem vincente.

Objeſtio.

23. **I**nſtabit pars adverſa, ut ſibi probetur eſſatum illud, quo dictum erat, *premente neceſſitate, cum Religionis bono, Summis Pontificibus competere poteſtatem autoritativam ſuper Regibus & Principibus*. Si enim temporalis poteſtas in aliquo caſu *ex naturâ ſuâ* ſubijciatur authoritati Eccleſiæ, quomodo huic ſubjeſtioni locus non fuiſſet in ſtatu puræ etiam naturæ, in quo tamen nulla ſtriſtè Eccleſiæ, Regiæ ſaltè authoritati ſupereminens extiſſet poteſtas, utpote *ex naturâ ſuâ* ſuper fidei lumine fundata? Num *ex naturâ rei*, vel potiùs *ex elevatione gratiæ* provenit, quòd temporalia ſint propter ſpiritualia, non naturali duntaxat lumini, cujus ſphæram ambit ſuprema Regia poteſtas, ſed ſupernaturali etiam fidei lumini, Eccleſiæ poteſtatis fundamento proportionata? Quòd ſi utraque, ſeu naturalis, ſeu ſupernaturalis luminis, eique proportionata gubernativa poteſtas non commiſceretur, quomodo pax Reipublicæ in cauſis temporalibus turbaretur; dum, ubi eam contingeret, turbari in cauſis Religionis, Regibus etiam dyſcolis, ſicque à verâ Religionem efficienſibus, intrâ ſuæ Regiæ poteſtatis ſphæram eſſet adhuc obtemperandum? An non

ergo, ſi utrique illi poteſtati relinquenterentur impermixti ſui limites, politica præcipuè pax & tranquillitas maneret integra & illæſa, quamdiu huic ſe non immiſceret poteſtas Eccleſiæ? Numquid igitur rationes iſtæ ſuadere videntur, duas illas poteſtates ſuâ utrinque ſphærâ circumſcriptas, ita debere eſſe impermixtas, ut neutri congruat, ſe ingerere in cauſis ad alteram pertinentibus?

Reſponſio.

24. **U**t argumentum ex parte adverſâ ſuperiùs adductum ſolidè reſuſetur, ſingulariter inſpiciendum eſt, cujus cenſuræ digna ſit lententia illa, quæ politicam & Eccleſiæ autoritatem contendit, ſe habere ad invicem, ceu duas diſparatas poteſtates, offendendumque proinde erit, hæc non tam *ex naturâ rei*, quàm *ex ſupernaturalis elevationis* jure Divino, ita inter ſe comparari, ut politica poteſtas non equidem in ſe formaliter ſpectata, ſed quoad ſui, ſeu applicabilitatem, ſeu exercitium quâ in finem ſupernaturalem elevabile, debeat ſubordina i poteſtati Eccleſiæ. Quod equidem in concluſionibus inferiùs ſanctiendis, per ſacræ Scripturæ fundamenta ſperamus efficaciter evincendum: interea quantum argumento in contrarium adducto ſolidè diſſolvendo, eſt neceſſarium, id ſequenti ratione præſtabimus.

25. Conferendo igitur lumen naturæ cum ſupernaturali fidei lumine, certum eſt, lumen intelligentiæ creatæ naturaliter inditum cum ſuis moralibus principijs, cuius rationis capaci perſpicuis, ita eſſe immutabile, ut per altius fidei lumen in ſe ipſo formaliter ſpectato, nequeat ulli ſubjacere mutationi. Quo tamen minimè obſtante, fidei luminis ſuperior eſt autoritas, non protendens ſe ſupra illud, quod eſt *formale* in lumine naturali, ſed quod in hoc eſt *merè materiale*. Etenim veriffimum eſt, verum naturali lumini commensuratum, non poſſe veritati, per fidei lumen revelatæ ullatenus eſſe contrarium, ubi tamen contingeret, quempiam fidei articulum videri diſſentaneum alicui principio, ſecundum naturæ lumen conſpicuo, neutiquam ex hoc eſſet fidei veritas determinanda, & explicanda, ſed ad hujus menſuram prorfus infallibilem, eſſet definienda, principij lumine naturæ noti intelligentia.

26. Pari proinde ratione Regia ipſo naturæ lumine conſtituta poteſtas, ſe habet erga Eccleſiæ, lumini fidei ſuperſtructam autoritatem. Quæ utraque proinde poteſtas indubitanter eſt *Iuris Divini*, nec poteſt ſuprema Eccleſiæ autoritas illam formaliter ſpectatam immutare, reſtringere, vel etiam ex parte duntaxat deſtruire. Ubi tamen contingeret, poteſtatis Regiæ exercitium exorbitare extra luminis naturalis ſphæram, progrediendo, ad decernendum aliquid æquitati naturali diſſentaneum, an nefas erit, quòd Eccleſiæ ſuprema poteſtas ſe reſſectendo ſuper ejuſmodi iniquitate, lumini etiam naturali repugnante, eam autoritative reprobet? Ex quo namque humana natura jam non ſubſiſtit in *puris naturalibus*, ſed etiam quoad *lineam moralitatis*

B

cit

autoritas  
cathedra  
apostolica  
GVI  
B.

est elevata ad *statum supernaturalem*, impossibile est, ullam jam dari iniquitatem, naturali lumini adversantem, quin etiam pugnet cum honestate supernaturalis ordinis. An ergo Summus Pontifex super hanc se reflectendo, Vicariæ Christi autoritatis ad universas ejusdem Domini nostri oves se extendentis, indefinitæque erga omne *moralis consistens super terram*, ligandi & solvendi potestatis gladium stringere cohiberetur, adversus illam *iuri naturali*, & consequenter *Divino*, supernaturalis quoque *moralitatis* iuri repugnantem nequitiam?

27. Leges Imperatoris olim firmabant validam, etiam malâ fide peractam præscriptionem. Quod ubi Pontifices agnoscebant, non cum naturali duntaxat *honestate*, sed cum *supernaturalis quoque moralitatis* rectitudine pugnare, ex autoritate Christi Vicariâ improbant tanquam iniquam. Nec, quia nulla est excogitabilis iniquitas, iuri *naturali* repugnans, quin *supernaturalis* quoque *honestatis* rectitudini adverletur, poterat malâ fidei præscriptio damnari, quâ æquitati *supernaturalis* moralitatis contraria, quin abolenda decerneretur sub *moralitate*, quâ præciso etiam lumini *naturali* adversante, cum ceteroqui hæc subsistente, semper adhuc locus esset difformitati adversus supernaturalis luminis moralitatem, utpote infallibiliter connexam cum illâ, postquam homo cum totâ moralitatis sibi congenitæ, luminisque naturaliter inditi spherâ suâ, est elevatus ad *statum supernaturalem*.

28. Concurrent quandoque circa eandem materiam politica, & Ecclesiastica potestas, veluti contingit in iuramento, quâ contractuum Civilium confirmatorio. In hoc enim considerare licet non Religionis duntaxat *supernaturale* vinculum, sed lumini quoque naturali commensuratam, & contrahenti quaesitam specialem firmitatem ex Jurejurando, secundum *lineam moralitatis*, parè etiam *naturalis*, obortam. Quandoquidem igitur Jura Civilia olim decreverint, Jusjurandum ex metu in metu esse invalidum, sacri autem Canones è contrario vinculum Religionis inde obortum validum, sed autoritate Ecclesiæ rescindendum sanxerint; An dicere fas est, non attentâ ejusmodi Canonice sanctione, posse intrâ *lineam moralitatis naturalis*, defendi illius iurijurandi invaliditatem, utpote stabilitam ab Imperatoriâ *supremâ politica* autoritate? Hoc si quisquam tueri vellet, profectò fateri deberet, dari honestatem quampiam naturalis ordinis, quæ supernaturalis moralitatis honestati esset contraria, quod tam impossibile est, quam indubitanter verum est, verum naturalis ordinis, pugnare haud posse cum vero supernaturalis ordinis: neque tamen veritas supernaturalis ex naturalis ordinis veritate, sed hæc vicissim ex illâ est dijudicanda.

29. Contingere rursus potest, quòd Imperator in Jura S. Ecclesiæ involans, vel adversus supremam Ecclesiasticam autoritatem inturgens, Ecclesiasticæ potestatis gladio coerceatur à Summo Pontifice: indeque Imperator hostili etiam exercitu contra eam agat. Quis

jam Catholicorum bellum ejusmodi autoritate Imperatoriâ indictum Summo Pontifici, justum probare posset? Quis econtra Catholicorum, usum armaturæ Ecclesiasticæ, per censuras à Summo Pontifice armaturæ Imperatoris oppositum, in eo casu ausit dicere iniquum? Quo tamen haud attento, si Imperator pergeret in suâ pertinaci adversus autoritatem Pontificiam impugnatione, an nefas foret, hanc adversus Imperatorem insurgere? Profectò quisquis Jura Coronæ suæ Regiæ invaderet, adversus hunc Rex Christianissimus justum decerneret bellum, juridicam quoque ferendo sententiam adversus Coronæ suæ hostem, æque Regiæ licet, supremæque adeò potestate præfulgentem. Quo igitur jure autoritatem in supremum etiam, autoritate sibi coequallem Regem, sibi assumeret Rex Christianissimus? Non alio sanè titulo, nisi ex illo per naturale lumen constituto principio, quòd quisque supremus Rex habeat autoritatem, procedendi & *Judicialiter* & *militaliter* adversus manifestum perturbatorem Coronæ suæ Regiæ.

Quòd si ergo ista potestas Regia prævalere possit erga alterum, supremum licet, sibi que coequallem Regem: quomodò vir verè Catholicus negare jam audeat, supremæ quoque Ecclesiasticæ autoritati inesse potestatem tum *viâ Judicialiâ*, tum *executoriâ* per spiritualia censurarum arma procedendi adversus quemcumque Regem, Majestatis Pontificiæ perturbatorem. At verò, ubi Rex in bello ejusmodi victor existeret, meritò adversus illum, Regiorum ipsius Jurium perturbatorem Regem, à se devictum, prætereunde posset facultatem *Judicialiter* etiam procedendi, sicque eum delituendi Jure sui Regni, ipsumque adeò deponendi non in *viâ Facti* duntaxat, sed etiam in *viâ Juris*. Quidni ergo par, aut major asserenda sit potestas in Summo Pontifice, ad deponendum Regem Majestatis Pontificiæ turbatorem ac invasorem?

Replicabit fortassis nonnemo, quidni ergo Rex illâ suâ supremâ autoritate æque uti possit etiam adversus Summum Pontificem, Jurium suorum Regiorum perturbatorem, si ipsum Jus naturæ, cuique supremo Regi talem concederet, *Judicialiter* & *militaliter* procedendi autoritatem contra quemcumque Coronæ suæ Regiæ invasorem iniquum?

Verum ad hoc responso in promptu est, quòd, sicuti lumen naturale cum totâ moralitatis sibi proportionatæ spherâ, est elevatum ad *statum supernaturalem*, sic Regia suprema Majestas, quoad omnimodam *moralitatis* lumini naturali commensuratæ spheram, sit in vi supernaturalis totam *moralitatis naturalis lineam* complectentis elevationis, jam subordinata supremæ Ecclesiasticæ potestati. Quemadmodum igitur cum hac ad *statum supernaturalem* universæ moralitatis naturalis elevatione, haud subsistit, quòd lumen naturale possit sibi arrogare officium quasi Judicis, super fidei lumine supernaturali, sic neque Politica Regia Majestas, naturalis luminis spherâ circumscripta, superexendere se unquam potest super Ecclesiasticam potestatem, præcipue fa-

pre-

premam, altiori fidei lumini superstructam: nec adeo Rex, seu Imperator sibi arrogare unquam potest vel iudicium, vel bellum adversus Somnum Pontificem, ex Vicariâ Christi autoritate, supremaque adeo Ecclesiasticâ potestate procedentem, ad Regis Pontificiæ Majestatis infensi hostis depositionem. Cujusmodi proinde Theologorum argumentorum solidum ex sacris Litteris fundamentum inferius deducetur.

ARGUMENTUM IV.  
Adversariorum.

33. **E**X parte Cleri Gallicani licet 4. argumentari. Papa est Vicarius Christi, non quâ Dei, sed quâ hominis & Capitis Ecclesiæ. At Christus ut homo nullam habuit in Regna & Principatus, ac temporalia Jurisdictionem: ipsemet Ioannis 18. contestante: *Regnum meum non est de hoc mundo. Et Lucæ 12. O homo, quis me constituit iudicem, aut divisorem inter vos?* Quis ergo majorem Papæ, quàm Christo super causis civilibus ac temporalibus tribuat Jurisdictionem?

Responsio.

34. **A**uthor prælati Regalis Sacerdotij cit. §. 18. n. 5. respondet, constantem Divi Thomæ, Principis Theologorum esse sententiam, quod Christo Domino quâ homini utraque dignitas, Regia videlicet & Sacerdotalis fuerit communicata, uti expressè habetur in ejusdem S. Doctoris lib. 1. de Regim. Princ. cap. 12. ac seq. & 3. par. q. 59. art. 4. *Manifestum est, inquit, Christo quâ homini esse potestatem judicariam ex Regiâ consequentem, quoad omnes res humanas: cuiusmodi enim committitur principale, committitur & accessorium, omnes autem res humane ordinantur in finem beatitudinis, quæ est salus æterna, ad quam omnes homines admittuntur, vel etiam repellantur iudicio Christi, ut patet Matth. 25. Ad stipulatur sacra quoque Scriptura, Christo Matth. ult. asseverante: *Data est mihi omnis potestas in celo & in terrâ. Unde & Paulum ad Hebræos ait, Christum esse institutum hæredem Universorum. Et Apocalyp. 1. Christus dicitur Rex Regum, & Dominus Dominantium.**

Hoc igitur Jus Regium, Christi Humanitati in vi Hypostaticæ cum Divinitate unionis communicatum, Christus equidem, qui venerat in formâ servi ad penitentiam & humilitatis exemplum nobis præstandum, noluit ordinari exercere, quanquam sui in temporalia Dominij Jurisdictionis supremae actus aliquos exhibuerit, mulierem adulterij convictam, contra legis præscriptum Ioan. 8. absolvendo: ficalneam, quæ in alterius bonis & patrimonio erat, Matth. 21. arefaciendo, & moneſque in gregem porcorum, qui ad alios pertinebant, Matth. 21. immittendo, & præcipientes in aquam agendo. Cujusmodi adeo erga aliorum dominia supereminens in Christo potestas, licet non fuerit communicata Ecclesiæ, atamen huic negari non debet aliquis saltem communicatio illius Christi Hu-

manitati collatæ potestatis, in quantum temporalium rerum dispositio Ecclesiæ gubernandæ, consummandæque redemptioni, erat necessaria, Divo Thomâ ubi supra asseverante, cuiusmodi committitur principale, committitur etiam accessorium.

Objectio.

35. **I**nstabit pars adversa, ut ostendatur, quod Christi Humanitas de regno sibi ex vi unionis Hypostaticæ super rebus quoque temporalibus competente, aliquam fecerit participationem suo in teris Vicario Petro, ejusque successori.

Responsio.

36. **E**X ipsamet Christi verborum proprietate evincitur, Dominum nostrum asseverando: *Regnum meum non est de hoc mundo; eo ipso asseruisse sibi regnum aliquod, hoc autem noscitur esse duplex, alterum spirituale est Ecclesia, cui Petrum jam tunc destinaverat præficiendum, quâ sui Vicarium, cum indefinita ligandi & solvendi super terram autoritate, cumque perpetuitate successione ad finem usque mundi duraturâ. Alterum verò Christi regnum erat temporale, quod juxta præcitatum S. Thomæ lib. 1. de regimine Princ. cap. 12. sententiam, protendebatur supra totum mundum, saltem quoad jus & potestatem, ita ut posset Reges quoslibet è Regno deponere, aliosque creare, licet hæc potestate non sit usus. Utrorūvis ergo duorum istorum Regnorum, si attendatur origo, ex ipsâ Christi sententiâ dicendum est, neutrum esse de hoc mundo, quia ambo radicantur in Unionem Hypostaticâ, quæ minimè est de hoc mundo. Esti verò fateamur, posterioris illius regni, Christo quâ homini erga totum etiam mundum competentis communicationem, non esse factam Ecclesiæ: eo ipso tamen, quod Ecclesiæ sit à Christo potestas super quodcumque morale in terris ad regnum cælorum ordinabile, oportet, hoc spirituale regnum indirectè saltem protendi super temporalia, quæ in regnum cælorum ordinabilia; uti ex sacrarum Litterarum fundamentis infra adducendis, efficacius demonstrabitur.*

CONCLUSIO.

37. **N**on absque maximo Regiæ, characteris Christiano insignitæ potestatis dedecore, detruditur Princeps Christianus ad Regis, quasi Ethnici statum, si negetur esse subordinata Christi Vicariæ, Romani Pontificis autoritati Oecumenicæ.

Explicatur. Quisquis enim negaret, Regiam in Principe Christiano potestatem, ex vi characteris in Baptismate Divinitus infusi, non elevari ad statum quempiam sublimiorem, ac fuisset in pure nature statu, profectò Regem Christianum eo collocaret loco, ac si autoritatis suæ Majestas non altiùs esset atollenda, quàm politicæ potestatis, secundum  
B 2  
lu-



lumen naturæ circumscripta; sphaera permissa. Ejusmodi verò luminis naturalis limitibus circumscripta, politicae potestatis supremæ etiam Majestas, secundum integram sphaeram suam est in Rege Ethnico. Ergo quisquis negat, Regem Christianum, ex vi characteris in sacro baptisate Divinitus inditi, non tantum quoad suam personam, sed quoad Regiam quoque potestatem in sublimiori jam statu, etiam quæ Regem esse constitutum, is profecto Regem ejusmodi cum sua potestatis supremæ Majestate detradit ad subsellia Regum Ethnicorum.

38. Quo præsupposito, disquirere placeat ex illo, qui Christianissimi Regis Majestatem conaretur ita deprimere; quò iure hic Christianissimus Rex processerit adversus Regni sui hereticos? Neque enim credere fas est, processum fuisse adversus illos, quæ Regni sui politici solummodo, sed etiam quæ Ecclesie Sanctæ periculosæ, atque ad hujus debitam obedientiam compellendos? Tantum profecto potestatis ipsi haud fuisset ex Regiæ potestatis sphaerâ, quæ præcisè luminis naturalis limitibus circumscripta, sed quæ sublimatâ ex characteris Christiani elevatione, per quam ipsius Regiæ quoque potestas recipit talem respectu Ecclesie, episcopi Oecumenici Pastoris subordinationem, in vi cuius esset constitutus Christi Vicariæ autoritatis instrumentum, ad publicum Ecclesie sanctæ Bonum, in suo præcipuè Regno, æternæque salutis in suis characteris Christiano æque insignitis subditis commoam, pro viribus promovendum. Quæ proinde ad Oecumenicam Ecclesie Sanctæ autoritatem, Regiæ in Christiano Principe potestatis subordinatione, ampliat autoritatis Politicæ sphaeram, luminis naturalis limitibus cæteroqui circumscriptam elevando, & condecorando eandem excellentiâ singulari, se protendentem ad eam etiam, quæ fidei luminis sphaerâ continentur. In quâ proinde Regiæ intra lineam naturalem supremâ, ad Oecumenicam Ecclesiasticam, in lineâ supernaturalem luminis summam potestatem, subordinatione ex sacris Litteris comprobandâ, toti quanti nos impendimus, ex ipsissimis etiam illis sacre Scripturæ textibus, qui ex parte Cleri Gallicani opponerentur, initium facturi.

PROBATIO I.

IN quâ fit retorsio primi adversariorum argumenti ex Rom. 13. Matth. 22. & 1. Petri 2. oppositi, & supra n. 7. adducti.

39. Etenim Apostolus cit. 13. ad Rom. capite jubendo, ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; sub hisce verbis talem facit potestatem a Deo ordinarum in sublimitatis inæquali gradu comparationem, ut potius necessum sit, unam alteri subordinari, ut sic ordinatè procedant potestates, à Deo constitutæ, quatenus scilicet sublimiori semper, oporteat, subiectam esse potestatem, quæ non tantæ est eminentiæ. At verò quemadmodum fidei lumen, cui superstructa est autoritas Ecclesiastica, est sublimius naturali lumine, ad cujus

sphaeram mensuranda est Politicæ Regiæ potestas, sic oportet, illam esse hæc sublimiorem. Quia ergo ex præadducto Apostolico texto, oportet, ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, consequens omnino est, Regiam potestatem debere subditam esse Oecumenicæ Ecclesiasticæ autoritati.

Atque hanc subordinationem haud obscure insinuavit Christus Matth. 22. præcipiens: *Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo.* Sicut enim hoc Jus Cæsareæ Majestatis, ex vi cuius, ipsi reddendus erat census, totam energiam suam obtinebat ex Jure Divino, in vi cuius Deo reddere oportet, quæ Dei sunt; sic illa Divini Juris cum Jure Cæsari competente, Christi verbis facta combinatio, Cæsari licet supremi Juris indubitam præferret subordinationem erga Jus Divinum. At licet hic sermo fuerit de iure inexistente Cæsari, Ecclesie Christi minimè subiecto, ea tamen verba Christus Dominus protulit, cum ordine ad perpetuum Ecclesie statum; in quo adeo oportet, ut, quod debetur Regibus ac Imperatoribus, ipsis reddatur in vi altioris Juris, nempe Divini, cui Cæsareæ ac Regiæ Majestatis ius est subordinatum. Quemadmodum autem Christus ea verba pronuntiando, indubiè cogitabat de Oecumenicâ in Petro, ejusque Successoribus fundandâ Ecclesie autoritate, hæc enim de causâ Christus Cæsareo iure minimè obstrictus Matth. 17. jubebat; *pro se ac Petro eundem tributi loco dare staterem: na Cæsareæ Majestatis ius combinando cum Jure Divinæ Majestatis, seu fundamento, cui illud subordinatum & subiectum existeret, idem Christus uno mentis obtutu, etiam quæ homo universa complectens, reflexionem utique faciebat ad suam in terris Vicariam potestatem Apostolicam, à se in Ecclesia instituentem, quam quisquis (nemine, ne Rege quidem excepto) esset auditurus; Deum audiret, atque adeo sub illis verbis: *Reddite Deo, quæ Dei sunt,* Dominus noster Regiam quoque potestatem, in Principibus Christianis destinavit subordinatam Divino, Vicariæ Christi autoritati annexo iuri. In vi cuiusmodi adeo, Regiæ Majestatis, ad sublimiorem Vicariæ Christi potestatis iure Divino sancitam autoritatem, subordinationis, inferioris ostenditur, quantum hæc prævalere possit adversus Christianos Reges dycolos exauthorandos, ut ex tunc in ipso etiam Dei, & conscientie foro non amplius reputandi sint inter veros Reges, quibus Petrus 1. sua Epistola cap. 2. iussit obtemperandum.*

PROBATIO II.

IN quâ fit retorsio secundi argumenti petiti ex eo, quòd Regiæ potestas sit Juris Divini.

Etenim hæc Regiæ potestatis, quòd in se formaliter sit iuris Divini, prærogativâ spontè admittâ, solennis mox emergit quaestio; *An in q̄s, quæ Juris Divini sunt, non possit esse substratum quoddam materiale, ex humano seu iure, seu morali hominis operatione dependens, quo sublatò, per consequentiam ac indirectè, non eadem for-*

formaliter, sed ex parte sui materialis corruat Juris Divini obligatio, non quatenus active quasi spectata, Divina est, sed quatenus passive considerata, est quid humanum, vel subjective receptum in homine, vel effectivè promanans ex humani arbitrij voluntate? Nunquid si Rex quispiam Christianus sit obnoxius peccato mortali, Ius Divinum sancit aeternæ gehennæ ab eo contractum reatum? Num verò Regem Christianum tam infelicem dixeris, ut hoc Divinum Ius respectu ipsius ne quidem indirecè materialiter solvi possit autoritatè Clavium Ecclesiæ concessarum? Hæc verò solutio non aliter fiet, nisi quatenus per Ecclesiæ sanctæ Claves applicatur satisfactio Christi pro illo reato, seu materiali, cui superstruitur illud Divinæ iustitiæ Ius vindicativum. Quo proinde materiali sublato, non tam in se ipso formaliter tollitur Ius Divinum, quam in suo duntaxat effectu, iustæ cæteroque vindictæ, in inferno exercenda.

41. Solennis etiam est inter Theologos disquisitio; An, & quomodo votum sive solenne, sive simplex, ipsumq; aded Ius Divinum eidem superstratum dispensari possit à Summo Pontifice? In quo puncto libenter damus, Summi Pontificis autoritatem non posse prævalere Iuri Divino, atque illud in se formaliter spectatum immutare ac tollere. Sicuti autem voti tam solennis, quam simplicis obligatio, sic & Ius Divinum hanc obligationem voluntariè susceptam acceptans, superstruitur morali voventis actui virtualiter moraliter perseveranti, quamdiu voto non est satisfactum. Hic ergo moralis in vovente actus, ejusque aded virtualis ex liberâ illius voluntate promanans perseverantia, numquid subest Oecumenicæ Ecclesiasticæ potestati?

42. Quodd hujus indefinitè ligandi ac solvendi autoritas extendatur indefinitè super omne id, quod morale est super terram, constat ex apertis Christi Domini ad Petrum Matth. 16. prolatis verbis. Quodecumque autem ex hominis liberâ voluntate contractum vinculum, consistens in morali actûs voluntarij perseverantiâ, non est Divinum quidd, sed est quiddpiam consistens super terram. Quodd si ergo autoritas Pontificia ad omne id, quod morale est super terram, se protendens, solvat illud liberè contractum vinculum, cum suâ morali per voventis actum voluntariè contractâ perseverantiâ virtuali, neutiquam dicendus est Pontifex immutare, seu tollere Ius Divinum formaliter in se spectatum, seu quâ Deo inexistentens, sed sublato vinculo morali hominis, quod est super terram, seu Juris illius Divini quasi sublato materiali, per indirectam cessat Iuris Divini efficacia ad extra constringens, ac exigens voti taliter soluti obligationem.

43. Quo sic constituto, tametli Regia potestas in se formaliter sit Iuris Divini, num dicere fas est, ipsius ad certum subjectum applicationem, vel etiam exercitium liberum, non esse ali-quid Morale consistens super terram? Quo rursusposito, num asseverare licebit, quodd indefinita, omne morale, quod est super terram ambiens solvendi potestas Oecumenicâ, Regiæ potestatis ad certum subjectum applicatio-

nem, ejusque exercitium morale nullo proflato modo habeat sibi subordinatum, seu subiectum?

De hac ergo potestatis Pontificiæ Oecumenicâ ad Ecclesiam spectante autoritate, videbimus deinceps, in quantum etiam specificè se extendat, pro hac autem vice sufficiat, juramenti à subditis erga Principem præstiti æquiparationem facere cum voto. Sicut enim hujus, sic quoque illius vinculi radix moralis est actus humanus, ejusque moralis perseverantia, passivam in vovente, seu jurante importans Religionis obligationem, verè est quidd morale subsistens super terram, sicque indefinita cujuscunque super terram vinculi in actu hominis morali, Oecumenicæ Ecclesiasticæ potestati subiecto, radicati, solvendi potestas, pari ratione prævalere poterit, ad Juramenti Principi præstiti passivam ex Religione obligationem, eatenus solvendam, ut talis solutio etiam in foro Cæli, atque aded in conscientiâ rata sit habenda, nec aded ex tunc subditi à juramento Regi præstito per Ecclesiæ autoritatem liberati, coarctentur ad fidelitatis honorarium, ex Religionis necessitate amplius observandum; uti sacri quoque Canonès supra n. 28. commemorati tradunt.

PROBATIO III.

IN quâ fit retorsio tertij Adversariorum Argumenti petiti ex hoc, quodd duæ in tertis gubernativæ potestates, Regia scilicet & Pontificia, non debeant inter se commisceri, sed utramque oporteat, suâ spherâ contentam esse, ne pax & tranquillitas publica turberetur.

Verum hæc etiam positâ, minimè tamen admittenda, sed in antecedentibus prævalidè confutata propositione, contingeret tamen, duas illas, absque ullâ inter se subordinatione, merè disparatas potestates, aliquando inter se committi: quemadmodum duorum Regum supremæ potestates ad se invicem hæudquam subordinatedæ, sed merè disparatæ, graviter quandoque inter se committuntur, dum una in alterius jura involat. Quid ergo asserendum videbitur, si v. g. Rex quispiam a què supremus, Gallicæ Coronæ Iura Regia invaserit, an non Rex Christianissimus iusto adversus ipsum indicto bello, victor evadens, non suæ duntaxat Majestatis jura sibi vendicabit, sed Regni sui aggressorem suis quoque Regijs erga urbes æquo prælio occupatas, jurbus spoliandum decerneret? Sed quo jure? Non utique directè in eum supremum Regem jurisdictionis autoritate, sed ex lure vindicandi injuriam sibi, Coronæque suæ Regiæ illatam.

An non igitur pari, imò majori jure, si Rex terrenus invadat Iura Majestatis Pontificiæ, Ecclesiæque Sanctæ Bonum publicum perturbet, & legitime admonitus, contumaci nequitia suâ pessumdare contèdat, Ius erit Summo Pontifici, supremam autoritatem suam eoultque protendere adversus illum Ecclesiæ sanctæ publicum hostem, quoultque Rex Gal-

liæ præterdit, supremæ Majestatis suæ potestatem prævalere, ad Coronæ suæ jurium aggressorem æquè licet supremum Principem, suis juribus exuendum?

46. Ad hujus confirmationem, sequens accipe argumentum Theologicum ex uno per naturæ lumen conspicuo, & altero per fidei lumen certificato principio, sub legitimâ consequentiâ deducendum. Nempe luminis naturalis certum ac indubitatum est morale principium, quod supremæ Majestati jus sit, se ipsam & jura sua propria eouque vindicare, ut sub prævio injusta aggressionis judicio etiam publico, possit injustum suæ Majestatis aggressorem, Regem licet æquè supremum, armis suis subigere, eumque sic devictum, ex parte saltem, vel si causæ æquitas, seu necessitas exigat, etiam ex toto deturbare Regno suo, exuereque Regiâ suâ supremâ auctoritate. At fidei lumine certum est hoc alterum principium, quod Vicaria in Ecclesiâ Christi potestas saltem unâ cum Concilio Oecumenico sit suprema quædam auctoritas à Christo Domino instituta, obtinens Summæ intra Ecclesiam Majestatis lara, nulli alteri in terris subjecta, & subordinata, sed soli Christi Judiciaræ potestati subdita. Hisce igitur duobus prorsus certis, altero *naturalis luminis*, altero *fidei principijs* præsuppositis, quæ inde per legitimam consequentiâ Theologicam inferenda erit conclusio, nisi quod Oecumenica supremæ Ecclesiæ potestas æquè, ac Regia supremi Principis auctoritas possit quemcunque supremum etiam Regem, sanctæ Ecclesiæ, ejusque supremæ Majestatis furium aggressorem, tum judiciarâ potestate, tum spiritalis armaturæ potentiâ suâ, persequi usque ad ipsius exauthorationem.

PROBATIO IV.

**I**N quâ sit retorsio *quarti* Adversarium argumenti desumpti ex Christi Domini verbis *Joan. 18.* pronuntiantis: *Regnum meum non est de hoc mundo.*

47. Coarctemus rei presentis argumentum ad illud præcisè Christi Regnum, quod est Ecclesia. Hoc mysticum Christi regnum non est *de hoc mundo* tam *originativè*, quoad sui institutionem, quàm *formaliter*, quoad intrinsicam sui cum fidei lumine, & supernaturalis Religionis infusâ virtute commensurationem, quàm etiam quoad *specificationem* petitam ex *formali* suo objecto, quod Clerus Gallicanus in *primo articulo suo* circumscribit spherâ rerum spiritalium, & ad æternam salutem pertinentium. Num verò Catholico Theologo digna vox esset, asseverare, quod ulla ex humano arbitrio dependens sit *moralitas*, cui non superstruatur ordo ad salutem æternam, in tantum, ut quævis deordinatio à luminis naturalis *moralitate*, ex statu supernaturalis elevationis, inseparabiliter importet deficientiam à *supernaturali quoque moralitate*, ejusque *specificativo sine ultimo æternæ salutis?* Num Ecclesiæ portio regimen dicere sit, consistere in præcisâ, privatorum, & cujusvis Christiani pro-

priorum actuum ad salutem æternam ordinatione, non verò obtinere normam publici quoque Regiminis, fidelium sub uno Capite & Pastore Oecumenico in unitatem fidei coadunatorum, sicque unam Christianam Rempubliam constituentium, moderantis, atque universale sacræ Religionis Bonum sub publico etiam Dei cultu, autoritative ordinantis ad æternæ salutis Finem Ultimum? Numquid ab hoc publico sanctæ Ecclesiæ Regimine, sub fidei unitate omnimodam honestatem supernaturalem, cum æternæ salutis Fine ultimo, publicoque Religionis cultu mysterioso proportionabilem, convenienter ordinante ac dirigente, excludere fas est, qualescunque Principis sæcularis Regnum Politicum? Num hujus ad æternam salutem ordinis tum privati, tum publici, capacia negaveris Regiæ potestatis in Christiano Principe residentis, exercitia, & actus *morales* etiam publicos? Quandoquidem ergo Regni Christi, nempe Ecclesiæ spherâ, sit, quorumcunque Christianorum, *moraliumque* in his actuum, in salutem æternam, publicumque Dei cultum, communèque Sanctæ Ecclesiæ Bonum ordinabilitas, sub hac autem spherâ contineantur etiam Regna, Regiæque potestates, nec non quicumque Christianorum, ipsorum adeo Regum actus *morales*, in salutem æternam, publicaque Religionis Bonum commune ordinabiles, consequens est, secundum hanc ordinabilitatem, Regno, Christi, nempe Sanctæ Ecclesiæ, ejusque Oecumenicæ potestati subesse quoque Regna, Regumque actus *morales*, circa rerum temporalium dispositione versantes, *secundum dictam ordinabilitatem* spectatos, atque ad hanc eum *specificativum* Ecclesiasticæ potestatis *objectum formale*, se habentes, tanquam *objectum materiale*. Quandoocunque igitur Rex, quantumvis in lineâ politici regiminis supremus, molitur aliquid adversus publicum illud Sanctæ Ecclesiæ Bonum, ac regimen, suæ Regiæ potestatis actibus non tantum desciscendo ab illâ spherâ supernaturalitatis, in Sanctæ Religionis etiam publicæ, atque salutis æternæ finem ordinabilis, sed istud Ecclesiæ sanctæ publicum Bonum evertere conando, atque per schisma, seu perveria, adversus Oecumenicum S. Ecclesiæ Pastorem, ejusque regimen conamina, turbando pacem & tranquillitatem unitatis fidei, ac Religionis etiam publicæ, ex tunc speciali etiam publici Ecclesiæ sanctæ Boni protervè violati titulo, incipit esse subjectus Ecclesiasticæ potestatis judicio, ejusque auctoritati judiciaræ.

Neque hoc mirum cuiquam videri debet expendenti, quod, licet hæresis crimen *de naturâ suâ* non subsit potestatis Politicæ tribunali, utpote ejus spherâ *per se ac directè loquendo*, luminis naturalis limitibus circumscripta, superextendi haud valeat super fidei dogmata, atque adeo errores eisdem adversantes dijudicandos. Nihilominus, quia *moraliter* est impossibile, scisâ religione in aliquo Regno, servari posse illâsam tranquillitatem, & publicam politici quoque regiminis pacem, ideo propter hæresicos, huic publicæ pacis Civilis, Bonique Politici tranquillitati ne-

vitabiliter adversantis nequitiam, Rex suæ Regiæ Majestatis potentia seu judiciaria, seu militari adversus hæreticos, imò ipsas etiam hæreses in suo Regno enascentes, vel ibidem jam adolescentes, merito insurgit, non quidem per se ac directè, sed quatenus hæreses Politici regiminis Bono, & pacis publicæ tranquillitati nocent, ut sic enim tanquam objectum materiale subduntur Politici regiminis ordinabilitati, seu formali Regiæ potestatis specificativo objecto, sub se ad eò complectenti etiam hæreses, non formaliter, sed materialiter spectatas, quæ ne nipe cum publico regiminis politici Bono pugnant, ut sic enim respectu potestatis Regiæ, subeunt ratione objecti materialis.

Cujus ulterior confirmatio delimitur ex eo, quòd Juramenti vinculum sit de se spirituale, formaliter ac directè spectans ad solum Ecclesiæ Sanctæ tribunal. Nihilominus Regiæ potestas legitimam habens autoritatem super contractu Civili, qui ejus subijcitur foro, potest hunc irritando, per consequentiam facere, ut, si iurejurando firmatus fuerit, hujus quoque vinculum tunc per indirectum tollatur. Quam indirectam Juramenti solutionem Rex supremam suam autoritate potest insuper præstare, ex causâ legitimâ nomine alterius sibi subiecti contrahentis, remittendo obligationem contractus Civilis: vel etiam faciundo, ut contractus, super quo adhiberi solet Iuramentum, ex causâ publici Boni Civilis, sit illicitus ac iniquus: hoc enim utroque modo per indirectum solvitur iurisjurandi vinculum, spirituale licet, ac solius Ecclesiæ, non Regiæ potestati per se formaliter ac directè subiectum.

Quòd si ergo Regia potestas, sphaerâ naturalis duntaxat regiminis circumscripta, super spiritualia, tanquam objectum materiale extendi valet, quatenus annexam habent aliquam, Politico regimini proportionatam ordinabilitatem, vel quatenus cum hujus publicâ tranquillitate oppositionem præferunt, quidni à fortiori dixeris, Ecclesiæ sanctæ Claves posse supra jura & Regna temporalia, tanquam objectum materiale superextendi, quatenus vel publicæ Religionis, ac Fidei unitatis, atque cum æternæ salutis sine congruitatis ordinabilitatem, vel ab harum aliquâ deficientiam, imò positivam etiam repugnantiam præferunt?

## §. III.

**Nostratis sententiæ Argumenta**  
ex Antiqui Fœderis tabulis deducta referuntur ac expenduntur cum conclusionem super ijs reflexivâ.

## ARGUMENTUM I.

Ex 2. Paralip. 26. capite petitum.

50. **A**uthor Regalis Sacerdotij lib. 1. §. 2. n. 1. Argumentatur 1. Oziam Regem, quamdiu Pontificis Azariæ mandato & consilij paruit, gloriâ & victorijs floruisse: ubi verò Sacerdotis officium usurpavit, leprâ percussam, Templo & Regno à Pontifice pelli, & Imperium filio tradi. Verba Scripturæ hæc sunt;

*Sed cum roboratus esset Ozias, elevatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusque Templum Domini, adolevere voluit incensum super altare thymiamatis. Statimque post eum ingressus est Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini octoginta, viri fortissimi vestierunt Regi, atque dixerunt: Non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed Sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hujusmodi ministerium. Egrede de Sanctuario, ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo. Tristisque Ozias, tenens in manu thuribulum, ut adolere incensum, minabatur Sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte ejus coram Sacerdotibus in Domo Domini super altare thymiamatis. Cumque respexisset eum Azarias Pontifex, & omnes reliqui Sacerdotes, viderunt lepram in fronte ejus & festinatè expulerunt eum: sed & ipse perterritus acceleravit, egredi, eò quòd sensisset illud plagam Domini. Fuit igitur Ozias Rex leprosus usque ad diem mortis suæ, & habitavit in domo separatâ, plenus leprâ, ob quam eiectus fuerat de Domo Domini. Porro loatham filius ejus rexit Dominum Regis, & iudicabat populum suum. Ex quo sacro textu talis efformatur argumentatio. Nempe Rex Ozias non tantum, ut templo exiret, rogatus, sed etiam compellus, & à reliquo populo. Summo Pontificis arbitrio separatus, & hoc in solo regno exutus est: sic enim habetur Levitici 13. v. 4. Quicumque ergo maculatus fuerit leprâ, & separatus est ad arbitrium Sacerdotis &c. solus habitabit extra castra. Sicut ergo ad Sacerdotem pertinebat de leprâ Principis cognoscere, & si reperisset infectum, à commercio populi excludere, sicque inhabilem Regno pronunciare: sic multo magis in Novâ Lege ad Summum Sacerdotem pertinet, de leprâ spirituali iudicium ferre, & si periculum ex illa fidelibus immineat, Regnum Principi adimere, ne exemplo, imperio, & potentia Ecclesiam corrumpat. Quæ causâ fuit Adriano, Leoni, & Stephano Romanis Pontificibus, ut Imperatoribus Græcis non tantum in hæresin lapsis, eamque decretis & supplicijs Oriente toto propagantibus, sed etiam Occidentem invasuris, Imperium abrogarent. Et quamvis illud præceptum de leprâ corporali à Sacerdote cognoscendâ, judiciale fuerit, potuit tamen etiam in Lege Evangelicâ locum habere. Imò quoad lepram spirituales, est præceptum morale fundatum in Iure Divino naturali.*

## Obiectio.

51. **E**Xcipi potest ex adversâ parte, quomodo subsistat proximè adductum principium, quo asserbatur, illud de leprâ corporali à Sacerdote cognoscendâ Veteris Legis præceptum judiciale, potuisse etiam in lege Evangelicâ locum habere?

## Responsio.

52. **R**Eponi equidem potest, per principium proximè assertum minime intendi, ac si illud præceptum formaliter sub Divina, nempe Veteri Legi annexâ, at per Christum evacuatâ formalitatis suæ, etiamnum locum habeat in Lege

Lege Evangelicâ, sed ipsomet *Regalis Sacerdotij* Authore insinuante, hoc tenere duntaxat in vi Canonis I. de homicidijs: ubi sancitur: *Homicidij per industriam, vel insidias perpetrati auctoritate esse ab altari, ad quod confugit, avellendum, & Curia seculari tradendum, ut moriatur.*

Verum neque ex isto Canone probatur Judiciale illud de leprâ corporali per sacerdotem cognoscendam præceptum, adhuc vigere in Nova Lege. Veteris equidem Testamenti leges, seu Evangelicæ veritatis figuræ, quoad rem figuratam & præsignificatam ita fuerunt consummata à Christo, ut veritas sic præfigurata re ipsâ jam subsistat sub statu Evangelij. Unde sicuti lepra corporalis per Sacerdotem cognoscenda, erat figura Divinitus instituta, ad præsignificandum Sacerdotij Christi super leprâ spirituali judicium, sic indubitatum hinc delumitur argumentum, de istâ Sacerdotij Christi propria judiciaria super fidelium peccatis, seu lepris spiritualibus cognoscendis auctoritate. An verò ex eâ figurâ efficaciter probari queat, quòd Sacerdotij Christi præsignificata potestas judiciaria procedere valeat ad ipsos etiam Reges exauthorandos, non immeritò dubitare licet, accuratius expendenti eam figuram.

53. Ex præadducto namque sacro textu non evincitur, quòd Ozias per auctoritatem Summi Pontificis Azariæ sit exutus Regiâ dignitate, sed verba illa sacra Oziam leprâ licet percussum, & separatam, expressè appellant adhuc Regem ad mortis usque suæ diem, sicque adeò unâ cum Scripturarijs, Sallianus usque ad Annum mundi 3277. sicuti etiam Isaias Prophetâ cap. 6. pro eo anno, quo mortuus est Ozias, ipsum adhuc Regem nominat. Unde Joatham filius ipsius, non nisi administratoriâ potestate regebat populum, usque dum Ozias mortuus fuerat. Ex illo igitur Azariæ Summi Pontificis adversus Oziam Regem exemplo haudquaquam evincitur, potestatem exauthorandi Reges, fuisse annexam summo Veteris Legis Sacerdotio, sed potestatem duntaxat cognoscendi super leprâ corporali, sicque infectum separandi ab hominum consortio. Nec juvat, si dicatur, illam super leprâ corporali cognoscendam, leproloque separando, præfigurativam Antiquæ Legis Sacerdotio competentem, potestatem, manere jam in Novâ Lege, quatenus in ordine ad lepram spiritualem, morale continet præceptum, in Jure Divino naturali fundatum, vi cuius scilicet, Summo Pontifici incumbat, Ecclesiæ sibi commisse prospicere adversus Reges, Fidei, ac Religionis Orthodoxæ inimicos, ne exemplo, imperio, & potentia eandem Ecclesiam corruptant. Hoc enim morale Iuris Divini naturalis præceptum, num dicere fas est, præcontentum fuisse in præadducta Veteris Legis judiciaria lege? Vel potius ex alio fonte ac fundamento delumendum est? Hujus quæsitæ decisio ex præadductis sacre Scripturæ verbis haud elucet, meritoque adeò istud difficultatis præcipuæ punctum, reservatur accurate ponderandum, in conclusione inferius sancienda.

## ARGUMENTUM II.

Ex 2. Paralip. 23. & 4. Regum II. capite petitum.

Auctor præinsinuati *Regalis Sacerdotij*, ubi supra argumentatur. Jojada Pontifex loco allegato Athaliam, quæ Regno injustè occupato, Idolorum cultum invexerat, puniri jubet, & legitimum Regem solio restitui. Verba Scripturæ sunt ista: *Produxitq; Jojada filium Regis, & posuit super eum diadema & testimonium, feceruntq; eum Regem, & unxerunt, & plaudentes manu, dixerunt. vivat Rex. Et post pauca: Præcepit autem Jojada centurionibus, qui erant super exercitum, & ait eis. Educite Athaliam extra septa Templi, & quicumq; eam secutus fuerit, feriatur gladio. Pepigit ergo Jojada foedus inter Dominum & Regem, & inter populum, ut esset populus Domini, & inter Regem & populum.*

Ex quâ proinde historia evincitur, Pontificem maximum, cum alios animus deficeret, Reginam tyrannidis damnare, milites conscribere, legitimum Regem solio imponere, foedus non tantum inter Deum & Regem, sed etiam inter Regem & populum pangere, & conditiones dicere, remque civilem juxta & militarem curare. Sed quo jure? nisi iure naturæ & necessitatis, ne scilicet impio Principe in thronum sublato, Religio Sacerdotibus commissa profigaret.

Si dicatur. Notoriam hanc fuisse Athalia tyrannidem nullo jure Regno invadentis, & ideo non à Sacerdote tantum, sed quolibet subditorum potuisse Regno, quod injuriâ tenebat, repelli. Adversus hanc adversariorum exceptionem pergit præcitatus Auctor, hanc in modum argumentari. Quemadmodum, inquiens, Athaliam Summus Pontifex Regno egerit, quia nullo jure regnabat: eodem modo, si Regno aliquis sic administraret, ut Religioni & fidei noceret, deponi imperio potest, quia jus regnandi aut amittit, aut illo est indignus: potest enim aliquis vel ab ipsis initijs regno indignus esse, quia nullum jus regnandi habuit, ut Tyranni: potest iterum indignus esse, quia licet Regno legitime ingressus, postea tamen jus regnandi amisit, aut meretur, ut amittat. Utroque casu nullo jure regnatur, primo, quia non habuit: secundo, quia amisit, seu delicto perdidit; uti patet exemplo Ozia. Sunt autem paria, non habuisse, & perdidisse. Hoc tamen judicium, cum sit de re gravissimâ, & Capita Republicæ tangat, quibus omni jure venerationem debemus, soli PONTIFICI MAXIMO reservatur, cui soli dictum est: *Pasce oves meas.* Ut infra ex Cap. Ne aliqui. De Privilegijs. in 6. dicitur: alioquin Republicæ atrocissimijs plenæ & patricidijs essent, quolibet, qui Principi vim intulisset, causam & salutem publicam prætentente. Simile exemplum de Phinees summi Sacerdotis filio Num. 25. habetur, cujus factum ex eo capite Divus Thomas excusat 2. 2. q. 160. art. 6. ad 2. Quia licet non esset summus Sacerdos, erat tamen Summi Sacerdotis filius, & ad eum hoc videbatur pertinere, sicut & ad alios Iudices, quibus hoc erat præceptum. Ob-

Objectio.

56. **E**Xcipi potest in contrarium, ex quo fundamento illi, qui nullum jus regnandi habens, in via Juris est Tyrannus, equiparetur is, qui regnum legitime ingressus, abutens suo jure regio, in via Facti est Tyrannus. De prioris equidem generis Tyranno, tenent Theologi communiter, cum Divo Thoma 2. Sentent. dist. ult. q. 2. art. 2. ad 5. posse a quovis de regno interfici, non tamen Jure vindictæ, sed Jure defensionis, eò quod talis Tyrannus non sit Princeps, sed iniquus invasor & oppressor Reipublicæ, ac singulorum etiam civium: injustus autem invasor Reipublicæ, dum non tu- perest aliud remedium, potest Jure defensionis per quemlibet civem e medio tolli: sic enim Aod sustulit e medio Eglon Regem Moabitarum, Tyrannicū illi aelitarū oppressorem Iud. 3. & Judith pari defensionis Jure interfecit Holofernem, injustum populi Dei impugnatorem. Hoc naturali defensionis Jure attento, nullum est dubium, à Jojadâ Summo Sacerdote 4. Reg. 11. & 2. Paralip. 23. justè reprobata esse Athaliam, regnum Judicum tyrannicè, absque ullo titulo sibi arrogantem, ipsaque adeò justitia exigebat, ut Rex legitimus solio imponeretur. Verùm in hoc Jojadâ Summi Sacerdotis facto necdum ostensum est, an Jure duntaxat naturalis æquitate miratur, vel specialis etiam Summi Sacerdotij Jure aliquo.

Responsio.

57. **H**ujus quæstionis elucidationem faciemus in sequenti conclusione nostrâ. Interea observanda hic venit de posterioris generis Tyranno Theologorum sententia recepta. Nempe quamdiu manet Princeps, non posse à privatis occidi, juxta Concilij Constantiensis Sess. 15. decretum de errore damnantis hunc articulum: *Quilibet Tyrannus potest, & debet licitè & meritorie occidi per quemcumq; vasallum suum, vel subditum.* Etenim princeps, quamvis Tyrannicè imperet, manet re ipsâ superior. Scriptura verò Christianos primitivè Ecclesiæ jubebat in rebus licitis parère Principibus, qui Ethnici erant, maximèque tyranni, ac persecutores Ecclesiæ. Hæc equidem sententia & ratio procedit de Tyranno, quamdiu Princeps manet. At ex quibus seu naturæ, seu sacræ Scripturæ principijs demonstrare licet, Regem legitime ingressum Jure Majestatis Regiæ privati ipso facto, si ejus regimen fuerit tyrannicum? Ubi tyrannis eòsque exereverit, ut non videatur amplius tolerabilis, nec aliud superest remedium, docent quidem aliqui Theologi à Republica, seu Comitij Regni esse à Regiâ dignitate deponendum talem Tyrannum, declarandumque hostem, priusquam in ipsius personam quidquam liceat attentare. Hæc autem Comitiorum potestas hititur tum defensionis naturalis Jure: tum primævâ origine Regiæ auctoritatis, penes populum Jure naturali primitus subsistentis, nec nisi sub istâ connaturaliter inditâ æqui regiminis conditione & pactione, in unum Caput Politicum, e- jusque seu hæredes, seu successores translati,

Quòd si proinde tyrannica ejusmodi gubernatio intrâ puros naturæ lumini commensuratos limites subsistere possit, super eâ dijudicandâ fortassis extendere haudquaquam se possit Oecumenici Pastoris autoritas, eo ipso tamen, quòd moralitatis naturali quoque lumini proportionatæ transgressio, propter ejusdem ad supernaturale statum elevatione, nullatenus subsistere jam possit, quin moralitatis quoque supernaturalis violatio, Pontificiæ Christi Vicariæ potestati indubiè subjecta, simul interveniat, an non ex hoc saltem titulo super illam extendere se merito potest ac debet supremi Pontificis autoritas, maximè si emergat publicum etiam Ecclesiæ damnum? velut infra ex initio probabitur ex sacris Litteris.

ARGUMENTUM III.

Ex Ecclesiastici 48. Capite.

60. **A**uthor præallegatus argumentatur 3. Eliæ Prophætæ hoc elogium ponit Spiritus sanctus Ecclesiastici 48. *Quis potest similiter gloriarî tibi? Qui deiecisti Reges ad perniciem, & confregisti facile potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo, qui ungis Reges ad penitentiam, & Prophetas sacris successores post te.* Ex quo sacro textu hunc in modum ratiocinatur præfatus Author. Reges, quos unxit Elias, fuere Azael Rex Syriæ, & Jehu Rex Israel 4. Reg. 19.

61. Si dicatur Elias id fecisse Dei jussu, non suâ sponte: id quidem verum est, sed idem Dei mandatum Summi Pontifices acceperunt, cum illis commissæ sunt oves Christi, quarum custodia necessariò requirit potestatem lupos arcendi, eosque, qui Ecclesiam evadunt, exarmandi, ne, si velint, possint nocere. Hoc enim naturale jus defensionis, cum singulis natura permittat, quanto magis Summo Pontifici in eos, qui Ecclesiam, ovesque Christi, ac sibi commissas animas aggrediuntur. Hoc adeò casu poterit Summus Pontifex Eliæ exemplo, deiecere Reges ad perniciem, & Reges un- gere ad penitentiam. Nam teste Divo Ambrosio lib. 1. de Offic. c. 36. & S. Thomâ 2. 2. q. 60. art. 6. ad 2. *Qui non repellit injuriam à socio, cum potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit.*

Objectio.

62. **E**Xcipi potest ex parte adversa, illam argumentationem unice resolvi in defensionis Jus naturale. At desiderari, ut ostendatur, quomodo tale jus naturale in supernaturali Oecumenici Pastoralis muneris potestate sit eatenus divinizatum, ut ex ipsismet fidei principijs per argumentum verè ac strictè theologicum firmari valeat?

Responsio.

63. **H**oc petitum sequenti ratione præstamus. In Eliâ etenim non præcisum jus Naturale defensionis prævalere potuisset, nisi Dei mandatum extraordinarium ad deiciendos Reges, ipsorumque potestatem confingendam intervenisset, quo Divino mandato unice nitebatur ille Eliæ spiritus. Sicuti ergo in hoc Propheta erat spiritus quidem non Oecumenicus,

sed potius privatus, illius duntaxat personæ annexus, sic operæpretium est, indagare, an ex sacris Litteris probari valeat, quod pro perpetuo Ecclesiæ statu sit Pastoralis Christi Vicario muneris annexus spiritus altioris ex Divino mandato, quasi Divinitate & auctoritate, ad infringendam iniquorum Regum potentiam, ipsosq; adeo Reges Ecclesiæ sanctæ perturbatores, ac contra Christi Vicarium perduelles deiciendos? Quod in sequentibus præstare totis viribus conabimur.

## CONCLUSIO.

64. **R**egia potestatis erga Oecumenicam sanctæ Ecclesiæ auctoritatem, subordinatio ostenditur ex Veteris Testamenti *superius* allegatis sacris textibus.

Explicatur. Sacerdotio Antiqui Testamenti fuisse judicariam quoque potestatem, ambigui Legum judicialium populo Dei præscriptarum sensus, eatenus declaratoriam, ut super ipsis quoque Civilibus causis tanquam *objecto materiali* se extenderet, evincitur ex Deuteronomij 17. vers. 8. ubi Deus ita sanxerat: *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad Sacerdotes Levitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, querelq; ab eo, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies, quodcumq; dixerint, qui præsumt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te, sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dextram, vel sinistram, qui autem superbiebit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Deo tuo, & decreto Iudicis, morietur homo ille.* Ex quo sacro textu in tantum patet iudicariæ secularis potestatis ad Sacerdotij Veteris auctoritatem subordinatio, ut iudicem secularem oportuerit, iudicij veritatem requirere à sacerdotio, facereque, quodcumque ex hujus iudicio fuerat sancitum, ac strictè sequi Sacerdotum sententiam.

65. Dici equidem fortassis posset, in Veteri Testamento leges judiciales fuisse Divinas, quarum adeo interpretatio merito petenda erat à sacerdotali auctoritate, in Novo autem Testamento Leges fori Civilis in causis seu civilibus, seu criminalibus moderatrices, haudquaquam esse juris Divini, sed juris *humani*, ab ipsis Regibus & Imperatoribus latas, ut secundum eorum normam perageretur iudicium. Nihil ergo cum istis habere, quod agat supra sacerdotij Christiani auctoritas, sed totum ejusmodi iudicium cum legum ejusdem moderatricum interpretatione, remittendum esse ad Reges & Imperatores, seu iudices ab ijdem constitutos.

66. Veùm licet hæc discrepantia inter Novi & Antiqui Fœderis statûs Leges judiciales revera, ut dicitur, ita se habeat, ex præadducto nihilominus sacro textu constat, quod sacerdotale iudicium ita *directè* seiebat super legis judicariæ Divinitus constitutæ interpretatione, ut tamen *indirectè* per modum *objecti materialis* attingeret ipsas quoque Civiles cau-

sas, præviæ de legitimo legis sensu Sacerdotis sententiæ conformiter dijudicandas; eodem sacro textu dilucidè sanciente: *Si difficile & ambiguum apud secularis fori iudices perspectum fuerit iudicium inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, verè civilem, super quâ intra laicæ potestatis portas, seu tribunalia existat iudicium variatio, eatenus debuisse iudicij veritatem indagari ex iudicio Sacerdotij, ut in ejusmodi specificâ causâ oportuerit, iudices laicos, sequi sententiam Sacerdotum.* In aperto igitur est, Sacerdotij auctoritati talem in Antiquo etiam Fœdere, debitam fuisse civilis potestatis subordinationem, ut illa *indirectè* se extenderet ad causas quoque Civiles, ceu *objectum materiale* iudicij sacerdotalis, super judicariæ legis sensu *per se formaliter*, super ejusmodi verò causis Civilibus *indirectè & materialiter* se protendentibus.

67. Et verò licet Leges, secundum quas fit iudicij civilis moderatio, non jam sint *specificè* Divinæ, sed ab ipsismet Regibus seu Imperatoribus, pro suo seu Regno, seu Imperio latæ; attamen cujuscunque legis ratio transcendentalis exigit ad essentialè sui valorem, ut non sit difformis, sed *positivè* conformis Jurî Divino, vel naturali, vel *positivo*. Hæc autem cum jure Divino etiam naturali conformitas, ex statu supernaturalis hominum elevationis jam subsistere nequit, si qualemcunque habeat cum lege Divinâ sacris Litteris nobis patefactâ dissonantiam. Sub quâ adeo cujuscunque cum honestate, sacris Litteris sancitâ difformitatis *formalitate*, ad Ecclesiasticæ potestatis spheram spectante, lex à Rege, vel Imperatore lata, per modum *objecti materialis*, *indirectè* saltem subijcitur sanctæ Ecclesiæ auctoritati ac iudicio.

68. Quemadmodum igitur Deuteronomij 21. c. 5. Deus imperavit, ut ad verbum Sacerdotum *omne negotium, & quidquid mundum, vel immundum est, finiatur.* Sic in Novâ Lege iudicium Regalis Sacerdotij, super legibus Regijs, & Imperatorij, & consequenter super civilibus ex harum normâ decidendis causis quibuscunque superextenditur, non quidem *directè*, ac *per se*, sed *indirectè & materialiter*, quatenus Summæ Oecumenici Pastoris officium requirit, providere, ne quid à Jure Divino, seu naturali, seu *positivo* distortum irrepat, siquidem deviatio à naturali æquitate subsistere nequeat, quin habeat repugnantiam cum fine salutis æternæ, honestateque etiam supernaturali, ipsiusque etiam Religionis sanctæ decore. Sub quâ adeo repugnantia *formalitate*, si quando in legibus Civilibus interveniat, istæ ceu *objectum materiale* necessariò subesse debent iudicio Pontificiæ auctoritatis.

Quibus proinde suppositis, ad argumenta circa Pontificiæ super Regiâ potestate *materialiter* saltem spectatâ, causisque Civilibus auctoritatis extensionem, ex Veteris Testamenti sacris textibus petita, accuratius ponderanda procedemus, vitori. *quantâ polleant vi & energia ad demonstrandam politicæ potestatis respectu Ecclesiasticæ auctoritatis subordinationem?*

\* \*

P R O.

## PROBATIO I.

Defumpta ex 2. Paralip. 26. capite.

69. **E**T enim quia Veteris Testamenti Sacerdotio potestas erat, per Verbi Divini interpretationem formandi ac ferendi sententiam super veritate iudicij, causam etiam Civilem concernentis; uti liquet ex præallegatis Deuteronomij sacris textibus: à fortiori dicendum est, id Sacerdotium habuisse talem autoritatem super causis spiritualibus, qualis erat Oziaæ arrogata præsumptio: *Ut templum ingressus, adoleret incensum super altare Thymiamatis.* Super hæc igitur Divini ordinis transgressione non ex privato duntaxat, sed sacerdotialis autoritatis publico iudicio, Azarias Sacerdos Summus, unâ cum reliquis octoginta Sacerdotibus ferebat sententiam, *positivè resistendo, sicque autoritativè dicendo: Non est tui officij, Ozia, ut adoleas incensum, sed Sacerdotum, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium.* Quod si ergo in Novâ Legè contingeret, Regem quempiam Christianum involare in Jura Sacerdotij supremi, Ecclesiæque sanctæ pacem, ejusque supremam autoritatem iniquis machinationibus perturbare ac pessumdare, imò sibimet arrogare & usurpare; an minus dixeris esse in Novâ Legè, ac in Antiqui Fœderis Summo Sacerdote autoritatis, ad pronuntiandum judicialiter super tali Regis quantumvis supremi arrogantia? Equidem lubens dabo, Azariam Summum Sacerdotem non exauthorasse Regem Oziam in tantum, ut ipsi adimeretur Regiæ potestatis jus, exutus tamen fuit ejus exercitio.

70. Nec porro dicere fas est, regiminis publici administrationem Regi Oziaæ ademptam fuisse, non tam ex sententia Summi Sacerdotis, quam per consequentiam duntaxat, quod à Domino percussus leprâ, exinde à consortio hominum separatus degeret. Nam sacer textus expressis verbis ait, Oziam cum Sacerdotibus, ubi vidisset, lepram ex Oziaæ Regis fronte apparere, festinatò eum expulisse; non aliâ utique, quam autoritatis publicæ potestate. Ex qua etiam autoritate juxta Leviticij decimum tertium caput, penes Sacerdotem stabat arbitrium separandi leprosum. Quod adeò arbitrium Azariæ erga Regem Oziam, non operabatur duntaxat localem ab hominum consortio separationem, sed formalissimam à Regio regimine avulsionem, ita ut jure Regio penes ipsum habitualiter adhuc subsistente, ejus tamen exercitium ipsi abrogaretur in tantum, quod Ioatham filius ipsius iudicaret ex tunc populum: utique non patris nomine, cum de hoc nihil dicat S. Scriptura, sed absolutè absque ullius erga Oziam in administrando regno dependentiæ mentione asseveret, *Ioatham ex tunc rexisse domum Regis, & populum terræ.*

71. Sicuti ergo quisque privatus leprosus arbitrio Sacerdotis erat à consortio hominum separandus, veluti civiliter mortuus, adeoque jure civilis societatis spoliatus, sic Oziaæ Regis per Sacerdotis arbitrium ab humano consortio separatio, facta erat etiam quoad politicæ cum subditis communionis avulsionem, Re-

giæque adeò potestatis, vel per se, vel per alium, seu Vicarium suum exercendæ privatione, cum ceteroqui non tam Ioatham, quam Ozias pater dicendus esset illo adhuc tempore regnasse, quemadmodum haud simpliciter, & absque addito Vicariam duntaxat potestatem denotante, dicendus esset regnare, subiens vices Regis, qui actualis adhuc regiminis per alium scilicet exercendi clavem, seu Jus Regiæ administrationis, non radicaliter duntaxat, sed quoad actualis per alium suo nomine peragendæ administrationis adhuc obtineret. Quia igitur Summi in Antiquo Fœdere Sacerdotis judiciaria potestas se protendebat super Regis, Oziaæ, Sacerdotale munus sibi arrogantis scelerè, ejusque leprâ à Deo percussu, quoad civilem quoque & politicam gubernationem separatione, atque adeò Regiæ administrationis exercitio adimendo, quid ni dixeris, Occidenticam Summi in Novo Fœdere Pontificis autoritatem protendi super Regum temporalium, in Jura sanctæ Ecclesiæ involantium præsumptuosam arrogationem, eorumque hinc à fidelium publicâ cõmunionem separationem, imò & Regiæ administrationis, quinimò Juris quoque Regij, si publicæ necessitatis ratio expostulare videbitur, privationem, prout hæc in subsequentibus per Novi Testamenti paginas luculenter ostenduntur.

## PROBATIO II.

Defumpta ex 2. Paralip. 23. &amp; 4. Regum 11. capite.

**L**ibenter damus, Athaliam, de qua in hisce 72. sacra Scripturæ locis est sermo, fuisse de genere illorum, qui non tantum in via Facti, sed etiam in via Juris sunt Tyranni, quorum ea est conditio, ut à quovis Regni concive non quidem Jure vindictæ, sed Jure defensionis occidî possint, uti ex S. Thoma, & cõmuni Theologorum sententiâ est traditum supra num. 56. Num verò dicere fas est, Iojadam Pontificem ex hoc privato duntaxat Jure defensionis naturalis, egisse adversus Athaliam Regni Judaici tyrannicam dominatricem? In hoc Summo Pontifice ex constitutione Divinâ 6. cap. Deuteronomij erat autoritas iudicij veritatem definiendi, ex sacrosanctis statûs illius Mosaici legibus. Hæc verò autoritas Pontifici Summo Divinitus attributa, extendebat se ad omne negotium, omnemque causam, civilis quoque statûs propriam, uti apertè liquet ex 17. & 21. Deuteronomij cap. Hoc igitur autoritatis Divinitus constitutæ Jure, quis negare ausit, usum fuisse Iojadam Summum Sacerdotem, adversus Athaliæ tyrannidem, eodumque procedendo, ut & ipsam Regni possessione spoliandam decerneret, & ad eam ab usurpatâ regiminis possessione detrudendam, milites conscriberet, legitimumque Regem folio imponeret, fœdere inter Deum ac Regem, nec non inter Regem, & populum sancito, non ex privato sensu suo, sed ex publicâ autoritate Sacerdotij, jus Divinitus sancitum habentis super ejusmodi iudicij veritate & justitiâ.

C 2

In



73. In præallegato equidem *Deuteronomij 17. c.* habetur, ut, postquam Sacerdos docuisset *veritatem Iudicij*, iudex proferret huic conformiter sententiam executioni demandandam, sub ipsa etiam mortis pœnâ inobedienti Divinitus destinata. At in casu illo Athaliae Regnum injuste occupantis, dum nullus erat constitutus iudex Laicus, Rege legitimo exturbato, & pro tunc in jus suum restituito, ipsemet Pontifex proferens *veritatem iudicij* (quod tamen per iudicem laicum huic iudicio suo ex Divinæ Legis dispositione subordinatum, executioni demandari pro tunc haud poterat) quâ, nisi suâ Summi Sacerdotij per Deum constitutâ autoritate progredieretur ad finem, tali negotio imponendum, Deo, *Deuteronomij 21. v. 5.* statuente, ut omne negotium ad verbum Sacerdotum finiatur.

Juxta hoc igitur Iojadæ Summi Sacerdotis exemplum, quis Summo Novi Testamenti Sacerdotio negare aulit potestatem adversus tyrannos absque legitimo juris titulo Regni culpam invalores, procedendi ex publicâ, etiam judiciariâ autoritate?

74. Illorum equidem Tyrannorum, qui legitimum Regni jus obtinent, sed in via Falsi tyrannicam obeunt gubernationem, nullâ erga subditos justitiâ ac æquitatis attentâ ratione, alia fors & ratio est, ita ut secundum Concilij Constantiensis Decretum, nefas sit, à privatis quibuscunque ipsos interfici. Attamen eorum tyrannica iudicia, æquitatis & justitiæ ordinem pervertentia, imò funditus evertentia, ex eo, quod supernaturali honestati, indeque saluti æternæ positivè oppositam continent dissonantiam, ipsimet etiam Pontificiæ super omnes Christi oves, atque ad eod super quoscunque Christianos Reges, nec non super omnem, quæ super terram est, moralitatem protensa autoritati sunt subiecta, eodque, ut potestatem istam Ecclesiasticam non audiens, instar Ethnici sit habendus. Attendant igitur Reges Christiani hoc Divinum Ecclesiæ sanctæ iudicium, ne eodque iniqui regiminis nequitij se faciant reos, ut in statu Ethnicam, nempe omnimodæ Divinorum charitatum, & Ecclesiæ sanctæ beneficiorum communicationis expertem, suâ censuris Ecclesiasticis dignâ iniquitate, se se conijciant.

#### PROBATIO III.

Petita ex *Ecclesiastici 48. capite.*

75. Ibi namque agitur de Eliæ spiritu, eodque Divinitus sublevato, ut mandato Dei & Reges iungeret ad penitentiam, & Reges deiceret, & confringeret ipsorum potentiam. Hoc equidem Dei mandatum Eliæ, quâ Prophetæ factum, non erat cum successione jure propagandum in posteros, hinc tamen elucet, quodque spiritus Dei in Antiquo etiam Testamento fuerit operatus. An ergo nefas erit, asseverare talem Dei spiritum, gratiæ non gratum facientis, sed gratis datæ, habere etiamnum locum in statu Legis Evangelicæ? Hanc profectò Christus, ut Regni sui mystici, Ecclesiæque suæ sanctæ statum sublimius adornaret, vo-

luit condecoratam clavibus Regni Calorum, Petro, ejusque successori perpetuò destinatis, cum potestate ligandi & solvendi, quidquid esset super terram, in caelis etiam rato habito, atque ad eod intra conscientie forum comorbato, quidquid ex hac autoritate in terris vel ligaretur, vel solveretur. In hac igitur solvendi & ligandi Oecumenicâ autoritate subsistere etiamnum illum Eliæ spiritum non privati, sed publici jam Regiminis, pro Religione sanctæ seu propagatione, seu conservatione perquam necessarium, mox elucidabitur ex Novi Fœderis sacris textibus, deinceps accuratius expendendis.

#### S. IV.

Nostratis sententiæ Argumenta, ex Novi Testamenti sacris textibus desumpta referuntur. ac expenduntur, unâ cum conclusione super istodem reflexivâ.

#### ARGUMENTUM I.

Desumptum ex *Matth. 16. v. 18.*

Author præfati Regalis Sacerdotij cit. §. 2. n. 5. argumentatur I. ex verbis Christi Domini ad Petrum loco proximè citato prolatus, *Et ego inquitis, dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalent adversus eam, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis.* Ex his namque Christi Domini verbis sequens construitur ratiocinatio. Omnium Patrum tum Latinorum, tum Græcorum sententia est, hisce verbis Petro promissum esse supremum, & Monarchicum Ecclesiæ regimen in his, quæ pertinent ad bonos mores, sanandæ doctrinam. Ergo etiam omnia media necessaria promissa sunt, sine quibus illa conservari non possunt, & consequenter in bona, & Regna temporalia, quæ omnî consensu sunt propter bona spiritualia, tanquam media propter finem: concessio enim sine, conceduntur omnia media illi necessaria, alioquin concessio finis foret inutilis. Quæ consequentia ex Matthæi verbis adducta, non est imaginaria, sed ex naturâ rei desumpta, & à legislatoribus, ipsisque Principibus approbata; sic enim loquuntur in *Leg. 2. ff. De jurisdictione.* Cui Jurisdicção data est, ea quoque concessa esse intelliguntur, sine quibus jurisdicção explicari non potest. Quod optimè animadvertit Gregorius VII. lib. 8. *Epist. 21.* *Habet enim, inquit, potestatem Ecclesia Romana singulari privilegio concessam, aperire & claudere januas regni caelestis, quibus voluerit. Cui ergo aperiendi, claudendiq; Cali data potestas est, de terra iudicare non liceat;* Et S. Leo IX. in *Epist. adversus præsumptiones Michaelis Constantinopolitani cap. 13.* *Hic, inquit, & alijs quàm plurimis testimonijs jam vobis satisfactum esse debuit de terreno & caelesti imperio, imò de Regali Sacerdotio sanctæ Romanæ & Apostolicæ Sedis, præcipuè super ejus speciali dispositione in caelis, si quo modo Christiani esse, velle, optatis, & si ipsam Evangelij veritatem aperire, quod abist, non impugnetis.* Ob-

## Objectio.

77. **E**Xcipi potest ex parte adversa. Indubitatum equidem esse fidei principium, quod Petro cum ordine ad perpetuum Ecclesie statum, ejusque adeo successoribus, illis Christi Domini verbis fuerit promissum supremum Ecclesie regimen. At dum additur, hoc regimen se tenere in ijs, quæ ad bonos mores, sanamque doctrinam pertinent, mox reprodocitur difficultas jam sæpe tractata, & partim discussa, cum duplex sit moralitatis, adeoque sanæ doctrinæ linea, naturalis una, & altera supernaturalis, in quantum super illâ naturalis etiam moralitatis lineâ extendatur Ecclesia, ex fidei lumine potestatis suæ spheram circumscriptis regimen?

## Responsio.

78. **S**i hoc quaesitum definiendum videatur ex seculo argumento, quod Bona, & Regna temporalia sint propter bona spiritualia, tanquam media propter finem, concessa autem sine, sint concessa etiam media ad finem necessaria. Exinde mox enascitur ista difficultas; an Regna, & bona temporalia non tantum ex personali casu, Christiani characteri, ingenito debito, sint propter spiritualia, seu supernaturalia, ita ut quisquis Christianus Rex est, in suæ Regiæ potestatis administratione teneatur habere salutis aeternæ per eam consequenda, Christianique gloriæ promovendæ sollicitudinem, sed utrum insuper Regna, & Bona temporalia sint in Christiano propter supernaturalia aeternæ felicitatis bona, secum dum publicæ etiam judiciariæ potestatis respectum, ita ut hujus propterea authoritati ac jurisdictioni sint aequaliter subiecta & subordinata?

79. **H**oc equidem optimo jure hic supponitur, sed nondum extat probatum, vel ex claro fidei principio, vel ex naturalis luminis indubitato fundamento, ut sic ex utroque hujusmodi principio, inter se combinato, in vi demonstrationis strictè Theologicæ, inferretur conclusio de aliquali imperij Ecclesiastici super Regnis temporalibus judiciariâ potestate. Istud igitur conabimur præstare inferius, interea observare compellimur, quod vix efficax ad hoc intentum, fiat instantia ex Lege 2. ff. De jurisdictione. Quilibet enim Rex supremus negabit, se hâc lege obstrictum, nisi quatenus foret primi juris naturalis, quod ostensu difficile est. Neque si concessâ jurisdictione, censeantur propterea concessa ea omnia, quæ ad jurisdictionis exercitium sunt necessaria, exinde demonstratur, sed supponitur, jurisdictionis supra Regna temporalia, quoad causas civiles & statûs Politici proprios spectatæ, potestatem esse necessariam ad exercitium Oecumenici Pastoralis officij in Romano Pontifice residentis.

80. **E**t licet Gregorius VII. ex potestate clavium ad calum usque claudendum & aperiendum protestarum, inferat, oportere, ut Romanæ Ecclesie liceat de terrâ judicare, hinc tamen necdum evadit liquidum, an hoc de terrâ quâ supernaturalis statûs limitibus circumscriptâ, jurisdictionem extendi valeat ad causas Civiles, secundum naturam suam hisce limitibus haud comprehensas?

Neque Leo IX. præcatus ait, Regale Sanctæ Apostolicæ Sedis Romanæ Sacerdotium aliter supereminere terreno Imperio, nisi quantum illud sit fundatum super speciali in rebus dispositione: ex quo haudquaquam elucescit, comprobari Sacerdotis illius Apostolici super terrenis Regnis, quoad causas de natura sua civiles jurisdictionem. Præadducta igitur Christi verba ad hanc Cathedræ Apostolicæ potestatem Theologicè demonstrandam, altiori adhuc indigent indagine.

## ARGUMENTUM II.

Petitur ex Joannis ultimo capite.

82. **A**rgumentatur 2. præallegatus Regalis Sacerdotij Author n. 6. Christum ibi dixisse Simoni Petro: *Pasce oves meas; item pasce agnos meos.* Ex quo talis formatur ratiocinatio. Non est dubium, omnes Christi fideles, omnesque magnates ad Christi oves pertinere, & hoc ipso eorum custodiam Petro, Petrique successoribus commissam esse, saltem quoad regimen spirituale, & illa, quæ ad salutem aeternam spectant, sed fieri potest, imò sæpe factum est, ut eorum saluti expediat, aut etiam necessarium sit, eos in ordinem redigere, aut potestatem, quâ sibi & alijs noceant, constringere. Cum ergo ad ovium custodiam, curamque, hæc potestas fuerit necessaria, Summo Pastori omnino concessa est, aut si concessa non est, ergo in necessarijs defuit Deus, imperato quidem sine, sed negatis medijs.

## Objectio.

83. **E**Xcipi potest ex parte adversa. Ex dilucidis ratiocinationis illius verbis constare equidem, argumentum eò collimare, quod universalium Christi ovium, inter quas sint etiam Magnates, Petro, ejusque successoribus commissa cura Pastoralis, complectatur regimen saltem spirituale, unâ cum suis, quæ ad salutem aeternam spectant, coherentijs. At mox hinc emergere duas difficultates; quarum una à viris Catholicis mota intra sacrum Concilium Tridentinum, sed non decisa quaestio in hoc se tenebat; *An hæc cura complectatur non singulas duntaxat Christi oves seorsum spectatas, sed quæ constituentes unam Christi Ecclesiam?* Cui conformiter prætendi posset, Reges quoad suam particularem solummodò personam, non quoad Regiæ gubernationis ex Divino jure prærensam autoritatem, subesse Pastoralis Summi Pontificis muneri.

84. **A**ltera difficultas est; *An cura illa Pastoralis ad universa, quæ ovium Christi, ipsorumque adeo Regum salutis aeternæ sunt consentanea, sese extendens, complectatur virgam coercitivam, & non merè directivam Pastoris nomini (uti videtur) proportionatam potestatem, quemadmodum Pseudoreformati prætendunt?*

## Responsio.

85. **N**ontra equidem harum quaestionum in argumento superius deducto, adhuc apparet discussa, neque tamen vincitur inde Deus in

necessarijs defuisse, imperato quidem sine, sed negatis medijs: quippe cum illa necessitatis ratio, per quam adstrui debet Ecclesiasticæ auctoritatis super regimine Politico extensio, maneat adhuc suspensa, donec demonstretur, quousque voluerit Deus protensam virtutis suæ virgam, Ecclesiæ sanctæ concessam. De quo proinde difficultatis duplicato puncto erit opportunitas disserendi in sequentibus.

### ARGUMENTUM III.

Ex *Matthæi 18. v. 15.* petitem.

36. **A**uthor præfactus *cit. §. 2. n. 7.* argumentatur 3. ex præallegato sacro textu hinc Christi verbis constituto: *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripue eum, inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos testes, ut in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcumq; alligaveritis super terram, erunt ligata & in caelis.* Ex quo sacro textu sequens efformatur ratiocinatio.

37. Exinde namque patet, penes Apostolos, eorumque successores esse potestatem judicariam circa omnia delicta, & injurias in proximum commissas, sicque adeo in defectu Magistratus sæcularis, justitiam non administrantis, posse recurri ad Ecclesiæ Tribunal seu ultimum asylum, & aram innocentie; exemplo Theodosij propterea castigati, ac inde permoti ad faciendam legem 20. *Cod. De panis.* Sic adeo Principis hujus delictum ab Episcopo judicatum, ac punitum fuit, illo nequaquam excipiente, aut justè in populum perduellem fuisse sævitum, aut ad Episcopos non pertinere judicium super pœnâ, quam Princeps in subditos suos statuerit.

38. Circa illum porro ex *Matth. 18. capite* allegatum textum, singulariter annotare licet, illic sermonem esse non de fraternâ tantum, seu occultâ correctione, sed etiam de publicâ & coercitivâ, veluti Interpretes communiter docent cum SS. Patribus, ad stipulante Divo Thomâ in 4. *sentent. dist. 18. q. 2. a. 1.* Idque manifestè patet ex eo, quod testes sint adhibendi: & qui Ecclesiam non audierit, sit instar Ethnici & publicani habendus, hoc est, ab Ecclesiâ separandus, adeo ut nec cibum cum illo sumere liceat Christianis 1. *Corinth. 5.* nec eum salutare 2. *Joan. v. 10.* amittatque jurisdictionem & auctoritatem judicalem *Cap. ad probandum. De sent. & re judicata.* Et *Cap. Sanctorum. 15. q. 6.* Ex quo, alijsque Capitulis eadem *causa 15. q. 6. & Cap. Gravem. De panis. 2.* patet, id extendi etiam ad Principes, modo sint non tolerati excommunicati; nam toleratis non adimi jurisdictionem, quales hodie sunt Principes hæretici, & olim Cæsares Romani, sed hinc omnino obediendum esse, constat ex *Cap. Julianus. 2. q. 3. & Cap.*

*Sacerdos. causa 2. q. 7.*  
in fine.

\*

### Objectio.

89. **E**Xcipi potest ex parte adversâ, quod quælitumque ex præallegato *Matth. cap. 18.* sacro textu probetur coercitiva erga universos Christi fideles se pretendens auctoritas, hæc videatur mensuranda juxta mensuram ab ipsomet Christo constitutam, ut, qui Ecclesiam non audierit, instar Ethnici & publicani habendus sit, dum scilicet contumax Ecclesiæ rebellis eundem instar Ethnici spoliandus est supernaturalibus Dei beneficijs, ex sacra cum fidelibus comunione participandis. At intrâ hanc spheram nequaquam videtur contineri Regia potestas, utpote naturalis luminis spherâ circumscripta, juxta præadductos sacros textus, Ethnicis perinde ac Christianis conveniens.

### Responsio.

90. **A**ltiori adhuc indagine dignum superest illud quælitum, quomodo ex illâ coercitivâ Ecclesiæ potestate deponi possint Reges, atque sic per auctoritatem Ecclesiasticam ulterius procedi valeat, quam ad Ecclesiæ rebellem detradendum ad statum quasi Ethnicus, cui statui, luminis naturalis spheram haud excedenti, ex ipsâ rei natura competit, in eoque per sacra Scripturæ auctoritatem comprobatur, subsistere integra Regia potestas?

91. Author præfatus equidem illius ex *Matth. 23. cap. desumpti* sacri textus explicationem facere contendit ex sacris Canonibus, ubi supra adductis, per quos à Juramento fidelitatis liberantur subditi erga Principem, seu Regem Ecclesiæ rebellem. Attamen in præsentis disquisitionis puncto non tam convenit ex sacris Canonibus exponere Ecclesiasticæ coercitivæ potestatis spheram, quam investigare certum ex fidei principijs fundamentum, quo nitantur ejusmodi Ecclesiasticæ sanctiones. In quo proinde centro eruendo, hoc opus, hic labor esto.

### ARGUMENTUM IV.

Ex 1. *Corinth. 6. cap.* desumptum.

92. **A**uthor præadductus dicto *§. 2. n. 4.* argumentatur 4. Efficax in hanc rem est locus Divi Pauli, loco citato sic loquentis: *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, & non apud Sanctos? An nescitis, quoniam Sancti de hoc mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis? Nescitis, quoniam Angelos judicabimus, quanto magis secularia?* Ex quo proinde sacro textu apparet, S. Apostolum agnoscere in Sacerdotibus, & Apostolorum successoribus potestatem de rebus sæcularibus judicandi, eamque probare à majori ad minus per illa verba. *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus, quanto magis secularia?* Quali diceret: Qui idoneus est ad majora, multo magis est idoneus ad minora; ut ibi loquitur Divus Thomas: idque ob periculum, ne ex crebro cum infidelibus commercio, eorumque gratiam captandâ causâ, fideles subvertantur. Sed Apostolis circa majora occupatis, hanc potestatem

tem judicariam vult ab alijs rerum forensium peritis exerceri, quos B. Apostolus contemptibiles in Ecclesia vocat, hoc est, respectu eorum, qui propugnandæ Religioni, lucrandisque animabus student.

93. Hunc locum sic intellexit B. Clemens SS. Petri & Pauli auditor in *Constitut. Apostol. lib. 2. cap. 51. Quod oporteat, in secunda Sabbathorum cognoscere causas. Ad sint autem iudicio Diaconi & Presbyteri, integrè iudicaturi, velut Dei homines cum iustitia. Cum utraq; persona venerit, prout lex jubet, ambo, qui litigant, stantur in medio tribunali, usq; auditis, sanctè iudicium pronuntiate, studentes ante sententiam Episcopi, eos conciliare, ne exeat supra terram iudicium in peccatorem; prout in tribunali consortem, participemq; cause habet Christum Dei.*

S. Anacletus Epistolâ ad omnes Episcopos & Christi fideles: Si fuerit seculare negotium, apud eisdem ordinis viros terminetur, iudicio tamen Episcoporum, cum Apostolus privatorum Christianorum causas magis Ecclesijs deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari voluerit: omnis enim oppressus, liberè Sacerdotum appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed sulciatur, & liberetur.

94. Eadem Gregorij VII. est sententia lib. 8. Epist. 21. *Habet, iniquitatis, Ecclesia Romana potestatem singulari privilegio concessam, aperire, & claudere januas Regni caelestis, quibus voluerit. Cui ergo aperiendi claudendiq; calis data est potestas, de terra iudicare non liceat? Absit. Num retinetis, quod ait Beatissimus Paulus Apostolus, quia Angelos iudicabimus, quanto magis secularia?*

Idem docuit B. Gregorius Magnus 2. par. Pastoralis cap. 7. ubi ex allegato Apostoli textu agnoscit quidem potestatem in secularia Pastoribus datam, sed eâ uti non vult, ut tantò spiritualibus negotijs attentius operam navent.

Merito proinde Tyrinus in hunc locum Apostoli: *Nota, inquit, hæc iudicia causarum secularium inter Christianos committi consuevisse Episcopis, vel delegatis ab Episcopo Presbyteris, ut constat ex Clemente Romano, ex lege Theodosii, & Caroli Magni, & ex antiquo Ecclesiæ usû: iudices enim in his causis sederunt Gregorius Thymaturgus, SS. Ambrosius, Augustinus, Simplicius, aliq; Episcopi. Sed crescente nimis numero Christianorum simul & litium, onus hoc reiecit in humeros iudicum secularium jam Christianorum, ne, ut ab initio sanctus Petrus apud eundem Clementem reatè monuit, Episcopus preosatus secularibus negotijs, non possit vacare verbo Dei.*

#### Obiectio.

95. Excipi potest ex parte adversa, desiderari, ut exponatur fundamentum illud, ex quo Episcopis fuerit olim concessa ea potestas dijudicandi causas seculares? Si enim radix potestatis ejusmodi esset ex vi jurisdictionis spiritualis in charactere Episcopali radicata, profectò Episcopi Gallicani hanc negando, adversus se ipsos pugnarent. Sed hæc radice investigata, restabit discutiendum, an ejusmodi iudicaria potestas propterea dicenda sit protendi super ipsam etiam Regiam potestatem, vel ejus saltem exercitum? De hoc enim, quod est præsentis quaestionis punctum, nihil habetur saltem ex-

pressè constitutum in illo textu Apostolico. An ergo ex hujus fonte erui possit argumentum, eorum aliquid concludens, hoc opus, hic labor erit.

#### Responsio.

Cornelius à Lapide in *cit. sacrum textum* 96. n. 89. hujus judicariæ in Episcopis & Presbyteris potestatis fundamētum ponit tum ex hoc, si iudicium ejusmodi ad ipsos deferatur à partibus litigantibus, quasi arbitrium eorum postulantis: tum ex eo, si huic iudicio præferantur ab Ecclesia, vel à Republica: quemadmodum lex quoque in *cap. Quicumq;*, & *cap. Volumus. 11. q. 1. relata, ad stipulatur.* Ibi namque Theodosius Imperator, confirmante idipsum Carolo Magno, legitur sanxisse, ut quisq; sive reus, sive actor possit, relicto Tribunali seculari, etiam post litem contestatam, adire iudicem Ecclesiasticum. Supra qua proinde lege Imperatoriâ dignum est, fieri reflexionem, an hæc potestas ab ipsis Imperatoribus fuerit liberaliter concessa Ecclesiastico iudici, vel potius in potestate Ecclesiastica, quam Imperatores illi ex Christianæ Religionis decentiâ reverebantur, sit radicata?

Benedictus Justinianus in *cit. 1. ad Corinth.* 97. cap. 6. ait, fuisse, qui existimarent, illum Apostoli textum taliter accipiendum esse, quòd civitas Corinthiorum in Gentilium & Christianorum partes divisa, duplicem habuerit Magistratum secularem, unum pro Christianis, alterum pro Gentilibus constitutum. Verum de hoc merito ambigitur, minusque cohære videtur cum præadductis Apostoli verbis. Quare idem Justinianus censet probabilius; illam constitutionem apostolicam non tam intelligi de legitimis iudicijs, quæ à Magistratibus, publicisq; iudicibus exercerentur, quàm de spontè susceptis, seu potius publicâ Ecclesiæ autoritate constitutis, & ad lites dirimendas, & controversias componendas adhibitis, ne cogerentur fideles Gentilium tribuna- lia non sine scandalo adire, quod in rebus quidem civilibus, jam inde ab initio nascentis Ecclesiæ, ita serè usurpari consuevisse, ut, quoniam Episcopus Ecclesiasticorum criminum Index erat, & quæ Ecclesiasticâ censurâ corrigenda essent, suo iudicio, sententiâq; statuebat, idem etiam civiles controversias sedaret, prout perspicuè cognoscitur ex Clemente, alijsq; seu Pontificibus, seu antiquæ Ecclesiæ sanctis Episcopis ibidem fusijs relatis.

Sed in hac ipsa etiam Iustiniani ratiocinatione difficultas persentitur, quo jure Episcop⁹ ex eo, quòd jus haberet, ea, quæ Ecclesiasticâ censurâ essent corrigenda, suo iudicio & sententiâ statuere; potestatem suam protenderet super quibuscunque civilibus causis sedandis?

98. Author *Inextinctæ sacri Tridentini Concilij* Veritatis 10. 4. tract. 10. sed. 2. §. VI. I. Ecclesiasticorum Tribunalium sphaeram circumscribit hisce verbis: *Quæ causæ Divino jure propriè pertineant ad jurisdictionem Sacerdotalem, seu ad forum Ecclesiasticum, ex dictis intelligere, non est difficile: omnes nempe, quæ concernunt societatem Christianæ Ecclesiæ, veluti quæcumq; ordines, gradus, & officia ministrorum ejusdem respicientia, nec non stipendia Divino jure deputata ministris Ecclesiæ,*

huc

hoc est decima, item cause v. g. Matrimoniales, ex Sacramento aliquo Ecclesiastico dependentes, item Processus instituendi viâ & modo correctionis Evangelicæ, insuper ea, quæ ad correctionem civilium Magistratum pertinent, nullum alium super se Magistratum Politicum recognoscentium, in suo officio negligentium, seu delinquentium, vel adversum se mutuo, vel etiam erga subditos. Præter has verò causas, si quæ aliæ ad Ecclesiasticum, & Episcoporum iudicium sunt alicubi translata, vel longâ consuetudine hoc obtentum est, vel donatione Regum, aut Principum, sive ultroneâ populorum submissione jurisdictionem etiam secularem obtinent Episcopi.

Illâ igitur Ecclesiasticâ potestatis spherâ, si attendatur taliter circumscripta, semper adhuc remanet difficultas, quomodo Ecclesiæ authoritas tribunal aliquod potuerit unquam erigere, super causis merè Civilibus, & à fortiori, quomodo Regia potestas quoad causas sui fori proprias possit unquam præteritâ subjunctâ supremæ Pontificis Maximi authoritati?

99. Ad præallegati igitur sacri textûs Apostolici energiam magis elucidandam, sequens argumentum Theologicum hîc breviter, in subsequentiâ autem fusiùs deducendum, in medium proferimus. Etenim in illis etiam causis, in quibus intervenit aliqua ratio, statum supernaturalem concernens, si concurrat simul ratio quæpiam, respiciens luminis naturalis spherâ, non immeritò præteritâ Politicus Magistratus, sibi præveniendò saltem, esse jus, causam ejusmodi cognoscendi, dijudicandi, ac defendendi. Quidni ergo indubitatum teneat vicissim hoc Juris principium, quotiescunque in causâ luminis naturalis spheræ commensurata, sicque adeo ad Tribunal seculare spectante, concurrat moralitas ad supernaturalem statum spheram indubitante pertinet, posse consequenter trahi ad tribunal, Ecclesiæ clavium, ex indefinitâ ligandi & solvendi quodcumque super terram, potestate consistentium, cum ordine ad salutem æternam unicum supernaturalem statum finem, adeoque mensuram spheræ causarum, ad Ecclesiasticum Tribunal spectantium? At indubitata fidei veritas est, nullum esse actum à luminis etiam naturalis moralitate deficientem, quin eo ipso consistat simul sub spherâ deordinationis à fine salutis æternæ, atque adeo sub hac formalitate spectet ad iudicium Ecclesiasticum.

100. Et si verò in omnibus circa causas etiam civiles controversijs, ex alterutrâ litigantium parte interveniat aliquid à jure æquitatis saltem naturalis exorbitans, quæ exorbitantia inevitabiliter infert deviationem à fine supernaturali, ut sic subjunctam potestati, statui super naturali proportionate, indefinitaque supra omne id, quod est super terram morale ligandi & solvendi autoritate munitæ. Nihilominus quia ista cum æquitatis naturalis transgressione inevitabiliter cõnexa moralitatis supernaturalis deordinatio, necdum est determinatè manifesta, quodisque causæ civilis controversiæ sit decisio, & ex parte condemnatâ, contumax contradicctio; ideo forum Ecclesiasticum causis civilibus litigiosis non tam facile se immiscet, quodisque accedente pertinaciâ, apertè agitur de reatu, salutis æternæ dispendium sub-

inferente: quamquàm aliàs ex præadducto fundamento, Ecclesiastica authoritas se omnino possit ingerere, accedentibus præsertim causis specialibus, Christianorum salutis respectum habentibus, uti evenerat in Corinthijs, ex quorum occasione Paulus propterea Apostolica suâ, licet non ordinariâ, sed extraordinariâ, & per Christum quasi delegatâ potestate condiderat statutum superius adductum.

Atque hæc profectò causâ est, cur Theodosius Imperator, & ipsi conformiter Carolus Magnus sanxerit legem, in vi cuius Christianus quisque sive reus, sive actor possit, relicto Tribunali seculari, etiam post litem contestatam, adire iudicium Ecclesiasticum. Sed hæc fusiùs discutientur infra, ubi parebit quoque, quâ ratione Ecclesiastica potestas in vi præadducti fundamenti, extendi valeat ad causas civiles, Regio Tribunali aliquoquin subjunctas, ac super ipsomet quoque Regiæ potestatis exercitio publico.

### CONCLUSIO.

101. Regiæ potestatis erga Oecumenicam Summi Pontificis authoritatem subordinatio, demonstratur ex Novi Fœderis tabulis, textibusque sacris superius adductis.

Explicatur. Etenim Oecumenica Summi Pontificis authoritas Petro fuit promissa hîc Christum Domini verbis Matthæi 16. cap. v. 18. & 19. exaratis: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalerunt adversus eam. Et tibi dabo claves Regni Cælorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit solutum & in Cælis, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cælis. Quæ adeo clavium potestas promissa Petro, non erat alligata ad ipsius personam, sed ex vi verborum Christi habet ordinem ad perpetuum Ecclesiæ, à portis inferi nunquam superandæ statum. In vi ergo hujus ad perpetuum Ecclesiæ statum connexionis, potestas illa determinabatur, propaganda per successionem, atque adeo in vi ejusmodi Divinitus determinatæ successionis, quisquis legitime designatur Petri successor, immediâtè ex ipsa Christi constitutione, adeoque ex jure Divino accipit indefinitam authoritatem ligandi & solvendi, quidquid morale est super terram, quatenus tamen habet respectum ad Regnum Cælorum, in ordine ad quod à Christo definitæ sunt claves, cum potestate illâ indefinitâ solvendi & ligandi super terram. Quandoquidem ergo Christus nihil de eo genere, quod super terram morale est, aliquo ad Regnum Cælorum respectu vestitum, excipiat ab illâ indefinitâ ligandi & solvendi potestate, venit hic specificè jam indagandum, an de tali regnum cælestè respicientium rerum genere sint etiam Reges, eorumque potestas regia, si non in se ipsâ formaliter spectata, saltem quâ applicata subjecto insignito caractere Christiano, una cum eorundem universis actibus moralibus, ipsoque adeo Regiæ potestatis exercitio, ut evincatur inde,

inde, subesse Summi Pontificis, Petro legitime succedentis, Oecumenicæ potestati? Quod sequentibus adeo probationibus per sacræ Scripturæ textus firmare in præsentis est animus.

## PROBATIO I.

Ex allegatis Christi Domini verbis *Matthæi 16.* præscriptis desumpta.

102. **E**T enim, quis ulli Christiano Regi eam incurrere contendet ignominiam, ac si ex caractere Christi, quo in Baptismate est insignitus, non æquè ac cæteri homines Christiani, haberet signum Divinitus impressum coordinativum animæ ad regnum cælorum, subiectæ adeo clavibus Regni cælorum? Harum verò Petro, ejusq; successori perpetuo, illis verbis promissarum clavium sphaera, *ibidem* describitur ex indefinitâ ligandi & solvendi potestate supra omne morale protensâ, quod ita est *super terram*, ut tamen respectum habeat ad Regnum cælorum. At verò universi hominis, Christiano præsertim caractere insigniti, actus eatenus habent respectum ad Regnum Cælorum, ut, si *moraliter* boni sint intrâ lineam supernaturalem, eo ipso habeant, in peccatore quidem congruè, ad gratiam dispositionis, seu impetrationis valorem, in homine autem justo obtineant condignitatis valorem respectu vitæ æternæ meritum. Si verò actus *moraliter* boni fuerint intrâ lineam honestatis purè naturalis, non quidem *positivam* habent respectu gratiæ, ac gloriæ æternæ proportionem, sed *negativam* duntaxat, quatenus ubi non urget aliquod supernaturalis actus pro hic & nunc eliciendi præceptum, pro tunc faciunt, ne homo ponat obicem gratiæ, nè peccati cum vitâ æternâ pugnantis reatum aliquem eo instanti contrahat. Quod si verò actus quicumque *morales* soli etiam naturæ luminis dictamini repugnare videantur, eo ipso tamen, quod homo sit elevatus ad statum supernaturalem, & si Christianus sit, talis suæ elevationis signum præferat ipso, per baptismum sibi indito caractere, nequit fieri, quin talis actus *moralitas* à naturali honestate descedens, non contrahat reatum peccati, fini etiam supernaturali, cælestis Beatitudinis repugnantem, sitque adeo subiecta clavibus Ecclesiæ.

103. Sub cujusmodi adeo ad regnum cælorum respectu indubitatum esse debet, omnis Christiani hominis *moralitatem* seu naturalem, seu supernaturalem, seu bonam, seu malam subijci clavibus Regni cælorum, indefinitæque adeo Petro, ejusque successori promissæ ligandi & solvendi, quidquid est *super terram*, authoritati. Cui proinde authoritati indubitanter subjacet non conscientiæ duntaxat reatus, quæ per Sacramentalem absolutionem solvendus: sed quodcumque *morale* hominis Christiani vinculum est fori quoque externi iudicium, sub eo tamen ad Regnum Cælorum ordine respiciens; siquidem Christus *indefinitè*, absque ullâ ad certum duntaxat debiti *moralis* genus restrictione, sed cum protensione ad omne id, quod *morale* est *super terram*, sollicitus sit, illam ligandi & solvendi potestatem. At in hoc genere actuum *moralium*, vel

bonitatis in regnum cælorum ordinabilis, vel malitici à vitâ cælestis sine declinantis *moralitatem* obtinentium, est quodcumque Regiæ potestatis exercitium, ejusque universi, utpote ad *moralitatis lineam* verè spectantes actus, à politicâ cæteroqui, homini tamen ad statum supernaturalem elevato inexisterente potestate, *super terram* editi, cum inevitabili ordine vel deviationis, vel tendentiæ ad regnum cælorum. Nefas igitur igitur foret negare potestatis Regiæ homini ad statum supernaturalem elevato inexisterentis ( præsertim si hujus supernaturalis status sibi à Christo in Baptismate inditum signum in animâ suæ fronte gerat) qualiacunque exercitia, subesse Oecumenicæ Summi Pontificis Petro succedentis authoritati, sive hujusmodi Regiæ potestatis actus proprii se habeant per modum legis, sive per modum sententiæ judicariæ, respiciantq; non privatum duntaxat subditorum, sed etiam publicum *politici regiminis* Bonum, cum ut sic etiam obtineant talem *super terrâ moralitatem*, quæ ipsum Regnum Cælorum respicere debeat.

104. Neque verò claves regni cælorum Petro, ejusque Successori commissæ, cum indefinitâ suâ ad omne *morale*, quod est *super terram*, ligandi & solvendi authoritate ita coarctantur, ut instar Oeconomica potestatis privatæ duntaxat salutis æternæ commodum, in sibi subiectis ovibus, solùm sigillatim ac divisim spectatis, attendere debeat, sed eo ipso, quod secundum Christi Domini sacrorum verborum contextû, habeant respectum ad Ecclesiam, quæ est Regnum quoddam ex cunctis Christi fidelibus coadunatum, oportet, illam indefinitam ligandi & solvendi potestatem protendi etiam *super publico Ecclesiæ*, fideliumque in unum Christi corpus mysticum coadunatorum Bono, quæ in regnum cælorum tum æternæ fidelium salutis, tum Divini honoris etiam publici finem respiciens ordinabili. Ex hac ipsâ verò in publicum Ecclesiæ sanctæ Bonum ordinabilitate, oportet, ut Oecumenica Summi Pontificis autoritas ferre possit etiam leges Ecclesiæ publico Bono convenientes, exerceatque in foro externo judicariam potestatem, pro exigentiâ non privati duntaxat fidelium erga salutem æternam comodi, sed communis Ecclesiæ sanctæ utilitatis, atque publici sanctæ Religionis propagandæ & conservandæ proficui regiminis. At hæc ipsa publica Ecclesiæ autoritas æquè sub indefinitâ, *super omni eo*, quod est *morale super terram*, protensâ potestate comprehensa, nullâ iterum habet exceptionem, sed universalem ex Christi verbis protensionem erga *omnimodam moralitatem*, quorumcumque, etiam Regum, Christi caractere insignitorum, atque adeo erga eorundem universas actiones *morales*, sicque proinde protendi debet etiam ad leges, sententias judicariæ, aliosque actus *politicos moralitatis* ad Regnum Cælorum ordinabilis, *formalitate*, inevitabiliter venstos. Imò ipsa etiam Regiæ potestatis erga certum subiectum applicabilitas, atque ejus autoritatis in tali subiecto continuatio, non sunt quid merè *physicum*, sed *morale*, quempiam habens ordinem ad Regnum Cælorum, atque

adeo spectat ad hujus clavem, indefinitamque solvendi & ligandi potestatem, completentem id omne, quod est morale super terram: quod nempe est respiciens salutem æternam, sacræque Religionis seu privatam, seu publicam utilitatem. Quid ergo in Rege Christiano est quocunque modo excogitabile, quod non sit subiectum Ecclesiæ sanctæ Clavibus, Oecumenicæque Summæ Pontificis auctoritati, nisi forte excipere velis Regiam potestatem quæ formaliter spectatam, & quæ Jure Divino constitutam, prout in se, secundum suam præcisam essentiam consideratur, non verò quæ subjective recepta est in homine Christiano, atque ab hujus morali exercitio, quoad actus sibi proprios dependens, quantum hoc ipsum etiam Jus Divinæ Regiæ potestatis formaliter constitutum, non quidem ut sic, sed materialiter spectatum, prout scilicet pravitate hæretica eam abrogare aliquando contententis est objectum materiale, ut sic materialiter subsellebdebeat etiam Oecumenicæ Ecclesiæ potestati, utpote ex Divino verbo eam, suam Clavium auctoritate, defendere ac tueri obstricta.

## PROBATIO II.

Petita ex Joannis ultimo capite.

105. **H**is namque verbis, quam Christus Dominus cit. *Matth. 16. cap.* potestatem clavium promiserat Petro, cum perpetuo intrâ Ecclesiam ad finem mundi usque duraturam, successionis ordine, eam post gloriosam suam Resurrectionem actualiter contulit eidem Apostolorum Principi, per verba dicto ult. *Joannis cap. exarata. Pascite oves meas, pascite agnos meas.* Hæc namque pascendi potestas ita habebat respectum ad singulos Christi fideles, verbo Dei, & correctione salutiferâ pascendos, ut simul habeat ordinem ad publicum Ecclesiæ regimen, Ecclesiamque sanctam, mysticum Christi corpus ac Regnum, publicâ adeo auctoritate pascendum, sicque gubernandum in ordine ad communem sacræ Religionis utilitatem. Cui proinde publici quoque regiminis, seu Christiani regni ordini subduntur, quorquot sunt Christi oves seu agni. Quis ergo Reges Christianos ab hoc Christi ovium ordine, ac regimine etiam publico exclusos velit, dum tamen Christus nullam suarum ovium, caractere nempe suo in Baptismate insignitarum, ab illo pastorali munere, publici Ecclesiæ sanctæ regiminis normam præferente, exclusam voluerit?

Quod si ergo Rex non pro suâ duntaxat personâ extra sacrosancti ejusmodi regiminis, seu universalis ovium pascui, limites aberret, sed alios insuper Christi fideles ab hoc Christi ovium grege abducatur, imò ipsam etiam Ecclesiam, quoad publicum sacræ Religionis propagandæ, & conservandæ conformem, Divinitus constitutum regimen, infelset, ejus Jura invertat, ac pervertat, unitatem fidei conturbare nitatur, seu ejus perturbatores tueatur & defendat, sanctamque Religionis publicæ

pacem evertere moliat, quomodo talis Rex Christianus, quoad omne id, quod in se super terram morale est, respiciens Regnum Cælorum, ejusque Claves; non subiacebit haud privatæ duntaxat correctioni, sed publicæ etiam correctioni Oecumenicæ supremi Pastoris auctoritatis?

## PROBATIO III.

Desumpta ex *Matthæi 18. cap. v. 15.*

106. **I**bi namque quisquis peccaverit, si correptus a fratre Christiani nominis consorte, altero etiam, vel tertio ad iteratam ejusdem correctionem assumpto, se non emendaverit, à Christo Domino decernitur denunciandus Ecclesiæ, eoque processum suum protensuræ, ut, ubi Ecclesiam non audierit, sit habendus instar Ethnicæ & publicani. Quæ proinde Ecclesiæ à Christo præcepta procedendi norma, non potest non esse judiciaria, cum nefas esset, absque substantiali processûs judiciarij solemnitate, quæmpiam spoliare Christianæ communionis Jure, eumque eijcere extra Ecclesiæ communionem, ita ut ex tunc habendus sit instar Ethnicæ & publicani. At verò ista correctoria, & coercitiva, publicæ Christianæ communionis privationem inducens censura, Ecclesiasticæ auctoritatis judicio inferenda, à Christo Domino protenditur erga omnes, qui sub Christiani nominis consortio dici possunt ac debent, esse fratres; ex aperto sacro Textu. Hæc autem Christiani nominis propriâ prerogativâ exutos se, utique nolent Reges Christiani. Quos proinde oportet, omnino fateri, se subiectos illi correctoriæ, & coercitivæ virgæ judiciariæ Ecclesiasticæ auctoritatis. Et verò ex illis Christi Domini verbis dicti 18. capituli *Matthæi v. 17.* exaratis, evinci videatur, istam judiciariæ Ecclesiasticæ potestatis virgam correctoriam & coercitivam, in hoc terminari & consummari, ut, postquam Ecclesiæ processerit ad eum, qui contumax est, à sui communionem avellendum, ex tunc ulterius procedere haudquaquam valeat; Christo dicente: Si taliter correctus Ecclesiam non audierit, habendum esse instar Ethnicæ, communionis nempe Christianæ jure destituti, nullâ ulterioris ex tunc processûs faciendâ, sub illis Christi verbis mentione ibi habitâ.

107. **N**ihilominus combinando ea Domini verba cum sacro contextu, nempe ejusdem capituli versu decimo octavo, ex hoc statim evincitur potestas illa ad communionis Christianæ privationem indicendam à Christo constituta, esse connexa cum istis verbis: Amen dico vobis, quæcumq; alligaveritis super terram, erunt ligata in Cælo, & quæcumq; solveritis super terram, erunt soluta & in Cælis. At verò hæc Apostolis etiam sigillatim ac distributivè spectatis, per modum tamen legationis duntaxat concessa potestas (penes Petrum solummodo existente ordinariâ Oecumenicâ, in successores transferibili *Matth. 16.* promissâ, & Joannis ultimo collatâ auctoritate) ea, inquam, Apostolica potestas indefinitè complectitur auctoritatem

solvendi & ligandi quodcumque super terram est morale. Sub cuiusmodi adeo moralitatis lineâ comprehenduntur quæcumque seu Regna, seu bona temporalia, quæ moralibus hominum actibus & ordinationibus sunt subiecta. Quemadmodum ergo ista ligandi & solvendi potestas Apostolica protenditur super omni, quod super terram est morale, hominum arbitrio libero, ejusque ordinationi morali subiacens, sic coercitiva illa, seu correctoria, per Christum cit. vers. 17. asserta & concessa virga, cum illâ Apostolicâ aequè per Christum, proximè subsequente decimo octavo versu traditâ potestate, æqualem sortitur mensuram, in vi cujus protendatur super omne id, quod supra terram est morale, quale est quodcumque Regiæ potestatis exercitium, atque illius ad certum subiectum applicabilitas, cum ejusdem in hoc individuo subiecto conservatione, & continuatione.

108. Scio equidem, nonnullos prætere, illam ligandi & solvendi à citato versu 18. definitam potestatem Apostolicam, fuisse Apostolis collectivè sumptis, adeoque in Concilio Oecumenico aggregandis, cum ordine ad Ecclesiæ quoque perpetuitatem, à Christo Domino communicatam: mox enim versu 20. & 21. subscribitur Concilij Oecumenici norma, sub quâ Christus pollicitus est: *Vbi duo, vel tres in nomine suo fuerint congregati, se fore in medio eorum.*

Nihilominus quomocumque intelligatur illa Apostolorum ad ligandum & solvendum potestas, sive dicatur fuisse respectu singulorum Apostolorum delegata, cum ipsorum adeo personis expiratura, & in solo Petro secuncum luccessionis *Matthæi 16.* definitæ ordinem perpetua & ordinaria, in successores adeo transferibilis manura; sive asseratur, Apostolis collectivè spectatis, quâ in Concilium aggregandis, tanquam ordinaria ad perpetuum Ecclesiæ statum propaganda, fuisse per Christum *ibidem* repromissa, hoc semper remanet liquidum, & ex verbis Christi manifestum, ne quidem Concilium Oecumenicum ex proprij sui characteris essentia posse ullatenus subsistere, nisi sub nomine Christi, Vicariâque adeo ipsius autoritate. Atqui ex hac Vicariâ Christi autoritate Oecumenicâ, (ubi in reliquis Apostolis delegata Christi erga universum Christianum orbem potestas Apostolica, cum ipsorum personis jam est extincta) in nullo alio, quàm Petri successore, Romano Pontifice jam existente, subsistit essentialis character Concilij Oecumenici, debetque adeo hujus super omni morali, quod est super terram, protensa ligandi & solvendi potestas indefinita, necessariò jam resolvi in Oecumenicam Romani Pontificis autoritatem supremam, Christi nominis prærogativâ catenus præfulgentem, quatenus ejusdem Domini nostri, in Cælis ad Patris dexteram sedentis, est Vicaria. Sed de hoc puncto singulariter agendum erit in sequenti articulo secundo.



## PROBATIO IV.

Desumpta ex 1. Corinth. 6. capite.

109. Hic equidem Apostolus voluit, ut, qui secularia judicia habuerint, id est, controversias super rebus temporalibus judicialiter decidendas, iudices, qui (respectivè, nempe in comparatione ad altiores Dei causas) contemptibiles sunt in Ecclesiâ, constituant ad iudicandum. Quod explicans Justinianus *ibi ad versum quartum* ait, Apostolum minimè loqui de legitimis judicijs, quæ à Magistratibus, publicisque Judicibus autoritate publicâ exercentur, sed de ijs, qui communi sensu designati essent Civilium controversiarum disceptatores. Quæ tamen expositio non videtur adæquata, attento integro Apostoli sacro textu, sic argumentantis versu 3. *Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus, quantum magis secularia?* Unde præcitatus Justinianus rectè subdit *ibidem*, ex eo loco apparere, quod Apostolus, Jus & autoritatem in res humanas & politicas usurpât, utpote qui præcipiat, ut fideles fratrum lites decident, quod deinceps omnes ferè Episcopi suo iure frequentarint.

Super quo proinde iure fundatur hæc Apostolicæ seu Episcopalis erga res humanas & politicas autoritatis radicata extensio, prout supra n. 108. deductum videre licet. Unde prævalidum delimitur argumentum pro Apostolicâ in Petri successore residentis, super causis etiam temporalibus, ac civilibus iurisdictionis protensione. Si namque inquiras, unde Paulus talem potestatem sibi addiverit, in promptu est responsio, quod cæteris, præter Petrum Apostolis, fuerit etiam à Christo immediatè commissa Apostolica autoritas, seu generalis erga Universalem Ecclesiam iurisdictionis, extraordinaria tamen, & quasi delegata, potestatiq; Petri quodammodo subordinata, uti Divus Antoninus *tract. de Schismat. q. 45.* & Theologi communiter tradunt. Etenim quam Christus Dominus *Matthæi 18.* universis Apostolis (uti supra n. 108. dictum est) promisit indefinitam ligandi & solvendi potestatem, iisdem hanc actualiter commisit *Ioannis 20.* dicens: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Sub hisce quippe verbis secundum Patres significatur legatio Apostolis commissa, de quâ Paulus scribebat. *Pro Christo*, inquit, *legatione fungimur.* Quam porro legationem fuisse respectu totius mundi, constat ex *Matthæi ult. Euntes predicate Evangelium omni creature.*

In vi cujus adeo legationis, Paulo, erga totum orbem in unitate Ecclesiæ coadunatum, erat iurisdictionis Apostolica, verè etiam Legislativa, quam ad *Thessalonicenses 4.* à se exercitam disertè profitetur. In vi cujus insuper potestatis Apostolicæ, Paulus præcitatus agebat: *Nescitis, quia & Angelos iudicabimus, quantum magis secularia?* Quanto igitur magis talis super Civilibus Christianorum causis iudiciaria potestas convenit Petro, ejusque successorum ordinariæ, super ipsos etiam Apostolos, utpote Christi oves & Agnos, secundum moralitatem ex arbitrio suo libero dependentem.



tem protensæ authoritati Apostolicæ, eo ipso, quod nulla sub statu omnimodæ moralitatis ad supernaturalem quampiam participationem elevata, sit intelligibilis humana libera actio, quæ non involvat aliquam respectu salutis æternæ, ac publicæ etiam Religionis, sanctæque Ecclesiæ Boni communis vel ordinabilitatem, vel ab hac deficientiam moralem, quam in hominibus Christi caractere insignitis subdi Ecclesiæ clavis, indefinitæque ad solvendum & ligandum potestati Apostolicæ, multimodè patet ex antecedentibus.

§. V.

### Corollarium finale præsentis

Prima Disquisitionis.

III. Infertur I. Qualiter verificetur illa propositio, quæ dicitur, Christi Vicarius Romanus Pontifex debere contentus esse clave Regni cælestis. Etenim cujuscunque potentie seu potestatis duplex noscitur esse objectum; formale scilicet ac specificativum, & materiale seu terminativum. Oecumenicæ igitur Pontificæ, ac Ecclesiasticæ potestatis objectum formale ac specificativum importat quidem ordinem ad Regnum Cælorum, sicque adeo spiritualia, per se habentia talem respectu Regni cælestis ordinabilitatem, per se primò subduntur Ecclesiæ clavis, seu Ecclesiasticæ potestatis regimini & authoritati; quidquid tamen participat de tali ordinabilitate, est hoc ipso de ejus Apostolicæ potestatis objecto materiali, atque adeo non per se primò; sed vel per accidens, vel secundariò sub ejus formalitatis participatione, subijctur sanctæ Ecclesiæ clavis, earumque Oecumenicæ potestati. At verò quidquid moralitatis est in hominibus Christianis, eorumque actibus & negotijs, seu causis quibuscunque, etiam civilibus, est vel ordinabile in Regnum Cælorum, vel ab hac ordinabilitate est deficiens. Sub tali ergo moralitatis, ipsiusmet etiam Regiæ potestatis exercitio convenientis, seu debitæ ad certum subiectum applicationi, ejusque regimini, de se licet politico, inexistentis, ad Regnum Cæleste, tum triumphantis Ecclesiæ, salutem nimirum æternam pro cunctis Christianis à Deo destinatum, tum militantis Ecclesiæ bonum publicum ordinabilitate, quævis causæ civiles & temporales, etiam publicæ ac Regales, subeunt rationem objecti materialis respectu Apostolicæ Oecumenicæ potestatis.


III. Infertur 2. Sub illà formalis & materialis objecti, potestatis Ecclesiasticæ seu specificativi, seu terminativi distinctione, ac descriptione facillè intelligi, quomodo Oecumenicæ Petri, ejusque successorum authoritas, duplici potitur gladio; altero super res spirituales; & quidem primò & per se; altero super temporalia, sed quasi per accidens, seu indirectè, ac consequenter sive secundariò se protendente. Etenim Author Regalis Sacerdotis præf. lib. 1. §. 2. n. 8. rectè ait, super Christi, ad discipulorum verbum: Ecce duo gladij hic; responso, Luca 22. prolato, satis est, varias equidem SS. Patrum tum mylticas, tum litterales adhiberi expo-

sitiones; inter quas tamen sit præcipua: Voluisse Christum duplici gladio duplicem potestatem exprimeri Petro commissam: Spiritualem videlicet & temporalem: istam verò jussisse in vaginam recondi, hoc est, non manu, sed natu & præcepto Apostolicæ Oecumenicæ authoritatis, nec vindictæ, sed necessitatis causâ exercendam. prout S. Bernardus lib. 4. de consid. ad Eugenium, S. Anselmus in Mattheum cap. 27. Bonifacius VIII. in Extravagante. Vnam sanctam. De Majorit. & obedientiâ. Abbas in Cap. Novit. De judicijs. doceant. Quibus ad stipulando, Cornelius à Lapide in cap. 26. Matthei n. 5. inquit: Allegoricè verba illa interpretantes, passim per duos gladios accipere duplicem Ecclesiæ potestatem, spiritualem, videlicet & temporalem.

Quod ulterius firmatur sequenti argumentatione Theologicâ, ex duobus nempe omninò certis, altero fidei, altero lumine natura noto, principijs deductâ. Etenim lumine naturæ notum est, cujuscunque potentie, seu potestatis sphaeram extendi super omne id, quod ita comparatur ad ipsius formale specificativum, ut propterea respectu illius, superinduat rationem objecti materialis. At ex fidei veritate compertum est, Oecumenicæ Petro commissæ Clavium potestatis proprium & formale specificativum esse ordinabilitatem ad Regnum Cælorum, juxta apertum Christi Domini verbum. Quidquid ergo superinduit istam respectu Regni Cælorum ordinabilitatem, ita supervestitur formali specificativo Oecumenicæ Petro commissæ Clavium potestatis, ut consequenter ad istam se habeat per modum objecti materialis & terminativi. At quidquid in homine Christiano est morale, secundum fidei principia, vel positivè, vel negativè participat de formalitate ordinabilitatis ad Regnum Cælorum. Ergo quidquid in homine Christiano est morale, per modum participationis, vel per modum privativæ oppositionis, ita superinduit formalitatem Oecumenicæ Petro commissæ Clavium potestatis specificativam, ut consequenter sit de ejus objecto materiali ac terminativo. At verò ipsius etiam Regiæ potestatis ad certum subiectum æquitati consona applicabilitas, unâ cum universo regimine ac exercitio libero ejusdem Regiæ authoritatis, secundum fidei principia superinduit de moralitate, vel ordinabilitatis ad Regnum Cælorum, atque salutem æternam, nec non publicum Ecclesiæ sanctæ Bonum, sacræque Religionis universale utilitatem, vel ab istâ deficiente, importat deordinationem salutis æternæ, atque Religionis Bono moraliter oppositam & repugnantem. Ergo principia lumine naturæ conspicua combinando cum fidei principijs, per consequentiam verè Theologicam rectè inferitur, Regiam quoque potestatem, cum sui ad certum subiectum applicabilitate, nec non publico etiam exercitio; superinducendo moralitatem in Regnum Cælorum ordinabilem, vel ab hoc ordine deficientem, ita supervestiri Oecumenicæ Petro commissæ Clavium potestatis formali specificativo, ut consequenter sit de istius objecto materiali: sicque adeo unam (de se licet simplicem) Oecumenicam Summi Pontificis authoritatem virtualiter continere duplicem

117.

plitem gladium : primariò equidem spiritua-  
lis ; secundariò autem temporalis super ipso  
etiam Reges protensa potestatis. At con-  
clusio partim ex fidei , partim ex luminis natu-  
ralis certis & indubitatis principijs , per conse-  
quentiam Theologicam ritè illata , ita reducitur  
in fidei principium , ut virtualiter saltem sit  
de fide. Viderint ergo , qui Reges Summi  
Pontificis Oecumenicæ autoritati subiectos  
negare contendunt , quomodo securè ambu-  
lent in fide Orthodoxa ?



## DISQUISITIO II.

In quantum secundum Sacrorum Can-  
onum sanctiones supremi Reges Christiani  
subijciantur sanctæ Ecclesiæ clavis , Summiq;  
Pontificis Oecumenicæ potestati ?

S. I.

1. SACRI Canones reduci possunt in Verbum  
Dei , seu Christi , tum quæ fontem & fun-  
damentum sanctionis ex Oecumenicæ per  
Christum constitutæ autoritate promanantis ,  
atque sic ex Verbo Dei seu principio fidei  
demonstratur à priori sacrorum Canonum ,  
Christianos in conscientia eam foro constrin-  
gens autoritas : tum reduci possunt in Ver-  
bum Dei , quatenus , dum inter Doctores su-  
per alicujus sacri textûs legitimo sensu est dis-  
quisitio , ex sacrosanctis Canonibus , quasi à  
posteriori demonstrari potest intelligentia  
Verbi Divini , ex quo seu fonte sanctiones  
Ecclesiasticæ profluere , atque cum ipso con-  
formari debent. In præfenti proinde dis-  
quisitione ex sacris Canonibus argumentan-  
do , utramque viam tenebimus , tum à priori  
sanctionum ejusmodi firmitatem demonstran-  
do per reductionem ad fundamentum Verbi  
Divini , tum à posteriori ex sacrosanctis Ec-  
clesiasticis constitutionibus ostendendo Ponti-  
ficæ , ex qua promanant , autoritatis spha-  
ram , Christi Domini Verbo inconcussè sta-  
bilitam.

2. Huic igitur posteriori à nobis præintenta  
viæ præit Author tractatus de libertatibus Ec-  
clesiæ Gallicanæ lib. 4. cap. 11. varia potestatis  
Ecclesiasticæ super Reges ac Imperatores ex-  
empla allegando. Imperatoriam namque  
dignitatem , ait , Carolo magno à Leone III.  
Papa collatam Historici tum Græci , tum Latini ,  
ac prætipuè Gallici perhibent. Ipse autem  
(Carolus inquit Eginhardus in Annalibus , sci-  
licet ad annum 801. cum die sacratissimâ Nata-  
lis Domini ad Missarum solemniam Basilicam B. Pe-  
tri Apostoli fuisset ingressus , & coram altari , ubi  
ad orationem se inclinaverat , assisteret Leo Papa ,  
Coronam capiti ejus imposuit , cuncto Romanorum  
populo acclamante , Carolo Augusto à Deo coronato ,  
magno & pacifico Imperatori Romanorum vita , &  
victoria ; post quas laudes à Pontifice more antiquo-  
rum Principum adoratus est , ac deinde , omisso Pa-  
trij nomine , Imperator & Augustus appellatus.  
Ne quis autem putet , Carolum quidem Im-  
peratoriam dignitatem armis obtinuisse , à

Leone autem ei Coronam tantum ex cæremo-  
nia , ut etiamnum in Gallia fit ab Archiepisco-  
po Rhemensis , fuisse impostam ; scribit idem  
Eginhardus in vita illius Imperatoris , eum ab  
illo honore ambiendo ita fuisse alienum , ut  
si sibi deferendum præsenlisset , abfuturus ab  
Ecclesia fuisset. Quo tempore , inquit , & Impe-  
ratoris , & Augusti nomen accepit : quod primò  
in tantum averatus est , ut affirmaret , se eo die  
quamvis præcipua festivitas esset , Ecclesiam non  
intraturum fuisse , si consilium Pontificis præire po-  
tuisset.

3. Summo Pontifici acceptam retulerunt Im-  
peratoriam dignitatem successores Caroli Ma-  
gri. Egregium est hujus professionis testi-  
monium apud Andream du Chesne tom. 3. sci-  
licet epistola Apostolica Ludovici II Impera-  
toris Occidentis , Lotharij filij , Ludovici Pij ,  
Nepotis ad Basilium Orientalem Imperato-  
rem missa anno 871. in qua sic eum alloquitur ;  
Cum & ipsi patrum nostri gloriosi Reges absq;  
invidia Imperatorem nos vocitent , & Imperatorem  
esse procul dubio fatentur , non profectò ad æratem ,  
quæ nobis majores sunt , attendentes , sed ad unctio-  
nem , & sacrationem , quæ PER SUMMI PON-  
TIFICIS MANUS IMPOSITIONEM Di-  
vinitus sumus ad hoc calmen provecti , & ad Ro-  
mani Principatus Imperium , quo superno nutu po-  
timur aspicientes . . . Matrem omnium Ecclesia-  
rum Dei defendendam atque sublimandam suscepi-  
mus , ex qua & regnandi autoritatem prosapia no-  
stra seminarium sumpsit. NAM FRANCO-  
RUM PRINCIPES PRIMO REGES , DE-  
INDE VERO IMPERATORES DICTI  
SUNT , IJ DUNTAXAT , QUI A ROMA-  
NO PONTIFICE AD HOC OLEO SAN-  
CTO PERFUSI SUNT . . . porò si ca-  
lumniaris Romanum Pontificem , quod gesserit , ca-  
lumniari poteris & Samuel , quod spreo Saul , quem  
ipse unxerat , David in Regem ungere non re-  
nuerit.

4. Ad sanctam Sedem recurrerunt alij ad  
eamdem impetrandam dignitatem , quæ ipsis  
ex sola sanguinis cum præcedentibus Impe-  
ratoribus propinquitate non debebatur , ut  
exemplum Caroli Calvi demonstrat apud  
Sirmondum inter Concilia Galliæ , & apud  
alios.

5. Fulco Archiepiscopus Rhemensis , natali-  
bus , doctrinâ , ac pietate celeberrimus , & à  
Reginone , Baronio , & Molano Martyribus  
annumeratus , eò quod mors illi ob propu-  
gnata Ecclesiæ jura illata fuerit ( ut rursus vi-  
deas , doctrinam istam exemplis Sanctorum  
esse consonam ) cum audisset , Carolum Regem  
Francorum , vulgò Simplicem nuncupatum ,  
cui aliàs strictè adhærebat , velle cum North-  
mannis inire societatem , gravissimam ad eum  
epistolam scripsit , in qua hæc habet inter alia ;  
Deprecor vos itaque per Deum , ut tale deseratis  
consilium ; ne velitis vos in æternum præcipitare  
interitum ; & mihi , cæterisq; , qui secundum Deum  
vobis fideles sunt , æterni doloris asserre dispendium.  
Melius enim fuerat , vos non nasci , quam diaboli  
patrociniò velle regnare . & illos juvare , quos de-  
beretis per omnia impugnare . Sciat enim , quia  
si hæc omnia feceritis , & talibus consilijs acquiever-  
itis , nunquam me fidelem habebitis , sed & quos-  
cumque

cumque potuero, A VESTRA FIDELITATE REVOCABO, & cum omnibus Coepiscopis meis, vos, & omnes vestros excommunicans, aeterno anathemate condemnabo. Pro fidelitate, quam vobis seruo, haec gemebundus scribo.

6. Ivo Carnotensis Episcopus, doctrinâ & pietate illustris Epist. 46. quæ est ad Urbanum II. supponit auctoritatem Philippo I. Francorum Regi per excommunicationem adeptam; quandoquidem scribit Summo illi Pontifici; *Hæc ratione ex parte usuri (Philippi Nuncij) Regem cum Regno ab obedientia vestra discessurum, NISI CORONAM RESTITUITIS, NISI REGEM AB ANATHEMATE ABSOLVATIS.*

7. Unde inerat, nisi à pietate, atque à Religione, antiquis Gallis illa erga Ecclesiæ in Reges auctoritatem reverentiâ, quam illorum perhibent historiæ? Nam v. g. Regibus excommunicatis officia etiam vitæ aliquatenus necessaria, nedum alia Principibus exhiberi solita, negabant. An pios magis, magisque religiosos efficiet illius Regni fideles declaratio Cœtus Parisiensis, dum eis suadebit, Ecclesiam, neque directè, neque indirectè quidquam in Principes posse, quantum ad temporalia, quæ sola ferè (proh dolor) ab hominibus hodie attenduntur.

8. Si Gallicanis externa addenda sunt exempla (quidni autem addantur) cum proposito Cleri Gallicani ad Principes omnes generatim pertineat, nec sit ad Galliæ Reges restricta (qui fortè aliquo jure speciali, vel privilegio tucri sese posse obtenderent) alia non pauca suppetunt. Nam præter Romanos Imperatores, de quibus jam diximus, mortuo Zenone Imperatore, Ariadne ejus conjux, spreto Longino Zenonis fratre, Anastasium ad Imperium evehendum curavit, sed obliiit Euphemius Episcopus Constantinopolitanus, donec Anastasius fidem Orthodoxam scripto professus est; Cum Ariadne haberet in animo Anastasium habitu induere parareo, Euphemius Episcopus usque eò consentire noluit, quoad Anastasius chirographum jurjurando confirmatum ei dedisset, quod planè declararet, eum, si sceptrum susciperet, Imperij fidem sinceram servaturam, nihilq; rerum novarum introduciturum in sacrosanctam Dei Ecclesiam: quod chirographum Macedonio Sacri Theauri Custodi tradidit. Factum autem est illud ab Euphemio, quod Anastasius putabatur à nonnullis errore Manicheorum infectus esse. Evagrius histor. lib. 3. cap. 32. Idem Theodorus Lector collect. ex histor. Eccles. lib. 2.

9. Cumque iterum Anastasius in hæresim lapsus esset, & Catholicos persequeretur, ei sese Symmachus Papa opposuit, ut in Epistola ejus apologetica videre est, in qua docet Summus ille Pontifex, quis sit verborum sensus, quæ Prælati Parisienses ex Divo Paulo attulerunt; *Fortassis dicitur es, scriptum esse: omni potestati nos subditos esse debere; Nos quidem potestates humanas suo loco suscipimus, donec contra Deum suas erigunt voluntates. Ceterum si omnis potestas à Deo est, magis ergo, que rebus est præstituta Divinis. Deser Deo in Nobis, & Nos deseremus Deo in te. Ceterum si tu Deo non deseras, non potes ejus uti privilegio, cujus jura contemnis.*

10. Eleonora primùm Galliæ, deinde Angliæ Regina Epist. 2. ad Cælestinum III. Papam liberatione filij Richardi Regis Angliæ à Leopoldo Duce Austriæ capti, & Henrico Imperatori consignati, & traditi, quæ Epistola est 145. Petri Blefensis, sic scribit; *Nonne Petro Apostolo, & in eo vobis à Deo omne Regnum, omnisq; potestas regenda committitur? Benedictus autem Dominus, qui talem potestatem dedit hominibus, non Rex, non Imperator, aut Dux à jugo vestra jurisdictionis eximitur; Vbi est ergo zelus Phimees? Vbi est auctoritas Petri? Vbi est, qui dicat, zelus domus tuæ comedit me? Appareat, quod non in vanum dati sunt vobis, & Coepiscopis vestris gladij accipites in manibus vestris. Dicite iniquis, nolite iniquè agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu. Non degeneret in hæredes Petri dignitatis Apostolica reverenda successio, Vestrum agnoscite principatum, probate zelum, accingimini ad opus fortitudinis, & honorate ministerium vestrum. Gloria vestra derivetur ad posteros, & cognoscat generatio altera, quam inaniter Tyrannus ille præsumpsit, & quam potenter præsumptionem ejus Romana Sedes punierit.*

11. Leoni quoque Isauo in hæresin Iconoclastarum lapsò, & Catholicos in Oriente persequenti, Gregorius II. pluries frustra monito, à Romanis, & ab Italia tributum solvi prohibuit ex Theophane in Chronologia. Hoc anno, inquit, scilicet Gregorij II. primo irreligiosus Leo de proscribendis, & deponendis Sanctis, & venerandis imaginibus primum tractatum habere cepit: comperto cujus proposito, Gregorius Papa Romanus, scripta prius ad ipsam Leonem decretalis epistola, quæ de fide quicquam statuere, & antiqua Ecclesiæ sancta à sanctis Patribus firmata innovare, aut convellere non decere Imperatorem commonet. Italia tandem ac Rome tributa ad ipsam deserenda prohibuit. Idem testatur Zonaras in tom. 3. Annal. his verbis: *Quæ de causâ Gregorij, qui tam Romæ veteris Ecclesiam gubernabat, repudiata societate Præsidis nova Roma, nec non eorum, qui illum sequerentur, illos unâ cum Imperatore Synodico anathemate obstrinxit, & redigalia, quæ ad id usque tempus inde pendebantur, inhibuit, illò cum Francis fudere. Et adhuc; sub Leone Isauo temporis illius Papa Gregorius ob perverfam opinionem desecit ab illo Imperatore impio, eiq; tributum pendere recusavit, neque sibi quicquam esse res voluit cum impijs Ecclesiæ Constantinopolitaneæ Gubernatoribus, omisissq; bellis, pacem cum Francis fecit.*

12. Ex quibus Summorum Pontificum exemplis toti Christiano orbi notis ac receptis, quis ambigat, de Pontificiâ super Reges & Imperatores potestate fidelium unanimi consensu comprobata? Sed ejusdem quæ cum Verbo Dei consentaneæ, ex sacris Canonibus probationes accuratori Scholasticâ methodo expendere in præfenti est animus.

## §. II.

## Referuntur Adversariorum argumenta.

Hæc in quantum licuit corradere, maxime, quæ possumus, energiâ exponere intendimus, ut veritas hinc magis elucescat.

ARGV-

ARGUMENTUM I.  
Adversariorum.

13. **E**X parte adversa ad præsens institutum accommodè argumentari licet 1. Summorum Pontificum super Reges autoritas singulariter nititur Extravagante *Vnam sanctam* inter communes Bonifacij VIII. traditâ *De majoris. & obedientia*: quæ ita se habet, ubi, cum dictum fuisset, *Beato Petro* utrumque gladium esse commissum, temporalem videlicet, ac spirituales: temporalemq; autoritatem spirituales subjectam esse, eamque Divino ore à Christo Domino, per illa verba Petro, ejusque successoribus commissam: *Quodcumque ligaveris &c.* Exinde subjungitur in hæc verba: *Quicumque huic potestati à Deo sic ordinata resistit, Dei ordinationi resistit: potè subesse Romano Pontifici omnem humanam creaturam, declaramus, dicimus, & definimus.* At verò hæc Bonifaciana constitutio per aliam Extravagantem, quæ incipit: *Meruit* relata inter communes *De privilegijs*, est revocata, saltem quoad Reges Galliarum. Ergo ruit præcipuum Canonice de Pontificiâ super Reges potestate constitutionis fundamentum.

## Responsio.

14. **A**uthor *Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. §. 18. n. 4.* respondet, Extravagantem *Meruit* Regibus nihil adimere, nihilque concedere; sed eos in eo statu relinquere, in quo erant ante constitutionem Bonifacij VIII. *superius* adductam, cum enim ex rationibus alijs adductis constet, potestatem Regiam & temporalem Ecclesiasticam semper subjectam fuisse, neque hoc subsistat ex Bonifacij VIII. præadductâ constitutione, sed Jure Divino & naturali, consequens esse, quod Clemens V. neque voluerit, neque poterit illi derogare, quando de Bonifacio tantum VIII. novisque obligationibus loquitur, non de Divina & naturali.

## Obiectio.

15. **E**X parte adversâ instari potest. Totum eâ responsione enervari argumentum, ex Bonifacij VIII. præadductâ constitutione urgeri solitum, quod nempe ista Bonifaciana constitutio in vi Ecclesiasticæ sanctionis Divino & naturali juri superaddat novum pondus specialis fundamenti ad firmandam Pontificiam super Reges potestatem; dum tamen præcitat *Regalis Sacerdotij* Author ex vi Extravagantis *Meruit* à Clemente V. editæ, illum Bonifacij VIII. Canonem moderantis asseverare videtur, superesse jam unicam Juris Divini & naturalis autoritatem, per quam Regia potestas dici debeat subjacere autoritati Ecclesiasticæ.

## Responsio.

16. **C**omparationem inter illam Bonifacij VIII. & Clementis V. constitutiones faciendo, apertum prodit, quod Jus illud Divinum, per quod Regia potestas à Bonifacio VIII. dicebatur subjacere autoritati Ecclesiasticæ, re-

ducatur in sacræ Scripturæ textus *ibidem* allegatos. Quibus à Clemente V. nequidquam derogatum esse, optimè respondit præadductus Author *Regalis Sacerdotij*: sicque adeo Canon ille Bonifacianus suam intentionem fundando super Divini Verbi oraculis, ex suâ Pontificiâ supra petram fundatâ autoritate concludendo, specialis autoritatis pondus adjecit illi sententiæ, quæ Reges Papæ autoritati Oecumenicæ subiectos asseverat.

ARGUMENTUM IV.  
Adversariorum.

17. **E**X parte adversa licet 2. argumentari. Ex hac in Principes, eorumque ditiones exercitâ potestate multa incommoda & mala evenisse. Censuræ enim, & anathemata in Henricum VIII. Angliæ Regem vibrata quid evicere, quam ut jugum excuteret, Ecclesiâ vastaret, proscriptâ toto regno Religione? Isdem armis Elisabetha in Catholicos grassata nec prius desijt, quam regio Stuartæ sanguine secures imbueret, specioso titulo crudelitate velata, quod diceret, Catholicos seditionem in Regnam, & regnum moliri. Et denique nunquam sæpius cades, intestina bella, procerum discordiæ, partiticia in Gallijs sunt observata, quam Henrico IV. Navarrae Rege à Summis Pontificibus diris percusso, regnoque alienis exposito. Potestas igitur illa, quæ Summo Pontifici supra Reges asseritur, minime spectat Ecclesiæ Bonum; sed perniciem magis & excidium, cum tamen Ecclesiæ sanctæ claves non sint constitutæ Divinitus nisi ad ædificationem, non verò in destructionem, atque adeo Canonicis sanctionibus talem Papæ autoritatem attribuentibus sub tanto Boni publici Ecclesiæ ac Religionis discrimine, haud videatur esse locus.

## Responsio.

18. **A**uthor *Regalis Sacerdotij cit. §. 18. n. 7.* respondet, exercitium potestatis, quam Pontifices Romani in Reges & Regna acceperunt, ad remedia extrema pertinere, alijs consumptis, ultimisque morbis adhibenda esse. Sicuti ergo justum bellum nemo non admittit, quantumvis innumera sint mala, quæ ex bellis proveniunt, sed majora provenirent sublato bello, dataque injurijs licentiâ: sic in casu, de quo agitur, esse dicendum, ea ipsa, quæ in contrarium afferuntur, satis ostendunt. Illæ namque calamitates, quæ Henrico Navarrae Rege diris percusso, Galliam affligebant, Regem tandem ad Catholicam Religionem impulerunt, nunquam alijs regno potiturum: sicque à discordijs & bellis cessatum est. Elisabetha Angliæ Regina, quantum absuit, ut regno exciderit, armatâ in illam potentissimâ classe? Quod verò sapienter agitata, potentior fortuna discusserit, non hic error potestatis Pontificiæ, sed eventus fuit; ex quo nemo prudens sapientiam & consilium metitur. Henricum VIII. Angliæ Regem quod attinet, sunt, qui velint præcipitatum remedium esse, plagâ necdum ferrum patiente;

tiente; sunt, qui excusent. Sed demus, in hoc peccatum esse, quid tandem sequitur? Si potestatem hanc Pontifici abroges, quia aliqui aut incircumspectè, aut ex impetu potius, quam ratione & consilio sunt usi, oportebit, eodem modo omnes humanas artes, hominumque conditiones, ipsam quoque Regiam potestatem è medio tolli, utpote in quibus longè pluries peccatum est, quam in illà, quam defendimus, autoritate. Percurre historias, atque videbis, Summos Pontifices hãc in Reges potestate feliciter usos esse, magnoque Ecclesiæ Bono, quod verò malè cessit aliquando, hic est communis rerum morbus & conditio. Illud verissimum est, hujusmodi penas, interdicta, excommunicationes, depositiones &c. cum summa circumspectione, rarissimo casu, nec citra necessitatem explicandas esse, quod à Patribus quoque Tridentinis prudenter omnino observatum, præmonitumque est *Sess. 25. de Reform. cap. 3.*

19. Confirmatur hæc responsio sciscitando ex Gallicanæ Ecclesiæ Clero. Quandoquidem ex hæreticis secularis potestatis impetu ad professionem fidei Orthodoxæ adactis plerumque sint magna pericula simulationis, indeque quam plurimorum in Sacramentis ficto animo suscipiendis sacrilegiorum, quo Jure Christianissimus Galliarum Rex compulerit Regni sui heterodoxos, sponte suã nequam propensos, ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidem profendam cum frequentatione Paschalis saltem communionis exercendam, cum tamen S. Augustinus *lib. 1. contra partem Donati* expressè doceat: *Sibi non placere, ullius secularis potestatis impetu schismaticos ad communionem violenter arctari*: utique ob certum sacrilegiorum ab inuitis, ac fictè conversis supra modum adaugendorum?

20. Non dubito, Clerum Gallicanum responsurum, à Rege suo id factum esse, quod infligabatur ex ipsomet Christi charactere, quo in sacro Baptismate fuit insignitus, in vi cujus Regiæ ipsius potestati incumbit, ad fidei integritatem, & conservationem in suo præcipue regno, præ cunctis negotiis curandam: quod Christiani Regis officium observando, in gratia Dei confidens, meritò sperare poterit, Deum corda subditorum, hæreticæ pravitate abjurantem facere compulsorum, intrinsecæ salutiferæ motionis vi, permorum ad veram fidei intus à Deo suscipiendæ conversionem, Sacramentorumque religiosam susceptionem, Divo Augustino *lib. 2. Retract. cap. 5.* propter eã scribente: *In primo libro contra partem Donati dixi, non placere, ullius potestatis secularis impetu schismaticos ad Communionem violenter arctari. Et verè tunc mihi non placebat, quia nondum expertus eram, vel quantum malis eorum auferret impunitas, vel quantum in melius mutandis conferre posset diligentia disciplina.*

Quid ni ergo pari, vel majori ex ratione dicere fas sit, Pontificæ autoritati adversus Ecclesiæ sanctæ, publicæque Religionis ac fidei perturbatores Reges, & Imperatores adhibitis sanctæ per Christum sanctæ correctionis remedijs, incumbere, cogitare vel quantum malis eorum auferret impunitas, vel quantum

in melius conferre posset diligentia disciplina, etiam severioris ad depositionem usque processuræ? In quo adeo statu haud imputabitur Oecumenico Pastori, si ejusdem virga correctoria consulto & circumspectè adhibita, distortum aliquem effectum experiri debuerit, sed sufficet, posuisse exemplum, ne contumaciæ pravitatis trahatur in consequentiam, multò plures à vera Religione, sanctæque Ecclesiæ perquam alienos deinceps effectus progenitura, sed de hoc dicemus *infra in conclus. 1. argumento 2.*

### ARGUMENTUM III. Adversariorum.

EX parte adversa licet 3. argumentari. 21.  
Cum olim Philippus IV. adversus Bonifacium VIII. contenderet, Regnum Franciæ à Summo Pontifice non pendere, hunc Regem professum fuisse, se quidem regi, non tamen Ecclesiæ profiteri libertatem. Econtra Bonifacium Pontificem contendisse, se libertatem Ecclesiæ adversus Regiam, ejusque jura circa alia puncta propugnare. Petrum de Marca *lib. 2. de concord. cap. 1. n. 1.* duo Ecclesiæ Gallicanæ posuisse fundamenta; unum, idque primum constituisse in *suprema Romanæ Ecclesiæ autoritate*: alterum ac secundum in *suprema Regis Christianissimi per Gallias autoritate*, quod tamen minoris momenti duxerit, quam primum. Petrum Pithæum in Senatu Parisiensi Advocatum in *tract. de libertate Ecclesiæ Gallicanæ* singularia illarum Regni & Ecclesiæ capita ad duo axiomata retulisse, quorum alterum est de *suprema Regis intra Galliam auctoritate*: alterum & equidem *primarium* est axioma: Summos Pontifices nihil præcipere vel ordinare posse, sive in communi, sive particulari circa temporalia, quantum ad loca suprema Regis Christianissimi dominio supposita, ac si præcipiant, vel ordinent, Regis subditos ad obediendum in his nequaquam teneri.

### Responsio.

A Uthor *tractatus de libert. Ecclesiæ Gallicanæ lib. 4. cap. 1.* respondet, difficile in primis intellectu esse, quã ratione Gallicani Antistites libertates illius regni defendendas suscipientes, auspiciati sint à propositione, quæ Iuri Ecclesiæ potius adversetur, asseverando: *Reges & Principes in temporalibus nulli Ecclesiæ potestati Dei ordinatione subijci.* Immutatam hinc vide postremis illis temporibus vel naturam, vel ideam libertatum Ecclesiæ Gallicanæ. Clerus namque Gallicanus utique libertates suas defenderat (impugnasse enim certè nemo dixerit) cum anno 1329. coram Philippo IV. Rege convenit, ut querelis ministrorum Regiorum responderet. Tunc enim Episcopi contendebant, Ecclesiasticam jurisdictionem sese ad temporalia extendere saltem ratione peccati, quod pluribus probavit Electus Senonensis in *prima responsione*: *Præter eã, inquit, num. 34. nullus dubitat, quin cognitio de peccato ad personas Ecclesiasticas pertineat.*  
Cum

Cum ergo talia non perpetrentur sine peccato alterius partis, patet, quod Ecclesia cognoscere potest, & hoc satis deducitur ex Cap. Novit. Extrav. De judicijs.

Nullus re vera de hoc dubitabat, quandoquidem Petrus de Cuguerijs actor Jurisdictionis Regiæ Patronus fatebatur, Decretalem Novit habere locum in Rege Franciæ, utpote superiorem non agnoscente, tantumque id negabat de Judicijs Regijs, quippe qui à Rege corrigi possent. Idem dicebat (in replica pro Rege) quod ratione peccati non poterat ad eos (Judices Regios) pertinere Decretalis Novit: quia loquebatur de facto Regis Franciæ, qui superiorem non habebat, sed in alijs seculis dicebat. Si Acta illius altercationis, quæ habentur in Bibliotheca Patrum, conferantur cum ijs, quæ nuper gesta sunt à Clero Gallicano, maximum sanè discrimen observabitur, nec video, quomodo hodiernas libertates Ecclesiæ Gallicanæ antiquitas non destruat.

23. Sed aliæ hodie est Ecclesia Gallicana ab ea, quæ anno 1614. tam generosè restitit tertio Regni Ordini, illam primam, aut certè simillimam propositione statuere conanti? Nec enim egregia illa oratio à doctissimo Cardinale Perronio tunc habita ipsius erat propria. Illam quippe le totius Cleri, imò & Nobilium Regni nomine pronunciare affirmabat: Non enim, inquit, ego hæc in causâ oro, sed totus Ordo Ecclesiasticus, & totus Ordo Nobilium ipsi conjunctus &c. Cæterum iste Cardinalis nomine totius Cleri, ac Nobilitatis asserbat doctrinam suam, modernorum Antititulum propositioni sanè contrariam, omnibus Ecclesiæ Catholicæ Patribus, imò & toti Ecclesiæ Gallicanæ communem esse à tempore, quo instituta sunt inibi scholæ Theologicæ usque ad

24. Calvini adventum. Eandem fuisse mentem Ecclesiæ Gallicanæ postremis etiam temporibus ad ultimum usque Coetum Parisiensem, proditur manifestum indicium ex hoc, quod illa Perronij oratio, tanquam proprium Ecclesiæ Gallicanæ momentum, inserta sit inter Acta Cleri Gallicani Anno 1673. edita jussu Comitiorum Generalium Cleri. Distinctas esse potestates Regum, & Pontificum nemo Catholicus negat, sed major esset necessitas, Regiam ad suos limites revocandi, quam Pontificiam intrâ suos concludendi. Confessi sunt in suo processu verbali Episcopi Parisijs anno 1681. congregati, extinctam postmodum esse in Gallia jurisdictionem Ecclesiasticam. Novis in dies vulneribus affigitur secularium libris, & Regionum Judicum placitis, & tamen libertates Ecclesiæ non opponitur à Prælatibus, quin & illæ servitutes inter libertates numerantur à multis. Cum autem Romanus Pontifex oppressis Ecclesijs manum porrigit, etiam ab Episcopis, objectis libertatibus, arceatur.

25. Firmatur hæc responsio ex duplici animadversione. Una est, ex communi Cleri Gallicani consensu sub annum 1329. efficacissimis rationibus & fundamentis solidissimis contententis, Ecclesiasticam jurisdictionem sese ad temporalia extendere, prout videre licet ex tomo quarto Bibliothecæ SS. Pa-

trum Parisijs editæ anno 1610. pag. 1075. sub titulo libelli à Bertrando Cardinale Eduensi edito adversus Magistrum Petrum de Cuguerijs. De cujus altercationis pro Ecclesiastica autoritate monumentis, & argumentis exactiùs differemus inferiùs.

26. Altera animadversio est circa id, quod præcitatus Author in medium affert, qualiter Gallicana Ecclesia anno 1614. tam generosè restitit tertio Regni Ordini, propositionem illam à moderno Clero Gallicano assertam, aut certè simillimam statuere conanti.

27. Altercationis hujus Acta accipe ex Gabriele Bartholomæo Gramondo sacri Regij Consistorij Senatore, & Parlamenti Tolosani Præsidente. Anno nempe 1614. à Christianissimo Rege indictus fuerat Parisijs Conventus trium Ordinum, quorum primum Clerus, secundum Nobilitas, tertium Magistratus subalterni ac Oratores populi obtinebant. Sub horum Comitiorum progressu Clerus anno 1615. in caput Magistratum petijt, abrogari novam legem, per quam officia ipsorum in hæredes transibant sub cautione tributis in singulos annos præstari soliti. Id ubi tertij Ordinis Oratoribus agnitum fuit, rati, ut res erat, peti Ordinem, statim proponunt thesin, toties Clero obstrepente, agitaram: Nullam esse potestatem in temporalibus supra Regiam, unque immediate Deo debitam coronam à Gallis Regibus, nullas obnoxiam interdixit. Proposita item à Clero Concilij Tridentini promulgatio: molliendæ quæ invidiæ, adjecta articulo clausula, in hæc verba. Sine præjudicio Coronæ Regiæ, libertatum Ecclesiæ Gallicanæ, privilegiorum & exemptionum, si quæ Capitulis, aut Monasterijs concessa, quibus conservandis studebit impensis Clerus, habitis in id rei ad Summum Pontificem precibus: quæ privilegia interim salva erunt, non obstante promulgatione Concilij. Cleri & Nobilitatis contra tertium Ordinem vota & calculi, nedum pro Concilij promulgatione, jurisque extinctione annui, sed & rejiciendæ thesi, quæ Summo Pontifici jus negat in regna.

28. De Summi Pontificis in Reges potestate, pluribus tum actum in utramque partem: non ante doctius, non agitata quæstio elegantius; missi per sæpe Oratores Cleri, ad tertium Ordinem, à tertio Ordine ad Clerum. Quæstus hic, bis, terque Aquensi primùm Archiepiscopo, exin Fenolieto Episcopo Mompellulano disertè perorantibus, quod Ordo tertius expers Theologiæ falcem improbè mittebat in messem alienam: Non posse redigi à populo in acta sua thesim pro articulo fidei valuturam: sutorum extra crepidam judicia esse: nisi post consultum Cleri oraculum narrari à populo de fide fabulas; Cleri unus, quod ne ipse tertius Ordo negaverit, esse de fide responsa. Intercessit tertius Ordo vehementi & doctâ oratione, quam habuit Marmicellæus Capitolinus Tolosæ, vit eloquens, & in omnes scientias expeditus. Non eam tertio Ordini mentem esse, ut fidei præcepta distribuât. Cleri, prædicationem Evangelij, quo fides continetur: tertij Ordinis partes esse, nullâ cause cognitione ut credat. Arcam Dei nusquam nisi puris manibus permissam: dejectos exanimis, qui olim tangere ausi, prophana è gente, quanquam

in casum iret. Ast plura fidei inesse quasi parvula, in dignitatem ipsius extrinsecam adinventam: his ornari Ecclesiam, sponsam Christi, ut in decus & propagationem eius institutus, quorum sit capax Ordo quilibet, si agnoscat matrem. Habituros se, quæ de fide sunt, salva & intacta, dumq; radix servabitur matris, unde arbori incrementum est, per quam stat, frondescit & viret, radicem filamenta sparsa temerè, quæ terram per sepe inanibus furculis circumquaque sugunt, quasi purgamento arboris excisuros. Posse intactâ fide, disciplinam, jurisdictionem, fructuum Ecclesie dispensationem, & plerâq; his similia attingi, ut quandoque diversis ab amiquo usibus in prava degenerasse constat: unde pagani in Ecclesiam Dei contemptus est, hereticis odium, Catholicis Orthodoxis dolor, ne dicam, scandalum; præcindi posse hæc filamenta, salvâ fide, quæ radix est. Eidem, primum esse lapidem, in quo firmatur Ecclesia per totum propagata orbem: id agnoscere tertium Ordinem, præceptaq; ipsius profiteri, & adorare, ut Dei sunt. Caterum si quæ ita hærebunt firmitus fidei, ut avehi nequeant eâ incorruptâ, daturus operam se, idq; sedulo, ne quid ipsi in deterius fiat. Solitos olim nascente Ecclesiâ Christianos, quando templis domos ita contiguas, ut vix separari possent, destruebant, ne simul & ipsa templorum superficies corrumpetur, salvam habere circum insulam. Ita Ganymedem amasium Iovis raptum in æthera altis ope, cuius complicati in obtusum unguis pelle molliter circumfusâ, demulcebant magis, quam lacerebant artus. Sic se fidei connexa, castè contrectaturos & innocenter. Plura his addidit Orator sacundus, quibus successus Clerus per Episcopum Mompellanum: Communicanda sibi quæcunque fidem quilibet ratione contingerent, id ipsummet opus Ecclesiasticum esse, nolle, utrum proposita quæstiones de fide forent. Itum tandem in unam sententiam communibus tertij Ordinis votis, missiq; ad Clerum articulos tres, quorum hæc summa.

I. Sacrilegum esse, Reges, micos Dei, quolibet prætextu in necem dare.

II. Debitam immediatè uni Deo Regum in subditos potestatem.

III. Nullis Sedis Apostolicæ interditiis subjacere imperia Regum, subditosq; nunquam sacramento fidei exsolvi posse.

29. Hisce legibus intempèstivè vulgatis firmabat Regiam autoritatem tertius Ordo, Regno Gallico pro fundamentalibus haberi petens: hoc interest inter leges, quod ex varijs causis inspecti aliquæ possunt, aut tolli penitus, fundamentales manent nulli obnoxiiæ mutationi. Consensit prima Clerus: eamq; Romanæ Ecclesie sententiam esse, pluribus probavit Cardinalis Rupisfulcaudius vir sanctus, maxime ex recentis censurâ, quâ condemnatus Becanus, tyrannicidas impune in Regum capita provocans. Laudatum exin Concilium Constantiense Oecumenicum, habitum anno M. CCCC. XIV. productaq; Sessio XV. confirmandis Regibus: in hæc verba.

30. Præcipuâ sollicitudine volens hæc sacrosancta Synodus ad extirpationem errorum, & hæresium in diversis mundi partibus invalescentium providere, sicut tenetur, & ad hoc collecta est, nuper accepit, quod nonnullæ assertiones erroneæ in fide, & bonis

moribus, ac multipliciter scandalosa, totiq; Republicæ statum & ordinem subvertere molientes dogmatizatae sunt, inter quas hæc assertio delata est. Quilibet tyrannus potest, & debet licitè & meritorie occidi per quemcumque vasallum suum, vel subditum, etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias, vel adulationes: non obstant quocumque præstito juramento, seu consæderatione factâ cum eo: non expectatâ sententiâ, vel mandato judicij cuiuscumque. Adversus hunc errorem satagens hæc sancta Synodus insurgere, & ipsam funditus tollere, præhabita deliberatione maturâ, declarat, decernit, & definit, hujusmodi doctrinam erroneam esse in fide, & in moribus, ipsamq; tanquam hereticam & fraudulosam, scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditones, perjuriam vias dantem, reprobat & condemnat. Declarat insuper, decernit, & definit, quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes, sunt heretici, & tanquam tales, juxta Canonicas sanctiones puniendi.

Ita Concilium Constantiense, vindicandis à conjuratione Regibus etiam tyrannis: ut de fide sit, dobio procul, articulus: Sacrilegum esse, Reges unicos Dei, quolibet prætextu in necem dare. In id trium Ordinum calculi. Intercessere secundo & tertio Clerus & Nobilitas, quatenus de fide vulgabantur. Politicam esse secundam thesim, quæ ita concipitur: Debitam immediatè uni Deo Regum in subditos potestatem. Veram, si de Gallis Regibus: dubiam & plerumque falsam, si de Principum promiscuè omnium in subditos potestate intelligas; nullo casu de fide. De Regum & Principum potestate mediata (quod vocant) aut immediatâ, pleraque tum in publicum data ab incerto Authore, per quæ Regibus & Principibus Christianis, si Gallum demis & Venetos, assignabatur suus cuique author; aded ut nemini illorum immediatam à Deo potestatem concederet. Horum quia curiosa indagatio est, ut in transitu memorabo, non ex me, neque enim id mihi arrogo, ut de Regnis, aut Regibus judicem, sed ex Authore anonymo, qui sic scripsit.

31. Pauci Principes uni immediatè Deo coronam debent. Imperator electioni, & dietis Imperialibus subjacet. Angliæ Regnum Parlamento obnoxium magis, quàm Regi, Sedis Apostolicæ beneficium est. Scotia Angliæ feudum est. Dania Imperij: Norvegiam & Daniam plerique Romanæ Sedis feuda esse contendunt. Syria & Solymæ Regna Summo Pontifici fidem debent; Regna item Neapolis & Sicilia, Arragoniæ, Sardinia, Corsica, Canariæ, Nugarie & Gorgonides. Poloniae Reges Imperatori coronam primitus debent, Summo Pontifici nomen ex Ducali Regnum. Hungariæ Regnum, feudum est Apostolicæ Sedis, Prostant in Curia Romana, aia probantia, ex quibus patet, feuda item Apostolicæ Sedis esse, Regna Granatæ, Lusitanie, Castellæ, Irlandiæ, Balearium, Norvegiæ, Succiæ, Dantiæ, hæc de Regibus. Reliqui Principes, Archiduces, Duces, Marchiones, Comites, seu liberae Republicæ sunt, dempto Summo Pontifice, & Republicâ Venetâ, auctorem omnes agnoscunt. Magnus Equitum Melitensium Magister, Hispano Regi beneficium debet; & præstat pro homagiò Milyum, neupæ pro insula: principatus nomine, quo

quo Christianis Equitibus cum iure supremi dominij prepositus est, Summo Pontifici fidem præstat. Helveticorum Republicæ sancti Imperij feuda sunt: Flandriæ Comitatum Regibus Gallia feudi iure subiectum, nemo negaverit. Belgici Ordines facti suo Gens libera, sub Hispana dominatione fuere. Dux Lotharingia sancti Imperij Princeps est. Archidux Austria, primùm Comes, exin beneficio Imperatoris Dux fuit. Germaniæ Principes quotquot sunt, Archiduces, Duces, Palatini, Marchiones, Comites, Landgravi, Burgravi, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, pars magna pro munere Imperatori ministrant, quia à sancto Imperio feuda sua possident. Urbes Anstria, & quæ totâ passim Germaniâ libertate gaudent, feuda item Imperij sunt, empta ab Imperatoribus libertate, aut gratis acceptâ. Sabaudie Dux, Imperij Vicarius est. Pedemontium eidem Imperio subiacet. Mediolani, Tusciæ, Mantuæ, Medinæ & Rbergi Duces, urbes item in liberis Republicas in Italia erectæ, Caesaribus debent, quod sui iuris sunt. Parmæ & Urbini Duces Sedi Apostolica fidem debent. Romam tenet Summus Pontifex, neminiq; obsequium præstat, nempe ex prærogativa obaræbris, patrem subesse filijs præter naturam esset. Certè nemo ambigat, Romam primitus à Caesaribus derivatam, conservatamq; sepius Apostolicæ Sedi à Regibus Gallis: unus inter Reges Christianissimus, iure suo regnat, unus immediate Deo debet, quod Rex est. Quo fit, ut vera in omnem casum sit ea thesis. Regum Gallia immediate à Deo potestatem esse, usque adeo, ut neminem in terra auctorem agnoscat. Hæc Author Anonymus.

Redeo ad Oratores nostros, qui hisce Controversijs divexabantur, nullo in populum ex vanitate quæstionum obvoluti: in quo peccatum maxime à delegatis, neque enim indistincta Comitia eâ mente, ut trium Gallia Ordinum Conventus transfret in scholæ munia.

33. Ordo Ecclesiasticus perorante doctissimè Perronio Cardinale, iuxta Constantiensis statuta Concilij, thesim in tyrannicidas esse de fide, respondet, quod pridie Cardinalis Rupifuleaudius doctè conviccat: alteram, quâ ita cavetur: Debitam immediate uni Deo Regum in subditos potestatem, de fide negavit; quamquam humanitus & historicè defendi possit. Adjecit, Nihil moveri se Innocentij III. rescripto asserentis, Regem Gallia nulli in temporalibus potestati subiectum esse, unde malè concluditur de fide assertio: historicam esse, aut non de fide. Eo modo habenda de fide quæcunque Decretalibus continentur, quod absurdum. Difficultatem præcipuè movit Articulus III. cujus hæc verba: Nullis Sedi Apostolicæ interditi subiacere Regna, subditosque nunquam sacramento fidei exsolvi posse. Vindicabat vir doctus Summi Pontificis in Regum sceptrâ potestatem, certis casibus; Nempe si in hæresim, aut idolorum cultum prolapsi, subditorum animis nova insinuant dogmata: seu quod pejus, si reluctantes adigunt, ut fidem abdicent. Præpostere proponi velut de fide Orthodoxâ contrariam opinionem, quæ ad summum vix problematica dici possit: probabat, potestati Romanæ Sedi in Reges hæreticâ labe infectos subscripsisse, quotquot Calvinum ante Theologicæ tractavere. Contrariam opinionem novam esse, Luthero & Calvino fautoribus nuper natam. Sacramento vinciri Reges Gallia, ubi inaugurantur, pellendis Regno suo hæreticis: si pejer-

verint in hæresim ipsi degeneres, si fautores hæresiarum, si novi dogmatis assertores, debent ultionem Vicario Dei, ad quem unum ex lege spectat perjurij pena. In eam sententiam exactis sæculis itum: & hodie passim toto orbe Catholico, si Galliam demis. Ipsos Doctores Gallia, eius opinionis authores, nunquâ de ea scripsisse, in hanc sententiam, ut de fide sit: veram & politicam asseruisse: si nunquam de fide. Exemplis plena esse historiarum volumina, quibus confirmatur Summæ Sedi in Reges potestas à fide degeneres. Ita Euphemium Patriarcham Constantinopolitanum Anastasium Imperatori negasse obsequium & fidem, donec Concilio Chalcedonensi subscripsisset. Ita eadem Imperatori, in Euthychis hæresim relapso, restitisse acriter Symmachum Summum Pontificem. Ita Clotarum Regem Gallorum, ob scelus immane in Ecclesia Dei, nece Ivetoti patratum, post mundatum sanguine innocenti altare, luisse penas arbitrio Pontificis Summi condignas culpe. Ita Iustinianum secundum: ita Philippicum Imperatores à Sergio & Constantino Summis Pontificibus multatos. Ita Leonem Isaacicum hæresim luisse, Gregory II. decreto, quia Iconoclastarum hæresim infelix, dogma propagabat exemplo. & vi. ita Carolum Magnum evectum ad Imperium Occidentis ope Romanæ Sedi. Ita Childericum regno dejectum. Ita substitutum homini per otium enervi, fastigioque Regie dignitatis impari Pipinum, assensu Sedi Apostolicæ, quam à Gallis consultam tradunt historiarum monumenta. Ita Fulconem Archiepiscopum Rhemensem intentasse Carolo Simplici minas, velut clienti suo. Ita Philippum primum Gallorum Regem, semotum ab Ecclesia Dei, adulterij manifestum palam commissi, post repudiatam sine causa uxorem, evectamque in solium pellicem, quâ utebatur velut suâ, marito superbita. Ita Gregorium septimum sacris interdixisse Henrico IV. Imperatori, subditosque solvuisse obsequij nexu. Ita excommunicatos Philippum Augustum Gallorum, Ioannem Anglorum Reges. Ita Othonem Imperatorem: ita Raymondum Comitem Tolosatium, quorum hic per socordiam in Albigenis hæresim lapsus, succubuit Pontifici potestati, in augmentum Gallici Regni, cui Comitatus Tolosanus adjunctus est, dono Provincialium. Ita fidei sacramento solutos olim ab Innocentio IV. FridERICI Imperatoris subditos, debitum Lugdunensi tunc Concilio sulmen. Ita dejectum Petrum Arragonia Regem, Martino IV. Summo Pontifice procurante, ob insaniam horrendâ lanienæ, cui à Vesperis Sicilianis nomen. Ita ab Urbano V. contra Petrum crudelem (id illi nominis à sevitia datum) Castellæ Regem, indictam promulgatamque excommunicationem, quia hæreticus, Ecclesiæq; Orthodoxæ hostis erat.

34. His probabat exemplis Perronius, Summo Pontifici jus esse in Regna & Reges, certis casibus. Postmodum Theologorum autoritate nitentur: laudabat ut suæ opinionis fautores, D Thomam, Okam, Ioannem Parisiensem, Iacobum Almandum, Gersonem, & passim reliquos, qui de utraque iurisdictione scripsere. Laudabat & Iurisconsultos, Ioannem Silvam Præsidentem Lutetianum, Ioannem Fabrum, Stephanum Ausrerium Tolosani Parlamenti Præsidentem, Presidium libellorum supplicum in Regia Magistrum, Gregorium Tolosanum: urgebat ex eo, quod Galli essent scriptores, eorum nomine Gallis minime suspecti: illis, quotquot sunt, unam esse pro Summo Pontifice in id senten-



tiam, ut lapsis in hæresim Regibus, maximè si fidem Orthodoxam insectantur, communionem interdicere possit & Regno. Absurdum esse thesim, quæ contractum velut de fide promulgat: cui veterum subscript nemo, recentiorum pauci; tanquam dogma politicum defendi posse, ad summum: eo errore primam fuisse Henrico VIII. Angliæ Regi viam in hæresim, ex injusto repudio justè condemnatum, rebellasse contra judicem suum; per lubrica quassatam fidem, procacique licentiâ tyrannicè usurpata jura sedis Apostolicæ, à Rege, nullo dein sulminum Ecclesiæ metu grassante. Facilem esse in schisma lapsum; ast resurgere opus arduum, Deiq. unius beneficium; non aliud præcinere thesim, quam apertam rebellionem in solium Petri. Neque novè opus condemnatione. Apostolico rescripto jam diu condemnatum dogma, hæreticumq. pronuntiatum, nempe ut de fide Orthodoxâ proponitur, Pati Clerum Gallicum, problematicè disputari thesim, quò fiat satis auctoritati Ecclesiasticæ & seculari: non eam Regi Christianissimo mentem esse, ut Sedi Apostolicæ oblectari velit, neque sub tanto Rege timenda interdita, qui nedum Ecclesiæ filius, sed protector & liberator est; id Clerum agnoscere, & orare commundè Deum, ut Regem Regno Gallico, primogenitum conservet Ecclesiæ Matri

Ita Cardinalis Perronius doctè & eleganter.

35. Ex quibus manifestum jam redditur, propositionem illam primam moderni Cleri Gallicani sub ipsè profeçto, quibus jam dictus Clerus articulum suum firmare nititur, sacre Scripturæ perperam allegatis textibus, à tertio populari in generalibus Comitijis, Ordine assertam, constanter rejectam, ac refutatam fuisse tam à Cleri, quam Nobilitatis Ordinibus, ut mirum profeçto sit, Galliæ Episcopos in postremo suo Parisiensi Conventu, ab antiquo Gallicano Clero descivisse in perniciem apertam statûs Ecclesiastici, dum, si quæ deinceps Ecclesijs intentarentur præjudicia, nulla jam auctoritas Regem cohibere posset, adeoque Apostolicæ, ac Oecumenicæ Summorum Pontificum supra Reges potestatis relaxato fræno, impunè, ac liberè possent Ministri Regij involare in jura Ecclesiastica: Clero proinde Gallicano, nisi illam suam propositionem moderetur, fortè ad sensum in primi hujus articuli Corollario finali expositum, serò nimis pensuro vulnus sibi met, suisque Ecclesijs infictum, & magis magisque in dies dilatandum.

#### ARGUMENTUM IV.

##### Adversariorum.

36. EX parte adversa fortassis excipietur, illam Cleri Gallicani propositionem primam, saltè ab auctoritate eorum, qui illam tenent, mereri probabilitatem.

##### Responsio.

37. Auctor Regalis Sacerdotij circa finem v. 11. respondet. Mensuram & regulam honesti ac veri esse legem, non nomina Doctorum, quorum opiniones, si ab hac regula defleant, tam nequeunt esse veræ ac honestæ, quam paries, aliudve corpus nequit esse rectum, si à linea &

amulsi excedat. Auctoritas namque docentium, ex eo capite pretium aliquod & pondus habet, quia non præsumuntur aliud, quam leges dicere. Si ergo hæc præsumptio cesserit, & evidenter appareat, Doctores cum legibus pugnare, præsumptio veritati cedit, & auctoritas illâ præsumptione nixa penitus evanescit. Quemadmodum ergo non numerus, aut inscriptio, sed pondus & metallum nummis pretium addunt: ita sententijis non numerus, aut nomen Doctorum, sed rationes & Canones, & cum Patrum doctrinis harmonia probabilitatem, & auctoritatem adferunt.

Confirmatur ex censura, quam S. Gregorius lib. 4. Regist. epistolâ 2. ex sacre Scripturæ fundamento tulit: Considerent, inquiens, cur Zacharias Papa Regem Francorum deposuit, & omnes Francigenas à juramenti vinculo absolvit? sed forte volunt, quòd, quando Ecclesiam suam B. Petro commisit Christus, Reges excepit. Cur non attendunt, vel potius erubescendo consentunt, quia Deus, ubi B. Petro potestatem ligandi dedit, nullum excepit, nihil ab ejus potestate subtraxit, & qui hoc imprudenter negat, se à Christo sequestrat. Expendant igitur primæ illius propositionis, Reges à Summi Pontificis Oecumenicæ auctoritate excipientis assertores, an probabilitate ullâ niti possit assertio cum Christi verbis, secundum Divum Gregorium apertè pugnans, ita ut à Christo se sequestrat, quisquis Petro, ejusque Successori concessam potestatem denegat, quæ nullum, ne Regem quidem, excipit.

#### CONCLUSIO.

Oecumenica in Summo Pontifice supra Reges sacris Canonibus asserta & sancita auctoritas, ita reducenda est in Divini Juris per Christum sanciti oracula, ut speciale tamen robur accipiat ex Canonicis sanctionibus.

Explicatur. Ea enim fidei Theologicæ natura est, ut motivè, ac specificativè reducatur quidem in solum Dei Verbum seu scriptum, seu traditum, attamen quia hujus Divina revelatio latet sub ænigmaticâ obscuritate, oportet, ut Verbi Divini veritas sub prudentiali quodam supernaturali lumine, prius applicetur voluntati, intellectum Fide Divinâ informatum in Primæ Veritatis obsequium captivanti, ut sic prudenter valeat per Fidem Theologicam assentiri. Inter hæc prudentialis luminis, præviâ fidei assentui faciem subministrantia argumenta, præcipuum locum obtinēt non Conciliorum duntaxat Oecumenicorum definitiones, sed Summorum quoque Pontificum sanctiones, utpote quorum auctoritas firmata sit supra petram, cui portæ inferi prævalere haudquaquam possint. Quare ex Pontificis sanctionibus, Oecumenici intrâ Ecclesiam Christi, Pastoralis muneris auctoritati innitentibus, firmum deducere licet argumentū Theologicum, in vi cujus, prudentialis ad fidem directiva ratio pateat, quòd, dum Pontificiam supra Reges Christiano charactere insignitos potestatem ex Divinis oraculis traducunt,

runt, eidem fide etiam Theologica credendæ argumentum, in via prudentialis ad fidei assensum directricis evidentia profus securum, ac in linea supernaturalis moralitatis certam subministrant manuactionem.

PROBATIO I.

40. **EX** Extravagante Unam sanctam. De majorum & obedientia desumpta, unâ cum reversione argumenti in contrarium adducti ex Clementina Meruit. De privilegijs.

Adversâ igitur partis primum argumentum ed collimat, ut, quod Pontificiæ supra Reges potestatis firmamentum evinci videtur, ex præallegatâ Extravagante Unam sanctam; hoc totum enervari asseratur ex præactâ Clementinâ Meruit. Ad quod argumentum elidendum, duo hic veniunt accuratius expendenda, primum concernit illam Extravagantem Unam sanctam. Alterum respicit hujus ex Clementina Meruit. enervationem.

Incipiendo igitur ab ea Extravagante, accipe sequentem hujus à Bonifacio VIII. editæ constitutionis tenorem: Unam sanctam, inquit Pontifex, Ecclesiam Catholicam & Apostolicam, urgente fide credere cogimur, & tenere. Igitur Ecclesiæ unius unum Corpus & unum Caput, non duo Capita quasi monstrum, Christus videlicet, & Christi Vicarius Petrus, Petriq; Successor, dicente Domino ipsi Petro: Palle oves meas; non singulariter has, vel illas, sed generaliter, per quod commississe sibi intelligitur universas &c. In hæc, ejusq; potestate duos esse gladios spirituales videlicet & temporalem, Evangelicis dictis instruimur. Nam dicentibus Apostolis: Ecce duo gladij hic, in Ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus, nimis esse, sed satis. Certe qui in Petri potestate temporalem gladium esse, negat; malè verbum attendit Domini proferentis: Convertè gladium tuum in vaginam. Vterque ergo est in potestate Ecclesiæ, spiritualis scilicet gladius & materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exerendus. Ille sacerdotis, is manu Regum & militum, sed ad nutum & patientiam Sacerdotis. Oportet autem, gladium esse sub gladio, & temporalem autoritatem subijci potestati: cum dicat Apostolus: Non est potestas nisi à Deo, quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt; non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in supremam. Nam secundum B. Dionysium lex Divinitatis est, infima per media in supremam reduci &c. Ergo, si deviat terrena potestas, judicabitur à potestate spirituali: sed si deviat spiritualis, minor à suo Superiore: si verò suprema, à solo Deo, non ab homine poterit judicari &c. Porro subesse Romano Pontifici omnem humanam creaturam, declaramus, dicimus, definimus, & pronuntiamus, omnino esse de necessitate salutis.

41. Ex qua proinde Bonifacianâ constitutione hunc in modum argumentari licet. Quando Christus Petro, ipsiq; Successori dixit: Palle oves meas; intelliguntur eidem commissæ universæ Christi oves, estq; adeo de necessitate salutis credere, quod Romano Pontifici, seu Petri Successori subit omnis humana creatura in Ecclesiæ unitatem aggregata sub uno

Capite Christo, ejusq; Vicario. Sub ea autem pastoralis muneris potestate continentur duo gladij, spiritualis videlicet & temporalis autoritas, Christo Domino, ubi Apostoli dixerant: Ecce duo gladij hic, id est in Ecclesia, respondente, satis esse. Inter quos duos gladios temporalis potestas fuit à Christo designata Allegoricè, quando dixit ad Petrum: Convertè gladium tuum in vaginam. Ex hoc autem evincitur, non spirituale duntaxat, sed etiam temporale gladio illo Petri, designatam potestatem, subesse authoritati Ecclesiæ, sub eâ quidem differentia, ut ille potestatis spiritualis gladius manu Sacerdotis, hic verò temporalis potestatis gladius manu Regum, sed ad nutum & patientiam Sacerdotis, sit exerendus. Hinc autem rursus evincitur, gladium esse sub gladio, & temporalem autoritatem quoad sui exercitium subijci spirituali potestati, Apostolo id ipsum quoque confirmante, dum dicit: Non esse potestatem nisi à Deo, quæ autem à Deo sunt, ordinata esse. In vi cujus proinde ordinationis oportet, gladium esse sub gladio in tantum, ut potestas temporalis inferior, per spiritualem, seu superiorem potestatem, reduceretur in supremam: quatenus scilicet potestas terrena, si deviet; judicanda est à potestate spirituali, si verò deviet spiritualis potestas, minor à suo Superiore, si autem deviet suprema Pontificia autoritas, à solo Deo, non ab homine judicari potest.

Quandoquidem igitur inter universas Christi oves Romano Pontifici, seu Petri Successori commissas, reputentur etiam Reges, Christi caractere insigniti, sub potestate autem Pastoralis per Christum suo Vicario Petri Successori concessâ, continentur duo gladij, autoritatis spiritualis & temporalis, eâ tamen cum subordinatione, ut hæc tanquam inferior per illam seu superiorem reducenda sit in supremam; temporalisq; adeo potestatis gladius materialis per Reges quidem, sed ad nutum & patientiam Sacerdotis Summi Pontificis, sit exerendus, manifestè & clarè evincitur ex sacra Scripturæ textibus à Bonifacio VIII. taliter applicatis, Reges cum suæ temporalis potestatis gladio, quoad hujus exercitium subesse Romani Pontificis spirituali authoritati.

Objectio.

42. **EX**cipitur ex parte adversâ. illam Bonifacii VIII. Extravagantem pro Gallia saltem Regibus, Regno, ac Regnicolis esse correctam per Clementinam Meruit. De privilegijs, cujus tenor ita se habet: Meruit charissimi filij nostri Philippi Regis Francorum illustris sinceræ affectionis ad nos, & Ecclesiam Romanam integritas, & progenitorum suorum præclara merita meruerunt, Meruit insuper Regnicolarum pietas ac devotionis sinceritas, ut tam Regem, quam Regnum favore benevolo prosequamur. Hinc est, quod Nos Regi & Regno per definitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. quæ incipit: Unam sanctam. nullum volumus & intendimus præjudicium generari, quod per illam Rex, Regnum, & Regnicole prælibati amplius Ecclesiæ sint subiecti Romanæ, quam antea existebant, sed intelligantur in eodem

eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatam.

Responsio.

43. **V**erum hanc Clementis V. constitutionem cum Bonifacii VIII. præadductâ Extravagante conferendo, in hunc modum argumentari licet. Regem Franciæ cum universis Regnicolis suis computari *inter oves Christi*, nullatenus dici potest, esse præjudicium à Bonifacio illatum. In illa ipsa verò potestate Pastoralis super universas Christi oves protensa, ex Christi instituto continentur duo gladij, potestatis scilicet spiritualis & temporalis, ita ut hæc sit quidem in manu Regum, ad nutum tamen & patientiam Sacerdotis exerenda. Nequit verò, quod ex Christi instituto existat sancitum, non esse antiquius illâ Bonifacianâ definitione. Nihil ergo istorum potest à Clemente V. in Extravagante *Meruit* esse correctum, quippe cum ista præcisè statuatur, quod per Bonifacii VIII. Extravagantē *Vnam sanctam*, nullum Regi, Regno, & Regnicolis Franciæ, debeat generari præjudicium, ita ut ipsi amplius exinde sint subiecti Romanæ Ecclesiæ, quam antea existebant, sed intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatam. At verò ista definitio ex iplo Jure Divino exigit subordinationem gladij temporalis erga gladium potestatis spiritualis, ita ut si illa deviet à rectâ ratione, sit judicanda à potestate spirituali. Hoc autem iudicium spirituale, Oecumenici Ecclesiæ Pastoris potestati concessum, est in vi clavium Ecclesiæ, Petro, ejusque Successori commissarum in tantum, ut, quodcumque ligaverit, seu solverit super terram, sit vel ligatum, vel solum in cælo. Eo ipso autem, quod Regiæ potestatis exercitium ita sit super terram, ut in Christiano Rege dicatur ordinem ad Regnum cælorum, oportet, ut sub respectu suæ ad æternam salutem, seu sacræ Religionis utilitatem publicam ordinabilitatis, sit inter illa quæcumque, quæ super terram continentur sub Oecumenicâ Ecclesiæ clavium potestate seu solvendi, seu ligandi. Quoad hanc igitur potestatis Regiæ erga auctoritatem Oecumenicam Summi Pontificis, subordinationem, Bonifaciana illa Extravagans constitutio nullum præjudicium generavit Regi, Regno, & Regnicolis Franciæ, sed hos relinquens in statu, in quo vi Juris Divini ante eam definitionem erant, non potest quoad debitam illam respectu Romanæ Ecclesiæ subordinationem ac subjectionem, per Clementinam *Meruit*, de privilegijs esse correctâ.

PROBATIO II.

In qua fit confutatio *secundi* Adversarii: rum argumenti.

44. **S**I namque sub formâ per Christum *Matth. 18.* sanctâ, servato seu Divini, seu naturalis, seu super hiic fundari *Canonici* Juris debito ordine, Summus Pontifex procedat adversus Reges, Juris Divini temeratores, eoque progressos, ut Ecclesiam audire contumaciter decreverint, indeque ex Christi jussu, Communionis

Ecclesiasticæ Jure desistantur, sed necdum correcti, quinimò in reprobum sensum dati, sacræ Religionis ac Ecclesiæ interitum, quantum in se est, perversâ suâ contumaciâ moliantur, sintque aded in eo statu positi, ut merito persentiant virgam illam à Christo Apostolis *cit. 18. Matth. capite* promissam, & sacro de Evangelicæ correctionis normâ per Christum præscriptâ, textui immediatè subiectam sub his verbis: *Quæcumq; alligaveritis super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcumq; solveritis super terram, erunt soluta & in cælis*: Si, inquam, in vi hujus virgæ Apostolicæ, Summus Pontifex Ecclesiæ rebellem ac hostem publicum & liget censuris, & solvat seu juramentorum & homagiorum à subditis præstorum vincula, merito computanda sub illo (*quodcumque est super terram ad æternam salutem, Ecclesiæ publicam utilitatem, sacræque Religionis non privatum dantaxat, sed publicum bonum etiam in Regibus ordinabile, sicque aded subiectum regni cælorum clavibus*) quinimò si sub dicto ordine servato, Romanus Pontifex jus Regiæ potestatis homini erga Ecclesiam rebellem inexistentem, ab ipsaque Regi potestate *formaliter* spectatâ prorsus diversum (inter quæcumque super terram Ecclesiæ clavibus seu solvenda, seu liganda, merito computatum) tali Juris Divini contumaci temeratori, per regni cælorum claves ad Ecclesiæ sanctæ conservationem traditas adimat: nunquid vel Christo, qui taliter procedendi seu mandatum fecit, seu Ecclesiæ, ejusque Oecumenico Pastori talem potestatem tradidit, vel Papæ, qui ex Christi sui mandato, seu potestate vi officij Divinitus commissi necessariò usurpandâ, tali modo processit, imputanda erunt mala inde provenientia? Vel non potius, dum Pontifex stringit gladium, ad bonos in obedientiâ sanctæ Ecclesiæ continendos, & malos extirpandos, communioneque fidelium, ne ab ipsis præcipitentur in ruinam, privandos, eosque, ne potestatis temporalis gladio adversus sanctæ Ecclesiæ pacē & Religionem publicam, liberè uti amplius possint, exauthorandos; ipsissima hæc justitiæ adversus Ecclesiæ sanctæ rebelles, publicæque Religionis perturbatores demonstratio, ex se ipsa est tantum bonum, ut in respectu illius, quoad *moralem* imputationem, haudquaquam prævalere possint mala *per accidens*, & præter intentionem, non nisi ex pravorum Ecclesiæ rebelium contumaciâ eventualia?

Objectio.

45. **S**ed replicabit fortè aliquis, oportere, ut Visceribus Christi agat ex ejus spiritu, qui non ad perdendum, sed ad lucrandum animas, venit in spiritu lenitatis, ac mansuetudinis, Apostolis non aliter concedens Ecclesiæ clavium auctoritatem, quam uti *Joann. 20.* præscripserat: *Sicut misit me Pater, ita ego mitto vos*: cum tamen Christus fuerit contestatus, regnum suum non esse de hoc mundo, nec unquam legatur coercitivæ jurisdictionis actum aliquem in terris fecisse.

Re-

## Responſio.

46. NE modernis heterodoxis hæc replicatio favere videatur, ejus diſcuſſio juxta ipſius Chriſti verba accuratius venit in præſenti faciendâ, prout in *Inextinctâ ſacri Tridentini Concilij veritate tract. 6. ſect. 6. cap. 1. argut. 3.* à nobis exhibetur, ſub hiſce verbis: Ita profectò eſt, Chriſtum Joann. 20. diſertè teſtatum fuiſſe, *ſicuti miſi me vivens Pater, & ego mitto vos.* At *Psalm. 2.* in ſpiritu prophético inducitur Eternus Pater locutus ad Chriſtum. *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, reges eos in virga ferrea.* Hanc autem virgam importare autoritatem *Directionis*, quâ ferream verò dicere poteſtatem *Coactionis & Juſtitie*, explicat S. Auguſtinus in *diſtictum Psalm. 2.* Hæc ipſa verò Chriſti poteſtas *Gubernativa & Coercitiva Luc. 1.* prædiſta fuit. *Dabit illi Dominus ſedem David Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum.* Eo ipſo autem, quòd regnum iſtud Eccleſiæ dicatur æternum, oportet, in terris fuiſſe à Chriſto relictam eam *Gubernativam poteſtatem*, per quam regimen hoc ſpirituale perpetuò duraret. Quamvis ergo Chriſti Regnum non fuerit, nec modò ſit de hoc mundo, utpote cujus ratio ſit tranſcendens mundi regimen, reſpiciatque æternam hominum ſalutem: hoc ipſam tamen ſupernaturale ac ſpirituale Eccleſiæ regnum importat virgam ferream Chriſto conceſſam, & ab hoc Apoſtoliſ, eorumque ſucceſſoribus communicatam, adeoque unâ cum *Gubernativa Coercitivâ* quoque autoritatem, ut ſic intelligantur Apoſtoli eo modo à Chriſto miſſi, quomodò ipſe à Patre Eterno miſſus fuit cum autoritate regnandi in æternum, atque adeò cum poteſtate *Gubernativâ & Coercitivâ* in ſuos quoque in terris relictos Vicarios tranſuſâ.

## PROBATIO III.

Refutatoria tertij Adverſariorum argumenti.

47. A Dverſus quotundam Gallorum principia in *Aeo tertio* argumento producta, præcitatus Author *tractatus de libert. Eccleſiæ Gallicanæ* efficaciffimâ cum energiâ poſuit antiquæ Eccleſiæ Gallicanæ ſub Philippo IV. Rege adverſus Petrû de Cuguerijs anno 1312. reſoſita fundamenta, quæ nos *ſupra n. 31. ac ſeq.* publicæ luci expoſuimus, ad dijudicandam moderni Cleri Gallicani Pariſijs congregati ab illâ antiquâ Eccleſiâ ſuâ diſformitatem: eramus interea contenti argumentum illud ſtabilire ex noviori etiam Cleri Gallicani, adverſus parem probationem anno 1614. Cardinale Perronio Antefignano factâ unanimi reſententiâ & oppoſitione.

Quia verò dictus Author meminit etiam prioris ſub Philippo IV. Pariſijs aggregati Archiepiſcoporum & Epicoſcoporum Conventûs, in quo pro Clero Gallicano Oratorem egit Bertrandus Cardinalis Eduenſis, operæpretium eſt viſum, hæc proferre luculentam ſuper cauſa præſenti in illo Conventu habitam, & in Bibliothecâ SS. Patrum *quarto tomo edit. Pariſienſis pag. 1098.* exhibitam ejuſdem Cardinalis ex ſacræ Scripturæ fundamentis ſolidiffimè deductam diſſertationem.

48. *Primò*, inquit, quoad perſonas dicendum eſt,

quòd omnes Chriſtiani cujuſcunque gradûs, vel ſtatûs, ſeu conditionis exiſtant, ſubſunt juridiſtioni Eccleſiaſtica: cujus ratio eſt, quòd ſcriptum eſt ad Romanos: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdiſta ſit, non eſt enim poteſtas, niſi à Deo.* Inter Chriſtianos enim duplex eſt poteſtas: temporalis ſcilicet, & ſpirituſalis, ſive ſæcularis & Eccleſiaſtica: & utraque eſt à Deo ſecundùm modum in præcedentibus expoſitum: & ideo utrique poteſtati ſubſunt Chriſtiani, ſed diſſerenter, quia poteſtati temporali, vel ſæculari ſubſunt Chriſtiani, quia inter Chriſtianos poteſt eſſe, & eſt, & fuit illa poteſtas legitima, ſed ſolùm ut cives. Poteſtati autem ſpirituſali & Eccleſiaſtica ſubſunt ut Chriſtiani & Fideles, quia poteſtas illa fundata eſt ſuper fidem, per Chriſtum nobis traditam. Igitur omnes Chriſtiani & Fideles, viri & mulieres, Clerici & Laici, Reges & Principes ſubſunt juridiſtioni ſpirituſali & Eccleſiaſtica. Et cum prædictam juridiſtioneſ habeat Papa ſine limitatione loci & perſonarum: ideo omnes Chriſtiani, ubicunque ſint, debent ei obedire: cæteris verò Prælatiſ Epicoſcopiſ, & Archiepiſcopiſ, & Patriarchiſ in territoriſ, ſeu Diœceſiſ ſibi commiſſiſ, tenentur obedire omnes Chriſtiani manentes in eiſ. Et ideo Clemens Papa dicit, & habetur *Extravag. De majorit. & obed. Cap. Omnes*: quòd omnes Chriſtiani Principes terræ, & cæteri homines Epicoſcopiſ obedire debent, ut beatus Petrus præcipiebat.

Ab hac tamen obedientia ſeu ſubjeſtione 49-  
Papa, qui eſt ſupremus in Eccleſiâ, poteſt aliquos eximere: & ſic pater, quòd omnis Chriſtianus, cujuſcunque ſtatûs, vel conditionis exiſtat, ſubjeſtus eſt juridiſtioni ſpirituſali ſeu Eccleſiaſtica. Utrùm autem juridiſtioneſ Eccleſiaſtica ſeu ſpirituſalis extendat ſe ad omnes aſtiones perſonales omnium Chriſtianoſ non ſolùm Clericorum, ſed laicorum: dicendum eſt, quòd de ſe, & ſuo jure extenditur ad cognofcendum & judicandum de omnibus peccatiſ; non ſolùm de illiſ, quæ ſunt contra articuloſ fidei, & Sacramenta, in quibus principaliter fundatur Religio Chriſtiana: ſed etiam de omnibus peccatiſ mortalibuſ, quod patet *primò* ratione irrefragabili ſic. Cujus eſt, conſiderare finem, ejuſdem eſt, judicare de hiſ, quæ debent ordinari ad finem, quia ratio eorum, quæ ordinantur ad finem, ſumitur ex fine; debet enim intendens aliquod bonum, finem eligere, & ea, quæ ſunt congrua fini, & tollere ea, quæ finem impediunt: v. g. Medicus conſiderat ſanitatē corporum: & certè ejuſ eſt, judicare de iſiſ, quæ ſervant ſanitatē, & de hiſ, quæ eam impediunt, ut ab eiſ abſtineatur: & conſimiliter eſt in omnibuſ. Sed corpus ordinatur ad animam, etiam ſecundùm Gentileſ Philoſophoſ; & temporalia ordinantur ad ſpirituſalia, & omnes aſtiones Chriſtianoſ debent ordinari ad conſequendam vitam æternam tanquam noſtrum finem ultimum ſecundùm fidem Catholicam in ſacra Scriptura traditam. Ergo cujuſ, vel quorum eſt, conſiderare de ſalute animæ, & de ſpirituſalibuſ: ſicut eſt Prælatorum, curam, & regimen habentium, ut ſunt Papa, & alij Epicoſcopi, & Archiepiſcopi, eorum eſt judicare de aſtioneſ perſonalibuſ hominum, per

per quas possunt deviare à salute æternâ contra quamcunque materiam; sive contra articulos fidei & Sacramenta, sive contra bonos mores peccando in seipsum, vel in proximum verbo, vel facto, seu quocunque alio modo: & in hac ratione fundatur *Cap. Novit. Extravag. De judicijs.*

50.

*Secundò patet ex autoritate Divi Matthæi, ubi dicit sic: Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos testes, ut in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum, quòd si non audierit, dic Ecclesie, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus, id est, excommunicatus. Et constat, quòd loquitur de jurisdictione Ecclesie, quam habent Prælati. Nam ibidem subditur: Amen dico vobis, quacunque ligaveritis super terram, erunt ligata & in celo. Igitur sine ulla dubitatione ad Ecclesiam pertinet (jure sibi à Deo collato) cognoscere & judicare de quocunque peccato. Unde beatus Paulus excommunicavit fornicatorem notorium, ut legitur in Epistola priorè ad Corinthios. & 24. quæst. 7. *Cap. Audivimus. circa medium.* Cùm igitur peccata contingant circa actiones personales hominù, & circa contractus, de omnibus his pertinet ad Ecclesiam judicare: maxime si intentetur actio per modum injuriæ, vel cujuscunque alterius peccati tam inter Laicos, quàm inter Clericos, vel inter Laicum, & Clericum, quicunque eorum sit actor, vel reus.*

51.

Nec in prædictis potest dici, quòd reus trahatur extra forum suum: quia omnes Christiani, in quantum Christiani sunt, pertinent ad forum Ecclesie, ut supra dictum est. Et hoc est, quod expressè dicitur in *Canone 11. q. 1. Cap. Quacunque.* ubi dicitur sic: *Quacunque contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad Ecclesiam deferantur, & ab Ecclesiasticis viris terminentur: & si obedire noluerint, quòdlibet obediant, à limitibus Ecclesie excludantur.* Nec propter hoc enervatur jurisdictione Principum sæcularium, qui de actionibus & contractibus subditorum suorum, videlicet laicorum, habent cognoscere, & etiam judicare: quæ prædicta jurisdictione eis non auferuntur, nec impeditur. Si enim actor voluerit, poterit reum trahere ad judicium sæculare, & tunc iudex laicus cognoscat: si autem vult reum trahere ad judicium Ecclesie, potest: præcipuè intentando actionem injuriæ, vel peccati: quia quilibet laicus Christianus est utriusque judicio subiectus, sive subditus, uni, ut civis; alij, ut Christianus. Et quælibet potest in eum exercere judicium suum, si ad illud evocetur. Sed in optione actoris est, evocare reum ad hoc, vel illud judicium, & non ad utrumque, & sic potest intelligi illud, quod habetur in *Decretis dist. 21. cap. ubi dicitur, quòd Christus commisit beato Petro jura cælestis imperij & terreni: & qui hoc privilegium Romanæ Ecclesie detrahit, in hæresin labitur, & hæreticus est censendus.*

52.

Verùm quamvis hoc jus sit Ecclesie, sibi à Deo collatum, tamen ipsa non semper usa est isto jure, nec ubique; partim ad vitandum scandalum, ne putaretur, quòd Ecclesia magis quaereret emolumentum pecuniæ, quàm correctionem vitiorum; partim propter malitiam

aliquorum tyrannorum, in quorum terris plures Ecclesie sunt fundatæ, qui propter suam violentam potentiam non permiserunt, Ecclesiam uti jure suo. Sed in regno Francie Christianissimo, in quo Reges fuerunt Ecclesie devoti à principio, quo fuerunt Christiani, Ecclesia liberius est usa jure suo, & tantò liberius, quantò plùs appropinquat sedi Regni. Sic igitur patet *primum*, scilicet quantum extendit se ex usu & consuetudine, non potest uno verbo dici; quia non omnes Ecclesie habuerunt, nec habent eosdem usus & consuetudines: sed quædam utantur pluribus, quædam verò paucioribus.

53.

Verumtamen usus, de quo supra dictum est, non est acquisitio juris novi, cùm hoc competat Ecclesie jure suo, ut statim dictum est: sed est executio juris *primi* dati à Deo, quod fuit forsitàn à Deo impeditum, quantum ad executionem; tunc istud jus dicendum est duplici titulo competere Ecclesie. Si autem usus ille sit circa actiones merè reales; ut dicitur esse in quibusdam Ecclesijs, paucis tamen; dicendum est, quòd ad hoc consuetudo potest in talibus locum habere, & dare jurisdictionem; sicut expressè dicitur *Extravag. De judicijs. Cap. Novit.* ubi dicitur sic: *Non enim intendimus judicare de feudo, cujus ad ipsum (scilicet Regem) spectat judicium: nisi forte juri communi per speciale privilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detrahendum.* Igitur per consuetudinem potest alicui acquiri jus cognoscendi, & judicandi de feudo alterius: alioquin frustra poneretur illa exceptio: nisi forte. Et fortiori ratione potest consuetudo locum habere in alijs merè realibus, non feudalibus. Ista ratione proposui ego Petrus Bertrandi coram Domino Rege Philippo, qui nunc est in illa persecutione, quam habuit tunc Ecclesia Gallicana, quæ tamen per gratiam Dei sopita fuit sine scandalo. Hoc igitur antiquioris in Christianissimo Regno à Clero Gallicano de jurisdictione Ecclesiastica doctrinæ tam viriliter propugnata exemplum, meritò imitetur modernus quoque Christianissimæ Ecclesie sacer Clerus.

## PROBATIO IV.

Refutatoria quartæ Adversariorum argumenti.

SI quæ doctrinæ ex parte adversa circa Oecumenicæ Pontificiæ super Reges potestatis restrictionem propositæ esset probabilitas, oporteret, rationes, quibus nititur, saltem non esse oppositas cum Divinæ sacris Litteris traditæ doctrinæ fundamentis. Quod tamen dici haud posse (nisi propositio illa redigatur ad sensum in Corollario finali *primi* hujus articuli exponendum, constat ex ijs, quæ hætenus suprà deducta fuerunt.

54.

Sed neque aliquod autoritatis pondus accedere posse illi, cæterisque propositionibus, extendit Author *tractatus De libertatibus Ecclesie Gallicane lib. 3. cap. 14.* Quæ, inquit, Coetus Pa-

55.

Pa-

Parisiensis declaravit, ejus sunt conditionis, ut, si vera esset Gallorum doctrina de potestate Concilij Oecumenici supra Papam etiam extra casum schismatis, à Concilio Oecumenico, non autem à Comitij Cleri Gallicani, vel à Concilio Nationali fuissent determinanda.

56. Nam agitur de jure non solum Summi Pontificis, sed etiam Concilij Generalis, imò de Ecclesie universae securitate, nempe ad quem pertineat autoritas Decreta irrevocabilia circa fidem edendi; an potestas Ecclesiastica habeat aliquam potestatem in temporalibus Regum, & Principum, &c. Quomodo ergo potest Ecclesia Gallicana, ubi de fide, de moribus, ac generalibus disciplinae capitibus est quaestio, sententiam, inauditis etiam partibus, proferre? Numquid causae istae inter majores referri non merentur?

57. Respondent fortassis, se, quod jam à Concilio Constantiensi definitum fuerat, declarasse, ne à fidelibus ignoraretur. Sed primo quoad potestatem Ecclesie supra temporalia Principum, Concilium Constantiense contrarium sensit, ut inferius ostendetur. Secundo, quoad autoritatem Concilij supra Summum Pontificem, non solum plurimi Pontifices (quorum fortasse sententia in suspicionem traheretur, licet non minus suspecti sint Episcopi, cum sibi non quidem divisim, sed conjunctim supremum Pontificem subijcere conantur) sed etiam quamplurimi Doctores ex universis Ecclesie partibus decreta Concilij Constantiensis de casu schismatis duntaxat interpretantur. An ergo ad Ecclesiam Gallicanam pertinet, obscurum Concilij generalis sensum interpretari? Decretum, inquit, clarum est, verum secus alijs videtur; ad quem pertinet hujus controversiae iudicium?

58. Nec juvat reponere, Antistites Gallicanos materiam, quae ad Ecclesiam universalem videtur spectare, pro suis tantum gregibus declarasse, non autem toti Ecclesiae articulos Fidei, aut disciplinae Canones proposuisse. Hoc, inquam, non juvat. Nam primo declarationes illae generales sunt, & terminis communibus conceptae. Non enim v. g. declaratur, Reges Galliae in temporalibus non subesse potestati Ecclesiasticae; sed Reges, & Principes absolute. Secundo, causas illas majores, aut etiam maximas esse, Galli negare non possunt. Nonne ergo ad sanctam Sedem, vel si suspecta erat, ad Concilium generale ex antiquis Decretis, & ex ipsis etiam Francorum legibus erant referendae? Sed suspectum etiam foret Oecumenicum Concilium, cum ejus quoque interfit, deberetque ei Summus Pontifex praesidere. Ideo igitur debuit Ecclesia Gallicana, tanquam suprema inter Romanum Pontificem, & Concilium Oecumenicum arbitra, controversiam dirimere?

59. Non adeo faciles erant hujusmodi controversiae, ut omnia Romani Pontificis, aut, si mavis, Concilij Oecumenici consultatione, definiti possent; decebatque, ut Episcopi Gallicani apud Curiam his S. Petri Chrysologi Episcopi Ravennatis verbis sese excusarent; Nos

enim pro studio pacis, & fidei extra consensum Romanae Civitatis Episcopi causas fidei audire non possumus. Epist. ad Eutichem inter Acta Concilij Chalcedonensis par. 1. num. 15. Si quid interim, &, ut vulgo dicitur, provisionaliter statuendum fuisset, longè majoris erant ponderis rationes, quae in alteram partem suadebant declinare.

60. Quin etiam haec declaratio Ecclesiae Gallicanae, vel Clero Gallicano tribui non debet, cum, qui Comitij intercesserunt, procuratione caruerint, quae ad res adeo arduas, & difficiles specialissima requirebatur; consensus autem, qui fortè ab alijs quibusdam praestabitur, vix liber habebitur, cum intentatis poenis, & iam quibusdam inflicitis, exigatur.

61. Accedendum jam ad singularum propositionum examen. Quocirca nisi demonstravero, propositiones in declaratione Cleri Gallicani contentas universaliter, ut jacent, acceptas esse falsas, saltem constabit, longè minus esse probabiles, minusque tutas, quam earum contradictorias. Atque adeo Comitua Parisiensia maximam injuriam illius Regni fidelibus erga Summum Pontificem bene affectis intulisse, dum Edicto Regio, poenitque adjectis, ad assentiendum doctrinae ad minus de falsitate plurimum suspectae, atque aliunde sanctae Sedi adversae, cogendos curarunt. Tantumque abest, ut illa agendi ratio libertas Ecclesiae Gallicanae nuncupari possit, ut durissima, & Christianae libertati infensa servitus vocari debeat.

62. Nec puto, reperiri quemquam, qui hac declaratione speret revocandos ad gremium Ecclesiae haereticos; quippe qui arberentur, ut eorum aliqui non sine opprobrio nostrae Religionis jam significarunt, Comitua Cleri Gallicani non parum ad ipsorum doctrinam accessisse, jam plurimum Summi Pontificis, cuius obedientiae sese ipsi usquequaque subdixerunt, autoritatem imminuere coepisse, potiusque Catholicos à visibili Ecclesiae Capite defecturos, quam ei sese conjungere illi meditentur. Ego quidem sic habeo Regem Christianissimum, qui tam gloriose in reduendis ad Christi ovile Regni sui haereticis incumbit, ex ea declaratione ad tam praeclarum opus, parum accepisse subsidij. Etenim cum Summus Pontifex sit centrum unitatis, qui arctius illi adharet, intra sinum Ecclesiae arctius stringitur. Imò, ut notavit Hincmarus alibi relatus, Rex, & Episcopi Christi Vicario obediens, illo exemplo debitam sibi à proprijs subditis obedientiam facilius obtinent.

§. III.

Referuntur argumenta nostratis sententiae, petita ex sacris Canonibus, speciatim Cap. Novit. 13. De judicijs. & Cap. Licet. 6. De votis.

ARGUMENTUM I.

63. A Uthor Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. §. 3. argumentatur 1. ex autoritate praedicti Canonis Novit. editi ab Innocentio III. refcri.

rescribente in hæc verba: Non putet aliquis, quod jurisdictionem Illustris Regis Francorum perturbare, aut imminuere intendamus, sed cum Dominus dicat in Evangelio: Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripue eum inter te & ipsum solum; si te audierit, lucratus es fratrem tuum, si te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos: quod si eos non audierit, dic Ecclesie, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Et Rex Angliæ sit paratus, sufficienter ostendere, quod Rex Francorum peccet in ipsum, & ipse circa eum in correptione processit secundum regulam Evangelicam, & tandem, quia nullo modo profecit, dixit Ecclesie, quomodo nos, qui sumus ad regimen universalis Ecclesie superna dispositione vocati, mandatum Domini possumus non exaudire, ut non procedamus secundum formam ipsius? Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipsum spectat iudicium, sed de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus & debemus. Non igitur iniuriosum sibi debet Regia dignitas reputare, si super hoc Apostolico iudicio se committat, cum Valentinianus inlytus Imperator suffraganeis Mediolanensis Ecclesie dixisse legatur: Talem in Pontificali sede constituite, cui & nos, qui gubernamus, sincerè nostra capita submittamus, & ejus monita (cum tanquam homines deliquerimus) suscipiamus necessarid velut medicamenta carnis. Nec sic illud humillimum omittamus, quod Theodosius statuit Imperator & Carolus innovavit, de cuius genere Rex ipse noscitur descendisse: Quicumque videlicet litem habens sive petitor fuerit, sive reus, si iudicium elegerit sacrosanctæ Sedis Antistitis, illic sine ulla dubitatione, etiam si pars alia refragetur, ad Episcoporum iudicium dirigatur. Cum enim non humana constitutioni, sed potius Divine innitatur, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, nullus, qui sit sanæ mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet, de quocumque mortali peccato corripere quemlibet Christianum: & si correctionem contempserit, per distinctionem Ecclesiasticam coercere.

64. Sed forsitan dicetur, quod aliter cum Regibus, & aliter cum alijs est agendum. Ceterum scriptum novimus: Ita magnum iudicabis ut parvum, neque erit apud te acceptio personarum, quam B. Iacobus intervenire testatur: Si dixerit ei, qui est indutus veste præclarâ, tu sede hæc bene, pauperi verò sita illic, aut sede sub scabello pedum meorum.

Ideoque universis vobis per Apostolicam sedem mandamus, quatenus sententiam nostram recipiatis humiliter, & faciatis ab alijs observari: licet enim hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, præcipue cum contra pacem peccatur, que est vinculum charitatis.

65. Postremò cum inter Reges ipsos reformata fuerint pacis sedera, & utrinque præstito iuramento firmata, nunquid non poterimus de iuramenti religione cognoscere, quod ad iudicium Ecclesie, non est dubium, pertinere. Ne ergo tauram discordiam videamus dissimulando fovere, prædicto Legato dedimus in præceptis, ut (nisi Rex solidam pacem cum prædicto Rege reformet, vel saltem humiliter patiat, ut idem Abbas, & Archiepiscopus Bituricensis de plano cognoscat, utrum iusta sit

querimonia, quam contra eum proponit coram Ecclesia Rex Anglorum, vel eius exceptio sit legitima (quam contra eum per suas nobis litteras duxit exprimendam) iuxta formam sibi datam à nobis, procedere non omittat.

66. Ex quo proinde sacro Canone præcitatus Regalis Sacerdotij Author sequentem efformat argumentationem. Nempe ex illo Canonico textu constat, non esse equidem Pontificis, directè & immediatè se causis feudilibus, & negotijs Regum immiscere: posse tamen & debere ab eo id fieri, cum Ecclesie interest, cum scilicet de peccato, perjurio, ac fœdere violato agitur, tunc enim partes Pontificis sunt, Regibus pacem imperare, eorum causas cognoscere, appellationes ad se factas in causa etiam temporali recipere. Neque hoc novum est, sed jam antiquis legibus constitutum; uti ex Evangelio constat Matth. 18. explicantque Divus Thomas 2. 2. q. 33. & Maldonatus in Lucam 18. Idipsum patet tum ex edicto Valentiniani Imperatoris relati in Cap. Valentinianus. dist. 63. tum ex lege Theodosij Imperatoris, quæ est prima titulo De Episcopali iudicio in Cod. Theodosiano, referaturque à Gratiano in Cap. Quicunque, & Cap. seq. causâ 11. q. 1. Neque hanc Pontifici auctoritatem negavit Philippus Rex, cum & ipse ad eundem Pontificem provocaverit, teste Emilio rerum Francicarum scriptore lib. 6. & Spondano ad annum 1203.

67. Confirmatur solidissima hæc argumentatio, Primam Cleri Gallicani superius positam propositionem conferendo cum illâ, quam in Archiepiscoporum Bituricensis, Stunitani, Turonensis, Rothomagensis, Lenonensis, Belvacensis, Cathalaunensis, Laudunensis, Parisiensis, Novionensis, Carnoensis, Constantiensis, Andegavensis, Pictaviensis, Meldensis, Cameracensis, sancti Flori, Briocensis, Cabilonensis, & Eduensis conventu coram Rege Philippo Parisijs coadunato anno Domini 1329. proposuit Petrus de Cuguerijs dicti Domini Regis Consiliarius sub hac forma: De iure communi, cognitio causarum, que tangunt realitatem, sive sint in possessione, sive in proprietate, pertinet ad jurisdictionem temporalem: & Officiales Prælatorum impediendo jurisdictionem temporalem, nituntur sibi attribuire cognitionem causarum realium specialiter super positione, & super omnibus interditiis.

68. Pro quâ proinde propositione firmandâ, dictus de Cuguerijs contendebat, spirituales & temporalem jurisdictionem, esse disparatas, neque hanc illi subordinatam existere, in probationis subsidium assumptâ tum Christi Domini sententiâ Matth. 22. capite iubentis: Reddite, que sunt Cæsaris, Cæsari, & que sunt Dei, Deo. Quasi per istum sacrum textum esset facta divisio jurisdictionis spiritualis ac temporalis: tum ex eisdem Domini nostri Lucæ 22. effato respondentis Petro: sufficere duos gladios, ac si per hos intelligenda esset duplex ea jurisdictio dispar, & quoad subjectum separata. Unde concludebat, Sacerdotium & Imperium eatenus distingui, ut istud rebus humanis, illud verò Divinis rebus præflet, Verùm

69. Verum e contrario Bertrandus Cardinalis Episcopus Eduensis nomine totius Cleri, seu Episcoporum & Archiepiscoporum Conventus, respondebat primo ex Veteris Testamenti tabulis præter alios sacros textus allegando decimum septimum Deuteronomij caput, ubi sic habetur: Si difficile & ambiguum apud te iudicium perpexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, & venies ad sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quere ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, sequere eorum sententiam, qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio & decreto iudicis, morietur homo ille. Ecce igitur (subinfert Cardinalis ille) quam manifestè dicat sacra Scriptura, quod ad Sacerdotem pertinebat, iudicare non solum inter lepram & lepram, quantum ad Cærimonialia, & irregularitates legis; sed inter sanguinem & sanguinem, quantum ad Criminalia, & inter causam & causam, quantum ad Civilia.

70. Secundò idem Cardinalis ex Novo Testamento probabat, à Christo iudiciariæ suæ potestatis quandam participationem factam esse Petro, utpote constituto suo in terris Vicario, qui proinde Act. 5. Ananiam & Saphiram pro crimine furti, & mendacij iudicialiter condemnavit: sicut etiam Paulus 1. Corinth. 5. convictum fornicatorem iudicavit; superadditque, videri evinci ex Matthæi 18. capite, quod Christus voluerit, tale iudicium esse penes Ecclesiam, ita sanciendo: Si correptus à fratre, alijs quoque duobus, vel tribus in subsidium adhibitis, se non emendaverit, denuntiandum esse Ecclesie, & si hanc non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus: Amen dico vobis, adiciens, quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumque solveritis super terram, erit solutum & in caelis. Ecce igitur (concludit idem Cardinalis) quam expressè vult Christus, quod in omni re, in qua est peccatum unius adversus alterum, si ille, qui deliquerit, monitus charitative, non emendaverit, debeat negotium ad iudicium Ecclesie referri, quam Ecclesiam, si non audierit, debeat vitari sicut Ethnicus & publicanus, id est, sicut ab Ecclesia excommunicatus.

71. Ex illa porro universalitate potestatis solvendi & ligandi ad quæcumque super terram se extendentis, pergit Bertrandus inferre, nihil esse, in quo Ecclesia non possit ligare & solvere. Et ideo, quando Petrus de Cugerijs contendebat, sub duobus gladijs, quos sufficere, aiebat Christus Lucæ 22. intelligi duas iurisdictiones spirituales scilicet ac temporalem, consultò monet prætactus Cardinalis, oportere, ut animadvertatur, Christum voluisse, quod illi duo gladij essent penes Petrum, & Apostolos. Quia proinde illi duo gladij significabant duplicem potestatem, nempe spirituales ac temporalem, consequenter (inferebat is Episcopus) voluisse Christum, ut utraque illa potestas sit penes Ecclesiam.

72. Tertio intentum hoc probabat idem Cardinalis ex Paulo 1. Corinth. 6. ubi Apostolus

hic tale fecerat argumentum: An nescitis, quomodo Sancti de hoc mundo iudicabunt, & si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, ut de minimis iudicetis? An nescitis, quoniam Angelos iudicabimus, quantum magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, si qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.

73. Hisee igitur probationibus ex Jure Divino præsuppositis, pergit idem Bertrandus ex Jure quoque nature sequens adferre argumentum. Nempe ex sacris Litteris extra dubium est, quin cognitio de peccato ad personas Ecclesiasticas pertineat non in interno duntaxat tribunali penitentiali, sed in foro etiam externo. Cum igitur litigia circa causas etiam temporales non eveniant, sine alterius partis peccato, sive hujus saltem discrimine, manifestè sequitur, quod Ecclesia possit se ingerere; uti satis deducitur ex Cap. Novit. De iudicis.

74. Ad stipulatur etiam Jus Civile, dicit enim lex Sitamen. 6. Col. Vt differ. iudices. si iudex laicus fuerit suspectus, adiungendum ei esse Episcopum civitatis, si autem fuerit negligens, totum iudicium ad Episcopum referri. Præterea Theodosius Imperator talem condidit legem. Quicumque litem habens, sive petitor, sive Actor, sive cum pejeratur, sive cum inceperit perjury sententia, si iudicium elegerit sacrosanctæ sedis Antistitis, illud sine aliqua dubitatione cesset, si alia pars resistatur, ad Episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Quam legem postea Carolus Magnus, qui erat Rex Franciæ, confirmavit in Cap. Quicumque. 11. q. 1. Volumus, inquit, ac præcipimus, ut omnes nostræ ditroni subiecti tam Romani, quam Franci, cæterique nobis subiecti, sive vinculo legis videantur obstricti, sive consuetudinario more connexi, hanc sententiam perpetuâ lege teneant, ut, quicumque litem habent &c. juxta dicta superius in lege Theodolij.

75. Hoc ipsum patet etiam de Jure Canonico per infinita Capitula 22. dist. item per Cap. Omnes Patriarchæ. 2. q. 5. Cap. Si quis Presbyter. 11. q. 1. Cap. Ecce extra. De iudicis. Cap. Novit. De foro compet. &c. & in multis alijs: imò in tantum procedunt jura Canonica, quod quicumque talem iurisdictionem habentem de consuetudine nitur impedire, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat. Cap. Quoniam ut intelleximus. De immunit. Eccles. lib. 6.

76. Id ipsum patet etiam de consuetudine notoriâ & approbatâ, & tanto tempore observatâ: quod memoria in contrarium non existat & temporibus Regum Christianorum & sanctorum. Talem autem consuetudinem violare, sacrilegium est. Cap. 11. q. 1. tit. 1. Consuetudo autem secundum jura dat iurisdictionem, maxime personæ capaci: imò consuetudo, de cujus contrario memoria non est, habetur loco constituti juris inter omnes personas, & multò magis pro Ecclesia. Extra. De præscriptionibus. Capit. Episcopus. in fine libri sexti. Cum ergo Ecclesia Gallicana (Bertrando communi Galliæ Episcoporum & Archiepiscoporum nomine sic perorante & concludente) consueverit, inter Laicos cognosce, e in actionibus personalibus, & etiam in realibus alicujus Ecclesiæ, patet: quod consuetudo potuit



uit sibi dare illam jurisdictionem.

77. Quæ consuetudo (ita pergente eodem Cardinale) ex eo etiam confirmatur, quia fuit in contradictorio iudicio obtenta. Frequenter enim, reclamantibus Baronibus, responsione Prælatorum obtentâ, fuit per prædecessores Reges Franciæ consuetudo ejusmodi firmata Ecclesiæ, & pacificè obtenta per Ecclesiâ: quæ adhuc potest hoc sibi vindicare per præscriptionem: ad hanc enim non nisi tria requiruntur, titulus nimirum, bona fides, & continuatio temporis. Certum est autem, quod Ecclesiâ justum titulum habuit, sicuti est privilegium concessum à Theodosio Imperatore, & confirmatum à Carolo Magno mandante id inviolabiliter observari: habuit quoque titulum ex jure Divino, naturali, & humano, sicut superius est expressum & allegatum: habuit etiam bonam fidem, cui noscitur tot, & tam clari tituli suffragari: convenit denique continuatio temporis, & tanti, quod sufficit ad præscriptionem etiam contra Fiscum: non enim fuit continuatio solum centum annorum, imò etiam sexcentorum & ultra.

78. Huic Bertrandi anno 1329. nomine totius Cleri Gallicani coram Rege editæ demonstrationi tum juri Divino & positivo & naturali, tum Canonico ac Civili, tum consuetudine & præscriptione etiam sexcentenariâ innitenti, si superaddatur, quod postmodum anno 1615. universi iterum Ecclesiastici Ordinis nomine, adhiulante quoque Nobilitatis Ordine, adversus populariū Magistratum Ordinem petorando, æquè firmis argumentis corroboravit Perconius supra adductus, meritò sibi condoleat modernus Clerus Gallicanus, quod in novissimo sub annum 1682. Parisiis celebrato Conventu suo, Ecclesiæ Gallicanæ libertates, jura & privilegia uno quasi ictu peremerit, negando Ecclesiæ super causis civilibus & temporalibus ullam esse à Deo traditam potestatem, nisi fortè huic suæ propositioni eam adhibuerit moderationem, per quam suorum Antecessorum, imò ipsorum etiam Franciæ Regum Christianissimorum pro Ecclesiâ Dei, ejusque libertatibus, juribus, ac privilegijs antiquis seu conservandis, seu innovandis sanctus zelus reforescere valeat.

#### ARGUMENTUM II.

Petitum ex Cap. Licet. De votis. in 6.

79. Auctor Regalis Sacerdotij argumentatur 2. ex præcitata Decretali ejusdem Pontificis Innocentij III. ad Andream Ungariæ Ducem Regis Ungariæ filium rescriptâ sub hoc tenore: *Accepimus, quod, cum Rex Hungariæ pater tuus agens in extremis votum, quod voverat Domino, Hierosolymitanam provinciam in forti manu, humili corde visitare, sub interminatione maledictionis commiserit tuæ fidei exequendum, & tu assumpto Crucis signaculo, te adimpleturum sind dilatione qualibet promissisti. Verum eodem patre tuo sublato de medio, cum Hierosolymitanum hoc iter te arripere simulasses, assumptæ peregrinationis oblitus, quoniam contra inimicos Crucis divi-*

gere debueras, in fratrem tuum, & Regnum Hungariæ convertisti aciem bellorum, & multa contra serenitatem Regiam, malignorum ulus consilio commisisti. Nos autem, quos diebus istis ad Pontificatus officium, licet immeritos, Dominus evocaverit, tam paci Regni Hungariæ, quam tuæ volentes utilitati consulere, Nobilitatem tuam rogamus, & monemus, & exhortamur in Domino, ac per Apostolicam Sedem mandamus, quatenus postpositis cæteris sollicitudinibus, usque ad festum Exaltationis sanctæ Crucis debitum acceptæ Crucis exsolvens, propositum iter arripas, & humiliter prosequaris, ne, si onus à patre tibi injunctum, & à te spontè susceptum, occasione qualibet detrectaveris, paternâ te reddas successionem indignum, & hereditatis emolumento priveris, cuius recusaveris onera supportare, sciturus ex tunc anathematis vinculo te subjacere, & jure, quod tibi, si dictus Rex sine prole decederet, in Regno Hungariæ competeat ordine genitura, privandum, & Regnum ipsius ad minorem fratrem tuum appellatione postpositâ, devolvendum.

Super quo sacro Canone præallegatus Regalis Sacerdotij Auctor animadvertendum proponit, suam in Reges auctoritatem iterum exercuisse Innocentium in tantum, ut non factis habuerit, spirituales pœnas denunciare, quas plerumque Principes haud magni faciunt, sed temporales adjunxerit, quæ plus doloris habent, Regni videlicet privationem, cum enim de bello sacro ageretur, inferendâ que Catholicâ fide terris à barbaro usurpatis, tanti hanc rem momenti viliam esse, ut posset à Vicario Christi quâvis honestâ ratione urgeri.

Confirmatur ea argumentatio singulariter adhuc animadvertendo, qualiter præfatus Pontifex Evangelicæ correctionis partes adimpleverit, in primis fratris assumendo personam, rogans, posteaque exhortans in Domino, indeque, si neque fraternâ illa admonitio quasi privata, neque lesior, Domino in testem quasi invocato, exhortatio proficeret, Ecclesiæ, seu Apostolicæ Sedis mandatû adhibens. In quo aded Apostolico mandato sub conditione recusandæ partitionis, intentabat etiam anathematis vinculum, unâ cum comminatione privandi inobedientem jure hereditatis paternæ, & in Hungariæ Regno successionis. De qua proinde posteriori comminatione dubitare quis posset, quomodo subsisterit in viâ correctionis Evangelicæ, eò quod Christus Matthæi 18. illam sanctæ Ecclesiæ concessam virgam correctionis videatur eo circumscriptis limite, ut, qui Ecclesiâ non audierit, instar Ethnicæ & publicani habendus sit, nullâ ulteriori ad pœnas temporales, seu Regni privationem, procedendi auctoritatis mentione factâ?

#### CONCLUSIO.

EX sacris Canonibus Cap. Novit. 13. De 84. *judicys. & Cap. Licet. 6. De votis. efficaciter demonstratur Pontificia super Reges auctoritas.*

Explicatur. Si expendatur textus Canonis

nicus

nicus dicti Cap. Novit. clarè patet, Pontificiæ super Reges potestatis fundamentum reduci in virgam correctoriam Matth. 18. Ecclesiæ concessam erga universos illos, qui sunt in unitate Ecclesiæ coadunati Fratres, quales utique sunt universi Reges Christiani. Hæc autem virga correctoria ex aperto Christi verbo protenditur indefinitè super correptione quorumvis peccatorum, Laicæ adeo potestati quoque subjectarum causarum Criminalium ac Civilium, in quantum important aliquam à regno cælorum seu privatam, seu publicam etiam Religioni infestam deviationem. Ex hujus igitur virgæ correctoriæ autoritate Summus Pontifex ad universæ Ecclesiæ regimen Divinâ dispositione vocatus, jure Divino procedit ad quemlibet, adeoque Regem etiam, si Christianus sit, distinctione Ecclesiastica coercendum: sicque adeo Innocentius III. in ea Decretali, ex ipsissimo illo sacre Scripturæ fundamento sic concludit: *Licet hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, præcipue tamen id se posse, cum contra pacem peccatur, quæ est vinculum charitatis.* Quamvis quidem igitur ista conclusio ex sacris Litteris non privato Doctoris alicujus sensu, sed Pontificiæ autoritatis sanctione habeatur deducta & definita, quid ni dixeris, hæc Oecumenicæ supra fidei petram fundatâ autoritate super Ecclesiæ candelabrum esse positam illam de Ecclesiastica ad universos Christianos, atque adeo Reges etiam protensâ virgâ correctoriâ & coercitivâ?

Sed dicit fortassis nonnemo, videri huic virgæ correctoriæ esse solummodo locum pro calu evidenti peccati, non autem pro casu, quo agitur causa seu civilis, seu criminalis ad Magistratum politicum pertinens, dum nondum constat; An, & ex qua parte subsit peccati mortiferi reatus, super quo Innocentius ibidem dicit protendi suam autoritatem correctoriam?

#### PROBATIO I.

In qua fit discussio casus proximè expoliti.

83. **N**on abfimilis videtur propositioni huic, exceptionique proximè allatæ, oppositio Heideggeri Pseudoreformæ Tigurinæ Ecclesiæ publici Professoris, adversus Sessionis 13. sacri Concilij Tridentini super jurisdictione Ecclesiastica decretum, & illum Innocentij III. Canonem, Novit. protervè excipientis *Visionem quidem fuisse Innocentio III. sub virgæ correctoriæ per Christum sancitæ prætextu posse ad jurisdictionem suam omnia omnium contumacium peccata, etiam Principum & Regum controversas, seu quatenus in illis peccatis quadam conspectiva est ratio, revocari, adeoque hæc rationem immensam in omnes Christianos potestatem coercitivam fundari.* Sed huic Innocentianæ probationi Navarrum in Cap. Novit. De judicijs notat. 6. n. 55. multa opposuisse, ac præcipue hoc 3. quod inde forum maxima oriretur confusio, cum tamen nemo extra forum suum sit trahendus. Cum enim nulla sit fori politici causa, quæ non con-

84. tineat injustitiam, seu formalitatem peccatis patere sanè, à foro politico nullam non causam ad forum Ecclesiasticum sic trahi posse.

Verùm Author Inextinctæ sacri Concilij veritatis Tom. 2. Tract. 6. sect. 6. cap. 2. arg. 7. n. 6. ac seq. hanc Pseudoreformatoris spiritus exceptionem confutaturus, supponit in primis, causæ cujuscumque Civilis in controversiam tractæ statum posse ita se habere, ut neuter litigantium agnoscat superiorem judicem civilem, unus tamen liquidum habeat jus ab altero arrogatum, de cujus adeo usurpatione evidenter injustâ juxta normam sacri Evangelij absque ullo tam è emendationis fructu corripitur.

In hoc igitur statu clarè constât, locum esse mandato Christi Matth. 18. v. 17. jubentis, taliter correptum deferre ad Ecclesiam, cui in tantum fas sit, proferre judicium ac censuram, ut, si alteruter eam non audierit, Ethnicus instar, ac publicanus sit habendus. Quamvis proinde in tali statu fas non esset Ecclesiæ, sive ejus supremo Capiti Oecumenico, Directè cognoscere de jure Civilis potestati subjecto, attamen ex sacro Evangelio clarum est, Ecclesiæ incumbere, sententiam ferre de peccato, atque adeo indirectè cognoscere de jure, quatenus hujus notitia requiritur ad discernendam peccati formalitatem, sub qua ex præfacto Christi mandato ea causa trahitur ad judicium ac censuram Ecclesiæ.

85. Quod si equidem clarum, ac liquidum non sit inter litigantes, ex qua parte sit causæ iniquitas, dum tamen clarum est, oportere, ut ex una parte deficiat æqui & justis ratio, tunc in statu publici imminenti scandali, Ecclesiæ habenti à Christo sibi demandatam virgam correctoriam, incumbet, prudenter prospicere, & indagare, ex qua parte adhibenda sit correctio: sicque adeo per indirectum, ac ex consequenti incumbet Oecumenico Ecclesiæ Capiti, indagare, ac judicium facere super statu causæ alioquin Civilis, ut correctionis à Christo præceptæ virga ex æquo & justo valeat applicari. Atque hoc est, ad quod collimat Innocentij III. Decretum in Cap. Novit. de judic. circa finem. demandantis Archiepiscopo Bituricensi, ut de pleno cognoscat controversiæ inter Galliæ & Angliæ Reges versantæ causam, & utrùm justis sit hujus querimonia ad Ecclesiam, seu Papam delata, sicque compertâ ejus justitiâ, juxta formam sibi à Pontifice datam procedere non omittat.

86. Sed quâ fronte ausus est ille Pseudoreformationis minister inducere Navarrum, ac si in cit. Cap. Novit. annot. 6. n. 55. ei Innocentij III. ex sacris tamen Litteris desumptæ probationi ausus esset multa opponere argumenta? Hic equidem Author, postquam ibid. notat. 5. pluribus argumentis comprobaverat illud Innocentij III. rescriptum, postea notat. 6. adducit nonnullas oppositiones, mox tamen easdem sequenti dissolvit ratione. *Attor, iniquiens, convenire quidem potest hoc modo reus indirectè coram Ecclesiastico giudice super quocunque peccato lethali, & iudex ipse de illo cognoscere, in si reus excipiat, Reus autem excipere potest.*

non quidem, quod Index Ecclesiasticus non est competens ad cognoscendam causam tali modo (sub formalitate nempe peccati Ecclesiastica censura subiecti) propositam: sed quod actor malitiose dolo ac fraude videtur eum trahere ad forum Ecclesiasticum, emisso seculari, cuius iudicio se ait, paratum esse stare. Et hanc exceptionem admittere tenebitur Ecclesiasticus, eo quod sacrosancta Mater Ecclesia fraudem & dolum plurimum odit, non vult videri arrogans, quippe quae simplex columba est, & simplicitatem columbae cum suo sponso laudat, nec est alieni usurpatrix, nec vexare illum cupit, omnes levare desiderat. At qui potest directe convenire Laicum Christianum coram Laico iudice, super aliquo tanquam civem & hominem, & sperat, vel sperare debet, jus suum sibi ab eo reddendum, & convenit indirec[t]e illum coram Ecclesiastico, merito videtur potius simulare se querere, quam verè velle ea, quae sunt Christi, scilicet ut conventum poenitentiae peccati, quo mortuus jacet, & satisfactione conveniente, Deo fiat gratus. Videtur (inquam) hoc simulare, cum potius credatur velle principaliter suam satisfactionem: & ita merito praesumitur id facere animo fraudandi potestatem laicam, aut reum artibus exquisitis vexandi. Et si Ecclesia non admitteret eiusmodi exceptionem, arrogans videretur, & alieni cupida, & potius velle quærere potentiam, quam facere iustitiam. Et ideo merito non admittit talem actorem, cum tamen admittat alios, qui destituti remedio in foro seculari, ad Ecclesiasticum recurrunt. Quâ ratione illa Hostiensis, & Ioannis Andreae, à quibus nemo recedit, antiqua doctrina defenditur, quam etiam satis sensisse videtur Innocentius. Atque hæc Navarri cautela videtur prorsus consentanea dictæ Decretali Novit in cuius initio protestatur Innocentius, nolle se jurisdictionem Regis Francorum super causa feudali perturbare, aut minuere, seu impedire, sed virgam Evangelicam à Christo sibi demandatam correctionis, quatenus opus sit, cum summariâ suo delegato commissâ causâ cognitione, exercere.

87. Quo taliter constituto, hunc in modum licet Theologicè argumentari. Inter moralia jure naturali conspicua axiomata numeratur istud quoque principium, ubique receptum: Cuiuslibet Magistratus esse, potestatem suam judicariam extendere super omni causâ, fori sui limitibus contentâ, in quâ scilicet reperitur moralis quædam ratio, seu moralitatis ad publicum iudicium spectantis formalitatis, iudicariæ cuique Magistratus competentis potestatis sphaeram circumscribens. At ex fide certò constat, à Christo Domino fuisse Matthæi 18. Ecclesie concessam virgam correctoriam, atque huius potestatem eousque progredi, ut, qui Ecclesiam non audierit, instar Ethnici habendus sit, communione adeo Fidelium privandus.

88. Ex eadem insuper sanctâ fide per aperta Christi verba apertò liquet, eam virgam correctoriam extendi indefinitè super peccato, atque adeo super omni peccati genere. At verò ex sacro contextu rursus manifestum est, illam super omni peccato protensam correctoriam virgam reduci in potestatem ligandi & solvendi indefinitam, protensam ad

quodeunque super terram, velut ipsemet Christus hanc potestatem ligandi & solvendi in subsequenti mox versu contextit cum illa virga correctoria. Hæc verò potestas ligandi & solvendi quodeunque super terram, eo Matth. 18. capite ita referebatur ad Apostolos, ut Matth. 16. sub pari ad quodeunque super terram extensione fuerit soli Petro, cum ordine ad perpetuum Ecclesie statum, adeoque ejus successoris promissa, & postmodum Joannis 21. cum Pastoralis Oecumenico munere actualiter collata. Ex hisce igitur fidei principijs cum illo naturali naturaliter conspicuo principio collatis, certò inferitur, illam Ecclesie concessam virgam correctoriam super omni peccato protensam, subsistere etiam penes Petri successorem, Romanum Pontificem.

89. Atque hæc virgæ correctoria super omni peccato extensio in regni calorum clavibus Petro, ejusque Successori demandatis comprehensa, juxta Christi verba Matth. 16. exarata, fundatur in debita omnimodi actûs moralis ad regnum calorum ordinabilitate, cuius deviationem, ex quo moralitatis in homine linea ad supernaturalem statum est elevata, involvit jam omne, præcipuè mortale peccatum. Hæc verò moralitatis ad statum supernaturalem elevata in regnum calorum ac salutem æternam ordinabilitas, in vi indefinitæ clavium auctoritatis observanda incumbit Oecumenico Ecclesie Pastori, non eo duntaxat casu, quo ejus deviatio per peccatum actualiter commissum jam est facta, sed vel maximè ad prospiciendum, ne tales à supernaturalis status sine committantur deviationes; veluti hoc evincunt Christi verba Joannis 21. pascendi munus erga cunctas oves suas Petro, ejusque successoris committentis: hoc enim seu pascendi, seu gubernandi officium malè administraretur, si pastor ovibus primùm post patrata peccata, non verò antecederet, maximè ubi imminet peccati periculum, providere veller. At verò in plerisque causis etiam Civilibus, quando duo inter se altercantur, præcipuè dum nullum (veluti Reges) supra se in foro politico agnoscunt superiorem, & hinc per viam facti, vel ex proprio arbitrio procedere affectant, non potest non evidenter imminere periculum peccati, quamquam evidens non sit, ex qua parte stet injustitia, quamdiu hoc ex publicâ auctoritate non fuerit decisum. Ex debito igitur peccati imminenti periculum manifestum averrendi, secundum fidei de Ecclesie clavibus Petro, ejusque Successori commissis nos edocentis, certissima principia, incumbit illi ipsi, qui ex muneris Pastoralis Oecumenici super omnes Christi oves, ipsosque adeo Reges Christianos protensi officio, prospicere debet adversus quodeunque non patratum duntaxat, sed de futuro moraliter certò patrandum peccatum. Est autem evidenter conspicuum, pro tali casu provideri haud posse ab Oecumenico Christi ovium Pastore, nisi huic sit autoritas decisoria altercationis inter Reges exortæ, cum certo ac evidenti peccati ex alteratâ saltem parte seu jam incurri, seu incurrendi discrimine. Com-

binando

binando igitur fidei principia cum *moralibus* naturali lumine indubitatis principijs, secundum sacram Theologiam redditur omnino consequens, Oecumenico Christi ovium Pastori esse potestatem etiam judicialiter & auctoritative decisoriam causarum quoque *Civilium*, inter ipsos etiam Reges controversarum, ubi intervenit vel peccatum, vel manifestum saltem, ac *moraliter* certum peccati periculum. Quæ proinde judiciaria in tali casu Oecumenici Pastoralis à Christo instituti muneris potestas continetur clavibus regni cælorum, indefinitaque quodcumque super terram solvendi & ligandi autoritate.

90. Quam igitur autoritatem in Petri successore fuisse agnitam à Theodosio & Carolo Magno Imperatoribus in *præcitato* Cap. Novit. De *judicijs*, asseruit Innocentius III. *Nec sic*, inquit, illud *humilimum* omittamus, quod Theodosius statuit Imperator, & Carolus innovavit, de cuius genere Rex ipse noscitur descendisse, quicumque videlicet litem habens sive petitor fuerit, sive reus, sive initio litis, vel decursu temporum curricularis, sive cum negotium peroratur, sive cum jam coperit promi sententia, si iudicium elegerit sacrosanctæ Sedis Amisitit, illud sine aliqua dubitatione (etiamsi pars alia refragetur) ad Episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Hinc ergo Gallicanus Clerus merito studeat, supparem Carolo Magno, qui in moderno Christianissimo Rege inter Magnos Galliarum Reges jure extollendo, videtur cum sanctæ Religionis, ac fidei sancto zelo revixisse ac restoruisse) Oecumenicæ super causas etiam *Civiles* sub peccati, quæ cum supernaturalis statûs sine saltem, pugnantis formalitate protensæ, Summi Pontificis autoritatis, observantiam religiosam non tantum non extinguere, sed fovere & conservare.

#### PROBATIO II.

Dèsumpta ex Cap. Licet. De votis. ejusque cum præadducto Cap. Novit. combinatione.

91. Hæc inprimis revocatur illa *præced. n. 81.* circa cap. Licet. De votis insinuata difficultas, Quomodo scilicet Ecclesiæ correctoria virga ex Christi Domini verbis eo circumscripta limite, ut videatur terminata, ubi Ecclesiam non audiens, declaratus fuerit dignus haberi instar Ethnicis, communionem adeo fidelium privatus; extendi valeat ad penas quoque temporales, regni præcipue ceteri hereditatis paternæ privationem? Hæc proinde difficultas videri posset jam soluta ex principijs superius consolidatis. Nihilominus ad majorem rei hujus firmitatem, sequens adhuc deducitur probatio. Inprimis ex *præcitato* Cap. Novit in ejusdem sine constat, Innocentium III. postremo hoc punctum reduxisse ad suæ super causis *Civilibus*, peccato interveniente, potestatis fundamentum: Cùm nempe inter Reges ipsos reformata fuerint pacis fœdera, & utrinque præstito juramento firmata: quæ tamen usque ad tempus prætaxatum servata non fuerint, sibi utique fas esse, de juramenti religione cognoscere, hoc namque citra omne dubium pertinere ad iudicium Ecclesiæ, ut rupta pacis fœdera reformentur. Ex quo

proinde principio hunc in modum argumentari licet. Ex ipso equidem naturali lumine eatenus subsistit jurisjurandi religio, ex naturali super nos signato lumine nos inducens, ac præpollens, ad Deum, ex quo facta sunt omnia, cognoscendum, ac sub juramento præcipue reverendum in tantum, ut, licet homo esset in statu puræ naturæ, perjurium tamen importaret rationem sacrilegij, intrâ honestatis *moralis* naturalem lineam graviter peccaminosi. Hæc autem rota moralitati naturali repugnans sacrilegij in perjurio malitia peccaminosa, unâ cum jurisjurandi secundum lumen naturæ nobis cognitâ religione, etiamnum subsistit, quantumvis homo sit jam elevatus ad statum supernaturalem. In vi autem hujus ad supernaturalem in fide radicatum statum elevationis, unâ cum opposito sacrilegij reatu, subijci iudicio Ecclesiæ. Pari ergo ratione, ubicumque reperitur malitia Divini honoris, secundum religionis jam supernaturalizata transcendentalem latentem exigentiam, debitæ obsequiæ repugnans, dicendum est: sub tali formalitate, quæcumque peccatum, atque adeo causam quamcumque hæc formalitate vestitam, pertinere ad iudicium Ecclesiæ. At violatio voti non tantum quoad illam transcendentalem, sed etiam quoad specificam religionis supernaturalizata rationem evidenter importat formalem cum hac repugnantiam. Quandoquidem igitur Hungariæ Regis filius reus fuerit violati voti, proficiscendi ad terram sacram Hierosolomytanam cum manu forti, ac militari, merito Innocentius III. causam ejusmodi traxit ad iudicium sanctæ Ecclesiæ. At cujusque iudicij in cognoscendis & puniendis delictis autoritas publica secundum ipsum etiam supernaturale lumen extenditur ad omne genus pœnæ ipsius foro subjectæ, atque delicto proportionatæ. Eo ipso autem, cum Christus quodcumque super terram, quæ in regnum cælorum ordinabile subjecerit clavibus Ecclesiæ, indefinitaque ejusdem Oecumenico Pastori Petri successori concessæ ligandi & solvendi potestati, oportet, sub hac ordinabilitate regna, & quævis temporalia, nempe quæ in regnum cælorum Divinitus ordinata, subijci prætaxatæ Oecumenicæ autoritatis clavibus Apostolicis. At quia Dux præinsinuatus Regis Hungariæ filius in se suscepit patris votum de Hierosolomytanâ provinciâ in manu forti visitandâ, atque adeo ad hoc sub paternæ maledictionis interminatione fidei suæ commissum se obstrinxit, assumpto Crucis signaculo, ideo non sub illa generalis duntaxat formalitate debitæ ad regnum cælorum ordinabilitatis, sed sub specificâ voti ejusmodi ratione, eatenus obstringebatur, ut maledictionis paternæ reatum contraxerit, sub voti sui violatione. Hic verò maledictionis paternæ reatus utique importabat aliquam seu condignitatem, seu condignitatis cujuspiam decentiam, ut per autoritatem publicæ, cui talis reatus specificè subijciebatur, iudiciariæ potestatis merito privaretur paternâ hære-

hereditate, atque hinc, si ad ipsum devolve-  
retur, Regni suc. effione. Quia igitur natura  
quoque lumine notum est, tribunalis cuius-  
cunque judicariam potestatem protendi super  
omnem causam, fori sui sphaera circumscripta,  
lib. que adeo subjectam, nec non poe-  
nam tum foro ejusmodi, tum delicto ad id  
spectanti proportionatam. Quia insuper ex  
fidei principijs notum est, illam voti violatio-  
nem cum poena eidem proportionata subijci  
Oecumenica a quodcumque super terram li-  
gandi, & solvendi protensa potestati, per ar-  
gumentum Theologicam sub Oecumenica au-  
thoritatis sanctione super Ecclesiae candelabrum  
positum, evincitur prorsus manentem, in vi  
juris Divinitus sancti, Innocentium III. in ca-  
su Canonis Licet. 6. De votis, iuste procedere  
potuisse ad hereditatis paternae, Regni que  
privationem comminatorie indicendam.

## §. IV.

## Referuntur nostratis sententiae

argumenta desumpta ex Cap. Venerabilem.  
34 De elect. & ex Clementina unica. De  
jurejurando.

## ARGUMENTUM I.

Petitum ex Imperij Occidentalis in Francos  
per Pontificiam auctoritatem facta  
translatione.

22. ARGUMENTARI licet i. in medium profe-  
rendo, quae ad utriusque illius Canonicae  
sanctionis intelligentiam ab Authore Regalis  
Sacerdotij praes. lib. 1. §. 5. contexta est lumina  
hanc in rem historia. Is igitur Au-  
thor ibi num. 1. ostendit in primis, Imperium  
Orientem simul ac Occidentem olim  
complectens, fuisse in filios divisum a Con-  
stantino Magno, Occidentem assignante Con-  
stantino juniore, & Constanti: Orientem  
verò Constantio, quod bipartitum Imperium  
durabat usque ad annum 476. quo Eru-  
li, Gothique Italiae dominari coeperunt, a  
Belisario, & Narsese postmodum devicti, ex-  
pulsique sub Imperatore Justiniano, utrumque  
Orientis scilicet & Occidentis, Imperium rur-  
sus conjungente, usque dum Alboinus Lon-  
gobardorum ex Pannonia excitorum Rex I-  
talia subegit, ex quorum Ecclesiae infensa  
hostilitate, permotus Gregorius Papa, Martel-  
lum Francorum Regem in subsidium vocat;  
veluti n. 2. dicti Summarij habetur, una cum A-  
ctis Concilij Romani ab eodem Gregorio con-  
vocati adversus Imperatorem Leonem Isauri-  
cum ejusdem Synodi auctoritate condemna-  
tum haereticum, dirisque adeo percussum, om-  
nique tributo, quod populus pendebat, Gre-  
gorij, Romanum consulatum Martello defe-  
rentis, sententia privatum, eidem tamen Sum-  
mo Pontifici reconciliatum. Anno dein 729.  
Luitprandus Longobardorum Rex rursus in-  
festare coepit Romanam Ecclesiam, Gregorio  
III. proinde anno 740. iterum iterumque in  
subsidium vocante dictum Martellum Franco-

rum Regem, sed fatis mox defunctum. In  
tertio praedicti Summarij numero edocemur, qua-  
liter extincto Martello, Regnum Franciae  
Childerico inter oria & voluptates marcenti  
ademptum, auctoritate Zachariae Pontificis an-  
no 751. fuerit concessum Pipino, adversus  
Longobardorum iteratas molestaciones, im-  
plorato in auxilium anno 753. dum ex Co-  
pronimo Imperatore nullum aliud bellum,  
quum cum sanctis imaginibus agitante, nulla  
subsidij spes lupereffet. Unde prout in dicti  
Summarij num. 4. enarratur. evenit, ut Step-  
hanus Papa III. jus Regium Pipino anno 754.  
confirmavit, & tradita sibi a Deo potestate,  
Franciae Proceres juramento adstrinxerit,  
nunquam ex alia, quam Pipini, atque adeo  
Carolina stirpe Reges a te admissum iri. Pi-  
pinus exinde dicto anno Aistulpho Longo-  
bardorum Rege victo, Italiae pacem relinquit,  
sed Aistulpho pactorum fidei ac juramenti  
inmemore, seque in Pontificem denuo ar-  
mante, Pipinus denuo in Italiam cum exerci-  
tu progressus anno 755. victor evadens,  
Ravennam Exarchatum, aliasque civitates om-  
nes, Ariminum, Pisaurum, Anconam, Auxi-  
mum, Urbinum, Rhegium, Mantuam, Duci-  
tus Spoletanum, & Beneventanum in pote-  
statem suam redegit, ac Romanae Ecclesiae do-  
no dedit, confutatis Copronymi, eas civitates  
Imperio vindicare nitentis, postulationibus.

Hinc Pipino demortuo succedit Carolus  
Magnus dictus, qui (uti in Regalis Sacerdotij  
Summario num. 5. describitur) una cum Ca-  
rolomanno successit, ac anno exinde 771. to-  
tius Regni Franciae regimine ex Episcoporum,  
atque Optimatum decreto positus, indeque  
ab Hadriano Papa III. contra Desiderium  
Longobardorum Regem vocatus in auxi-  
lium, hunc prostravit, Copronymo Impera-  
tore Constantinopoli in delictis otium transi-  
gente, quousque ab Aldagiso Desiderij filio  
Clavis Graecae in Italiam prorupit. Quibus  
tamen fortuna, & virtute Caroli devictis an-  
no 778. Aldagisus fuit interemptus, & ita ul-  
tima Regni Longobardorum favilla in ipso  
micandi conatu penitus extincta fuerunt, bel-  
luque hinc in Graecos est aversum, dum etiam  
fides de Caroli filia cum Imperatore Constantino  
copulanda, eidem Regi violata fuerat.

Exinde anno Christi 800. uti praedictum  
Summarium num. 6. exponit, Carolus non  
tam Leonis Papae III., quam Christi injurias  
vindicturus, Romam veniens, rebus feliciter  
compositis, a praefato Summo Pontifice Occi-  
dentis Imperator Augustus constituitur ob  
causas in dicto Summario num. 7. exaratas.  
Nempe Clodovæus morti proximus coro-  
nam auream, gemmisque distinctam, quam  
Regnum vocant, B. Petro dono miserat, quasi  
Francorum Regnum Ecclesiae defendendae op-  
pignorasset. Hincmarus in vita S. Remigij. Eos-  
dem Francos tot jam Pontifices, cum pericli-  
tabantur, appellaverant, Pelagius, Gregorius,  
Stephanus, Adrianus, Leo, felici semper even-  
tu. Pipinus bis cum exercitu in Italiam def-  
cenderat, Sedemque Romanam a Barbaris  
jam ultimè expectantem liberaverat, dona-  
tisque

tisq̄ue amplissimis patrimonijs ex serva Reginam fecerat. Carolus ipse in præfatione ad sua capitularia inter alios titulos hunc velut maximè Regium suo nomini præfixerat: *Carolus Rex Francorum devotus S. Ecclesiæ defensor, humilissq̄ adjutor*. Et ad Episcopos Hispaniæ in litteris contra hæresin Nestorianam: *Carolus Rex Francorum & Longobardorum, Patricius Romanorum, filius, ac Defensor sacre & Romanae Ecclesiæ*. Et in testamento filijs Regibus ante omnia mandavit, ut curam, & defensionem Romani Pontificis assumerent. Verba Testamenti sunt: *Super omnia autem jubemus, ut ipsi tres fratres curam, & defensionem sancti Papæ simul suscipiant, sicut quondam ab avo nostro Carolo, & beate memoria Pipino genitore, & à nobis postea suscepta est, ut cum omni adjutorio ab hostibus defendere nitantur*. Quod testamentum, eoq̄ue contentam Regnorum inter filios divisionem Leoni III, per Eginhardum à secretis, confirmandum postea transmisit. Idem denique Carolus jam quartà vice armatus in Italia, & pro Ecclesiâ stabat, cui ergo Pontifex majori jure, majoriq̄ue merito Occidentis Imperium deferret? Accedebat jam à tempore D. Augustini vulgatum inter Patres vaticinium: *Francorum Regnum perpetuum fore, nec ante finem mundi destitutum*. Meminit hujus vaticinij D. Augustinus in libello de Antichristo tom. 9, quæ omnia, si cessarent, necessitas tamen extorquebat omni ratione major. Quis enim tum temporis Romanam Sedem, arcemq̄ Religionis contra barbaros, Græcosq̄e alius tueretur? Orientis imperium olim sub Theodosio totâ Asiâ, Africâ, & Europâ florentissimum jam barbari majori ex parte obtinebant: Bulgari videlicet, Avars, Saraceni. Vix tantis dominatis reliquias in minori Asia, Thracia, Græcia, Macedonia Imperatores Græci possidebant, & hanc ipsam tantulam partem hæreses multæ, sævæ, & cruentæq̄ue vastabant, & præsertim Iconoclastarum, quæ à Leone Isaurico nata per Constantinum Copronymum, & Leonem Armenum Imperatores ducta, plus Catholici sanguinis hausit, quàm sub Cæsaribus Ethnicis antiquæ persecutiones: nec contenta, Orientem corrupisse, per edicta & insidias Exarchorum in Occidentem & Italiam devolabat, summo Religionis discrimine. Accedebant domestica clades, discordiæq̄ue, Irene Imperatrice cum filio Constantino de Imperio pugnanter. Solus ergo, qui pullatæ tor periculis Ecclesiæ subveniret, Carolus Magnus supererat & vicinus, & potens, & pietate potentiam æquante. In hunc igitur summa rerum deposita est, præstitumq̄ue juramentum, cujus forma in libro rituum habetur, & videri potest apud Spondanum anno 1300, n. 3.

95. Quibus fusiori stylo expositis à dicto Regalis Sacerdotij Authore præf. §. 5. n. 8. post medium, sequens sit conclusio: quod nempe pateant plures actus potestatis à Summo Pontifice in Reges exercitæ. Cum nempe Gregorius II, Caroli Martelli protectionem adversus Longobardos implorat, defertq̄ue Romanum Consulatam. Cum idem Gregorius

Leoni Isaurico in Catholicos sævienti tributum à Romanis pendit solitum abrogat. Cum Zacharias à Childerico stupido in Pipinum Regem potestatem & Regnum transfert. Cum Stephanus Papa Pipino, & filijs ejus Regnum confirmat, Regniq̄ue Proceres solenni juramento adigit, nunquam se ex aliâ, quàm Pipini, id est, Carolinâ stirpe Regem admitturos. Cum Adrianus Papa agit adversus Desiderium Longobardorum Regem. Cum denique Leo III, Carolum Augustum dicit, coronâ & Imperio Occidentis dignum.

#### Objeçtio.

A Dversus istam de Imperij Occidentalis 99, in Carolum Magnum translatione, historicam enarrationem occurrit Ludovicus Maymbourg. in hist. Iconoclast. lib. 4. ad annum 800. dicens, *Carolus Magnum Imperium Occidentis, & ipsam Italiam jure belli occupasse, Romanæ verò populi Romani donatione: nec aliud à Leone Papâ, quàm coronam, hoc est, non ipsum Imperium, sed insignia tantum, nudamque ceremoniam accepisse, imò nec istam, nisi Crivium Romanorum precibus compulsam, etiam sine sine Augustum acclamantium, tunc enim, nec prius à Leone fuisse coronatum*.

#### Responsio.

H Uic namq̄ue Maymbourgi exceptioni 97, jam anticipatè occurrerat præfatus Regalis Sacerdotij Authore cit. §. 5. differendo in hunc modum: Enimverò factam esse hanc Imperij translationem autoritate Leonis III. Summi Pontificis, probat Bellarminus testimonijs triginta quinque historicorum, quorum verba describit; duodecim Imperatorum, aliorumq̄ue Principum, & septem Summorum Pontificum suffragijs, quorum testimonia eo prætextu rejici utique non possunt, quod in propria causa testati videantur: cum supremus Princeps non tantum testis, sed judex esse possit etiam in sua causa. l. un. Cod. si quis Imperatori maledixerit. leg. 54. Cod. De Decurionib. c. cum venissent. 12. De judic. & ibi Abbas n. 6. Godefred. ad c. Ne quis in sua causa. Azor p. 3. lib. 2. c. 7. q. 4. Laym. lib. 1. de consuetud. c. 5. n. 7. Estq̄ue communis sententia, posse Episcopum, vel alium Prælatum esse judicem in causa propriæ Ecclesiæ, Abbas in c. 1. De maledicis: & ipsa experientia, & praxis etiam in Gallijs recepta convincit, ubi lite circa Regiam dignitatem, & jura Coronæ ortâ, nullus alius præter Regem, aut Regis Ministros judex admittitur, ab eoq̄ue, cujus causa agitur, sententia fertur, & bellum jam indicitur: quantò id verius erit in Vicario Christi? Cum enim tribunal Vicarij sit tribunal ipsius Principis, adeo ut à Vicario ad Episcopum appellari non possit. c. 2. De consuet. in 6. cap. Romana. De appellat. in 6. Eodem modo dicendum erit, tribunal Papæ esse tribunal Christi, nec ab alio lites Pontificiæ dignitati motas, quàm ab eodem Papa finiri posse: & consequenter ejus testimonium, imò sententiam tanquam suspecti non posse recusari, quod

quod omnes etiam Praefules, & Optimates Galli confessi sunt, qui teste P. Maymbourg. in *histor. Iconoclast.* initio anni DCCC. in Senatu Romano conclamârunt: Romanum Pontificem à nullo iudicari posse, sed iudicem sibi esse.

98. Verùm ut res ista de translatione Imperij per Pontificem Romanum factâ, omni prorsus suspitione, & vel umbrâ careat, dabimus testimonia historicorum, quorum aliqui aut Galli, aut Reformatæ Religionis fuerunt, nullamque admittunt exceptionem.

Zonaras auctor Græcus Tomo 3. *Annal. in vita Constant. & Irenes:* Româ prorsus Franci positi sunt, Carolo à Leone coronato, Romanorum Imperatore appellato. Et infra: Sub Constantino & Irene, Papa Leo Francos etiam Romam admisit.

Paulus Diaconus, qui tempore Caroli Magni floruit, lib. 23. rerum Romanar. Leo, inquit, vicem Carolo recompensans, in Imperatorem coronavit eum. Observa, hanc coronationem beneficium Leonis appellari, & consequenter ejus voluntate & jussu factam.

Otto Frisingensis ad annum DCCCL. Carolus, inquit, Rex à Summo Pontifice, ablato Patricij nomine, coronatus, omni populo tunc acclamante: Carolo Augusto, à Deo coronato, Magno & Pacifico Romanorum Imperatori vita & victoria.

Abbas Urspergensis in Chronico anno DCCXCVI. Leo Papa ordinatur, hic Carolum fecit Imperatorem. Et infra; Anno DCCCL. Carolus Magnus Rex Francorum consecratus est Imperator, cum enim Natale Domini Româ celebraret, in ipsa die sacratissima ad Missarum solemniam veniens, nihil minus speranti Leo Papa coronam imposuit, & Imperatorem Romanorum pronuntiavit.

Lupoldus Bambergensis in *Proem. lib. de juribus Imperij De sacri Regni, & Romanorum juribus à tempore translationis ipsius Imperij de Græcis Imperatoribus ad Reges Francorum, & ad Germanos, per sacrosanctam Ecclesiam factæ tractatus &c.*

Ioannes Trithemius. Leo Papa III. natione Romanus, sedit annis 20. vite sanctimoniam clarissimus, Carolum cognomento & opere Magnum, ad Imperium Romanum unxit, & hanc dignitatem à Græcis in Francos transfudit.

Albertus Kranzius. Non habetur Imperator, nisi quem Romanus Pontifex confirmavit & consecravit. Domini enim est terra, & plenitudo ejus: ipse transfert Regna, & Imperia, dignissimeque ad suum Vicarium hoc sacrum ministerium delegavit.

Spondanus Gallus non tantum referens, sed etiam approbans, quæ Baronius de hac translatione scripserat (ut patet ex appendice minusculis adjectâ) ad annum DCCC. sic loquitur: Non tantum Eginhardus, aut Anastasius de collata per Leonem Romanum Pontificem dignitate Carolo M. sunt testes, sed & fatentur id ipsum Latini omnes, & Græci auctores. Quod autem ejusmodi translatio Imperij ab Oriente in Occidentem Divino consilio facta fuerit, magno Republicæ Christianæ emolumento; & Imperij Orientalis desolatio, & alia eventa satis superque demonstrant.

Horatius Tursellinus in *Epitome historiarum* Lugduni editâ, Lugduni approbatâ, & à Regio Advocato edi permittâ: Pontifex, inquit, illustra in Ecclesiam Romanam Caroli merita remunerans, cum Imperatorem appellat, tutelâ Ecclesiæ tradidit. Ita Romanum Imperium ob desitutum à Græco Imperatore Ecclesiæ patrocinium, pervenit ad Francos.

Ioannes Cluverus homo Reformatæ, ut vocant, Religionis, eoque, ut ex toto historiarum contextu patet, Pontifici infestus, ad annum DCCCLIC. Leo III. inquit, Hadriano Pontifici successor datus, populum in Caroli verba adigit, vexillo Romane Urbis ad ipsum transmissio: ob id, & ob crimina, quæ illi obiectabant amali, indignissime habitus, oculorum suorum privatione damnatur. Et infra ad annum DCCC. Leo gratiam relaturus benefactori tanto, Carolum in D. Petri Basilica solemniter pronuntiat Augustum, coronâ capiti impostâ, acclamantibusque Romanis, Carolo Augusto, à Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria.

Daniel Pareus, & ipse Reformatus in *Medulla historie*, ubi agit de Leone III. Maurico: Extinctis bellis, Leo in Religionis reformationem incumbens, idola omnia destrui, templisque Christianorum ejus jussu (sic imagines sacras homo Lutheranus appellat) propterea Iconomachum ipsam vulgus appellavit. Gregorius III. Pontifex Romanus ed in re tantum offensus est, ut excommunicationis fulmine feriendum Leonem censuerit, subditos etiam Imperatoris in Italia, hoc est, Regimine Exarchorum, omni tum fidei nexu, tum tributorum pendendorum necessitate solvit; quod apertè à Græcis Italiae, Francisque ad Imperium vocandi initium fuit.

Vides, quid veritas possit, quæ illis etiam confessionem extorsit, qui tamen, si possent, maxime vellent negare.

Sed addemus coronidis loco testimonium 100. omni majus exceptione, in quo vel ipsa invidia nihil habeat, quod rodat. Anno DCCCLXXI. Basilijus Macedo Orientis Imperator, ad Ludovicum II. Caroli pronepotem legationem cum litteris adornavit per Ioannem Patritium, quibus cum eodem Ludovico acriter conquisus est, quod dignitatem, & nomen Imperatoris, & Basilei usurparet; unum tantum Imperatorem esse, qui Orienti & Occidenti imperet: rogavitque, hoc nomine deinceps abstineret, sibi, nec alijs debito. Ludovicus & ipse Aufrandum Constantinopolim Legatum cum litteris Basilio misit, quas Baronius ad annum DCCCLXXI recitat, ubi inter alia hæc scribit: Et ipsi Patrum nostri gloriosi Reges absque invidia Imperatorem nos vocitant, attendentes ad unionem & sacrationem, quæ per Summi Pontificis manus sumus ad hoc culmen proventi, &c. Et infra. Prætereà mirari se dilectâ fraternitas tua significat, quod non Francorum, sed Romanorum Imperator appellemur: sed scire te convenit, quia nisi Romanorum Imperator essemus, utique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen, & dignitatem assumpsimus, quorum gentem & urbem divinitus gubernandam, & matrem omnium Ecclesiarum Dei descendendam, atque sublimandam suscepimus, ex quâ & regnandi prius.

pridus, & postmodum imperandi auctoritatem profapia nostra seminarium sumpsit. Nam Francorum Principes primo Reges, deinde vero Imperatores dicti sunt, h duntaxat, qui à Romano Pontifice ad hoc oleo sancto perfusi sunt, &c. Praesertim cum tales saepe ad imperium sunt asciti, qui nullà Divinà operatione per Pontificum ministerium profusii, solum à Senatu & Populo Imperatorià dignitate potiti sunt: nonnulli verò nec sic, sed tantum à militibus sunt clamati, & in Imperio stabiliti, aut alio modo ad Imperij Romani scepra promoti sunt. Porro si calumniari poteris & Samuel, quod spreto Saule, quem ipse unxerat, David in Regem augere non renuerit. Sed interim si paginas revalorum Graecorum Annalium, & si quae à vestris Pontifices Romani pertulerint, perscruteris, profectò inuenies, unde istos iuste non valeas redarguere; unde merito apostatis desertis, adhaerent genti adhaerenti Deo, & ipsius Regni fructus scienti &c.

Vides ex hisce Ludovici litteris, eum aperte fateri, se Pontificis operà ad culmen Imperij profectum. Imperium à Majoribus suis non usurpatum, sed Dei nutu, & Ecclesiae iudicio, Summiq; Pontificis obtentum esse. Observa, non illum jus belli, hereditatis, vel electionis à populo, Senatuque Romano factæ prætexere, sed solum Pontificis auctoritatem; quâ Imperium, suiq; Majores etiam Regnum acceperint, operâ videlicet Zachariae Papae, qui Childerico in ordinem redacto, Regnum Francicum ad Carolinos transfudit. Inò expressissime Ludovicus distinguit; Aliòsque à Senatu, Populo, Exercitu, aliòve modo imperium adeptos: se verò Divinà operatione per Pontificum ministerium, sacrâque unitionem, & à Matre omnium Ecclesiarum regnandi prius, & postmodum imperandi auctoritatem, profapia suae seminarium sumpsisse. Haec omnia verba sunt Ludovici Imperatoris, quibus nostro iudicio nihil clarius dici potuit. Unde Spondanus litterarum summam compendio referens ad Annum DCCCLXX n. 3. His litteris acceptis, inquit, Ludovicus misso ad Basilium Imperatorem legato, acrem satis dedit epistolam apologeticam, quâ inter alia multa susè ostendit, ejusmodi appellationem Basilei non esse peculiarem Graecis Imperatoribus, sed etiam competere alijs principibus; maximè verò Francis, qui eam dignitatem acceperint à Sede Apostolica ob egregiam ipsorum fidem in Deum, Ecclesiam Romanam, &c.

Haec Spondanus; quæ nunquam ipse Gallus scripsisset, nec Ecclesia Gallicana, cui librum dedicavit, scribi passa esset, nisi vera credidissent; maximè cum Spondanum ob pietatem, eruditionem, zelumque praesertim Catholicae Religionis, tota Gallia veneretur, Ludovico XIII. praecharus, & cui ob merita Episcopatum detulit. Ac denique testatur in suo Dictionario Gallico Moretus, & ipse Gallus, Spondanum ob assiduos in Ecclesiam labores à Pontifice Maximo elogia, à Rege suo amicitiam, ab omnibus Christi fidelibus æternam memoriam, & benedictionem retulisse.

101. Notandum tamen ad majorem hujus rei intelligentiam; duplicem fuisse coronationem

& electionem Imperatorum, alteram privatam tantum, & quæ Pontificis auctoritate non indigebat; quâ ratione Carolus filius Ludovicum Aquisgrani in Conventu optimatum Imperatorem dixit, teste Eginhardo in vita Caroli. Alteram publicam solemnem, & per quam jus plenum ad Imperium dabatur, & hæc teste Ludovico, ut audivimus, ad solum Pontificem spectabat, adeò, ut Carolus in celebri testamento apud Pithæum & Baronium ad annum DCCCVI. cum Regnum filijs divisisset, nullam Imperij Romani mentionem fecerit; quamvis enim Imperium esset hereditarium, ex gravi tamen, & omnino publicâ ac necessariâ causâ suberat Pontificum dispositioni, ut audivimus, & ideo Imperator Carolus conditum testamentum per Eginhardum à Secretis alicum ad Leonem Pontificem subscribendum misit. Verum ulteriori de his dissertationi locus erit infra in praesentis S. conclusione nostra.

#### ARGUMENTUM II.

DESumptum ex Imperij Occidentalis penes stirpem Carolinâ continuatione, & hujus ad Saxones translatione. 102.

Argumentatur 2. Author Regalis Sacerdotij præf. §. 3. à num. 12. præinsinuatam duplicem successionem deducendo. Nempe Carolo Imperatore Aquisgrani sub annum 814. defuncto, successit in Imperio ipsius filius, Ludovicus cognomento Pius, qui anno 817. in Comitibus Aquisgranum indictis, confirmavit omnia, quæ à Pipino avo, & Carolo patre Ecclesiae Romanae donata fuerant, seu restituta. Exinde anno 833. filijs adversus patrem Ludovicum conspirantibus, Gregorio IV. Papâ intercedente, res fuit composita, sed renascentibus dissidijs, Lugduni habito Procerum conventu, Imperium Augusto ademptum fuit, quod decretum à dicto Pontifice Maximo rescissum fuit, teste Emilio rerum Francic. in Ludovico Pio.

Ludovico Augusto circa annum 838. defuncto successit Lotharius, qui postmodum anno 851. & anno 852. à fratribus prælio devictus, in Conventu Aquisgranensi Regno & Imperio deiecitur, duobus fratribus Ludovico & Carolo ab Episcoporum Conventu suffectis, cui tamen Lotharingia fuit relicta, teste Emilio in initio vitæ Caroli Calvi. Successit postea in Imperio ad annum 855. Ludovicus II. Lotharij filius, qui à Carolo Calvo ruptis foederibus graviter impetitus anno 860. potestatis Pontificiae brachium imploravit à Nicolao I. ipsissimum tamen Regem hunc año 862. ob amores extra thorum progressos gravibus de Imperij ademptione minis compescente ad legitimam uxorem recipendam. Exinde anno 868. Carolum Calvum ad Regnum illegitimè vocatum à Proceribus, Hadrianus II. Papa cohibuit, graviter puniendum, ni cederet Ludovico Imperatori, Ludovici defuncti fratri, legitimoque adeò successori. Ex Aimonio lib. 5. cap. 24. Sed anno 876. Carolo Calvo à Joanne VIII. Pontifice Maxi-



mo tandem collatum est Imperium, excluso Ludovico majore natu, eo quod à Carolo speraretur auxilium adversus Saracenos, quæ collatio à Prælati Franciæ est confirmata in Synodo Pontigonensi; uti refert Aimonius *lib. 5. cap. 33* Carolo defuncto anno 877. successit Ludovicus Balbus, fatis cedens anno 879. indeque anno 881. à Ioanne VIII. Augustus creatus Carolus Crassus Calvi frater, cui à suis dejecto solus è Regia stirpe Regni hæres supererat Carolus Simplex, sed impar discordijs, quæ gliscebant in Imperio Francico, à pluribus tyrannis tunc dissipato.

Quamvis proinde jure legitimæ successio- nis Regnum Germaniæ ad eundem Carolum Simplem Franciæ Regem spectasset, utpote natum ex Carolina familia, è qua unicus inter mares supererat; attamen Magnates Germaniæ Carolo ob ignaviam contempto, Saxoniam Ducem Ottonem ad Imperium vocabant; uti constat ex Baronij Annalibus Ecclesiasticis.

Ex qua historia serie præactus Author *cit. §. 5. sub finem n. 12.* iterum animadvertit, ex hoc Imperij intra Francicam stirpem continuatione, ac inde secuta in Saxoniam Ducem translatione multa iterum occurrere exempla à Summis Pontificibus in Reges exercite potestatis. Nam Concilij Compendiensi & Procerum Franciæ decretum, quo Ludovico Pio imperium abrogabatur, filijs tradendum, Gregorius IV. rescindit, & Augustum loco restituit. Lotharius Imperator in Conventu Aquilgranci ab Episcopis Regno & Imperio dejectur. Nicolaus I. Lothario, nisi abdicatâ pellice, Theutepgam uxorem recipiat, Regni jacturam minatur. Hadrianus II. jubet, Carolum Calvum Regnum, quod invaserat, Ludovico Imperatori legitimo hæredi restituere, & non obtemperanti poenas indicit. Ioannes VIII. Carolo Calvo, excluso fratre majore natu, Imperium conferit, & hanc collationem Episcopi Galli in Synodo Pontigonensi ratam habent.

#### Objeçtio.

103. **E**X dictis namque manifestum jam redditur, Imperium in stirpe Carolina ex successione hæreditariâ fuisse in posteros derivatum: neque certum esse, quod primæva etiam Impetij Occidentalis Græcis adempti in Carolum Magnum translatio, facta sit per autoritatem Pontificiam: Maymbourgo *in cit. histor. Iconoclast. lib. 4. ad annum 800.* ita hanc in rem disserente: *Primo, ait, certum est Carolum Magnum jure partim hæreditatis, partim belli tantum in Occidente terrarum possedisse, quantum alius ante illum Occidentis Imperator. Quid potuit ergo à Leone Papa præter titulum accipere, & insignia, Imperio jam dudum positus? Imò ne titulum quidem & coronam à Leone necessario accepit: cum enim toto Occidente jam dominaretur, potuit suo jure Imperator Occidentis appellari. Secundo cum dono, & spontaneâ Senatûs, populique Romani subjectione, Romam ipsam caput Imperij tenuit, nihil Carolo desuit, quod à Pontifice posset obtinere: sicut enim Odoacer, & Theodoricus*

*Italia, Romæque potiti, nomen Imperatoris induerunt, repugnante nullo, multò magis id potuit Carolus: sed abstinuit modestiæ causâ, dum tandem populo impatienter id flagitantis cederet.*

#### Responsio.

104. **H**Uic Maymbourgianæ exceptioni præallegatus *Regal. Sacerdotij Author cit. §. 5. n. 10.* occurrit sequentibus argumentis, studiosè hic reproducendis, ad intentum nostrum postea sequenti conclusione prosequendum. Olim, ait, Imperatoris nomine appellabantur omnes, qui bello alicui præerant: propriè tamen nemo id nominis consequebatur, nisi re bene gestâ, atque aliquot millibus hostium caesis, tunc enim acclamatione militum, vel Senatûs decreto Imperatoris nomine donabatur. Cicero *2. Epistolarum Epist. 10.* Postea nomen Imperatoris proprium, perpetuumque Principis Romani ex Senatûsconsulto esse cœpit: & auctore Suetonio, prænomen Imperatoris, cognomen Patris patriæ primus assumpsit Julius Cæsar *in ejus vita cap. 77.* Octavius verò Julij successor, tum reliqui ab eo Cæsares, Imperatores sunt appellati: nec verò poterat aliquis, quantumvis potentissimus, latèque dominans, nomen & jura Imperatoris vindicare, nisi qui legitimo ordine Imperatoribus, & Principibus Romanis succederet: hi soli Imperatores, & Græcè Basilei vocabantur, alij Reges tantum; quæ causa fuit Basilio Imperatori Græcorum, per litteras, leatòque graviter cum Ludovico II. expulsi, quod Imperatorem, non Regem se diceret. Spondanus *Anno DCCCCLXXI.* Et in Synodo universalis Constantinopolitana nomen Imperatoris Ludovico à Pontifice datum, dolo Græcorum in litteris Apostolicis expunctum est, teste Analtasio *in vita Hadriani.* Et anno DCCCCLXVIII. Legati ab Ottone I. pacis & nuptiarum causâ Constantinopolim missi, à Nicephoro Phoca pessimè habitis, quod Otto se Imperatorem vocaret. Anno MLV. Legati ab Henrico II. ad Concilium Turonense missi, graviter eâ causâ conquesti sunt, quod Ferdinandus Magnus Castellæ & Legionis Rex jura sibi, titulûmque Imperatoris vendicaret, & Henrico Cæsari parere noller: qui tamen Ferdinandus Victori II. Pontifici, ut alienis titulis abstineret, & Regio contentus esset, monenti, modestè acquievit. Imò antequàm jus eligendi Imperatorem ad Septemviros transferretur, injussu Pontificis Imperator nemo dici potuit. Audi Glabrum *lib. 1. in fine circa Annum MXIII.* hujusmodi decretum recitantem: *Cum Henricus I. Romam veniret, hujusmodi Decretum factum est, ne quisquam auctoritate Imperij Romani sceptrum præproperus gestare Princeps appetat, seu Imperator dici, aut esse valeat, nisi quem Papa Sedis Romanæ morum probitate delegerit aptum Reipublicæ, eique commiserit insigne Imperiale. Cujus Decreti hanc idem Glaber affert rationem. Quod olim ubiq; terrarum quilibet Tyranni sese procaciter impellentes, sapissimè essent Imperatores creati, quamquam minus apti Reipublicæ. Nec annus Impetij prius numeri*

rari

rari cœptus, quàm coronâ, Imperioque à Summo Pontifice acceptis; sicque non à die successione, vel obitu Imperatoris, sed à die coronationis per Romanum Pontificem calculus ducebatur, ut de Carolo Magno expressè Abbas Urspergensis ad Annum DCCC. De Carolo Crasso ex ejus diplomate Metis dato apud Baronium ad Annum DCCCLXXXI. De Arnulpho ex Synodo Moguntinâ Anno DCCCLXXXVIII. quæ Arnulphum Regem tantùm, non Imperatorem vocat. De Henrico Sancto ex privilegio ejusdem Monasterio S. Vincentij ad fontes Vulturini concessio, & alio Ecclesiæ Novariensi, manifestum est.

Ex quibus omninò constat, coronationem illam non fuisse honorariam, nudâque cæremoniam, ut post Illyricum (cujus planè nec alijs argumentis utitur) voluit P. Maymbourg, alioquin non ab hac velut à re necessariâ, sed à successione in Paternum Regnum anni supputarentur, quemadmodum hodie, postquam potestas eligendi in Septemviro translatâ, nec coronatio necessaria, sed nuda cæremonia est, vidimus annos Imperij non à coronatione, sed ab electione duci. Et patet vel ex ipso Maymbourgo, qui *l. 4. hist. Iconoclâst. ad Annum DCCC. ex gestis Ludovici c. 16.* hæc verbatim ad marginem notat: *Qui Stephanus, postquam Pontificatum suscepit, iussit omnem Populum Romanum fidelitatem cum juramento promittere Ludovico.* Hæc Maymbourgius, quæ ex Theagno descriptæ in *lib. de gestis Ludovici Pij Caroli Magni filij cap. 16. 17. 18.* Non ergo intra cæremonias hæc coronatio stabat, sed cum subiectione, & juramento fidelitatis conjungebatur, quâ Imperatoris se omnes submittebant, in eoque jura & dignitates non Regis tantùm, sed etiam Imperatoris agnoscebant. Et Ludovicus H. in *Epist. ad Basilium datâ Anno DCCCLXXI.* profiteatur, se, suòque Majores non titulum, sed dignitatem Imperialem beneficio Romani Pontificis accepisse, ut jam supra notatum.

105. Et denique, ut res ista omni careat dubitatione, exstant post annales Francicos à Pithæo editos, & apud Aimoinum *lib. 5. 33.* acta Synodi Ticinensis, quæ Baronius & Spondanus etiam recitant *ad annum DCCCLXXI. & DCCCLXXII.* in quibus Ioannes VIII. & Patres in Synodo congregati, Imperium Carolo Calvo nuper collatum iterum confirmant, anathemate damnatis, qui pro legitimo Imperatore illum non agnoscerent. In hac Ticinensi Synodo expressè, & luculentis verbis declaratum, Imperatoris coronationem non fuisse nudum ministerium, exercitumque ritum, sed veram electionem, & secundùm præscam consuetudinem, provectionem ad Imperij Romani sceptrâ. Videantur acta Concilij S. *Vnde nos tantis indicijs &c.* Quæ acta ab Episcopis Galliæ confirmata omninò, & recepta sunt in Concilio Pontigonensi in 2. *actione* apud Aimoinum *lib. 5. c. 33. n. 4.* Et fatetur Spondanus *ad annum DCCCLXXI. n. 2.* Vide Gretserum *Apollog. Baroniana c. 15.*

Ubi animadvertente, cum hæc à Ioanne VIII. factam coronationem, aliâque similes addu-

cimus, non esse nobis animum, omnes Pontificum actiones tueri, quos fuisse homines, & in hujusmodi errori obnoxios fatemur, sed potestatem solùm ostendere, ab illis exercitam, ab omnibus agnitam; ut planè agnoverunt Episcopi Galliæ in Concilio Pontigonensi, qui, cum Anlegilus Archiepiscopus Senonensis primatum affectaret, potentiâ Imperatoris, & privilegio subornato fretus, constanter obstiterit, imò hoc ipsum Imperatori minaciter, & importunè urgenti, animosè à Rhemensis Archiepiscopo responsum: id factis Canonibus, & Ecclesiæ Gallicanæ privilegij obviare, nec aliud ab Episcopis responsum impetrari potuit, ne ad Synodum quidem comparere volentibus. At verò ubi de Imperatoris electione, & coronatione à Pontifice factâ cœptum agitari, continuò ab omnibus recepta & approbata est, utique repugnaturis, si potestatem in Pontifice non agnoscerent.

Hiscæ animadversis, manifesta est responsio ad objectâ Illyrici potius, quàm Maymbourgi; Carolum videlicet Magnum, antequam à Pontifice Romano Augustus renunciaretur, potuisse Franciæ, Germaniæ, Italiæ Regem, non Imperatorem vocari, vivente adhuc & dominante, orbis utriusque Occidentis & Orientis Imperatoribus, Constantino videlicet, Irene, Nicephoro &c. quod vel ipse Carolus ingenuè fassus est, affirmans, se ne quidem Ecclesiam ingressurum, si consilium Papæ prævidisset, adeò nomen & dignitatem Imperatoriam averfabatur, teste Eginhardo in vita Caroli. Quid recusabat Carolus Imperium, si jam habebat? aut insignia, titulùmque dignitatis jam bello parta? non ergo omnis, qui provincias etsi multas, magnâque Romanis aliquando subjectas tenet, continuò Romanorum est Imperator, alioquin Reges plerique, Hispaniæ, Galliæ, Britanniæ, aliisque Imperatores essent. Imò jus Imperij, Monarchiæ, Reipublicæ vel in una civitate, & exiguo terræ spatio conservari potest *argum. l. 7. ff. Quod cuiusvis universitatis. & docet Clariss. Doct. Herman. Hermes plures allegans in Fasciculo Juris Publici l. 1. q. 3. n. 30.* Quantò igitur verius est, penès Græcos jus Imperatorum stetit, tam multis civitatibus & provincijs in Occidente à Carolo Magno numquam occupatis (Hispaniâ videlicet, Britanniâ, Apuliâ, Calabriâ, Illyrico, &c.) antequam à Summis Pontificibus illo donaretur ipse Carolus? Quid ergo præter titulum & insignia à Leone Carolus accepit? Respondemus, ut ea ipsa, quæ jam habebat, non jure tantùm Regis & Patricij Romani, ut ante coronationem; sed etiam Imperatoris & Augusti retineret, videlicet cum prærogativis, præcedentibus, superioritate, aliisque, si quæ Imperatoribus erant propria; fuisse enim aliqua, multòque ampliora, quam nunc habeant in supremos Europæ Principes Cæsares nostri, patet ex ijs, quæ alibi diximus; Henricum videlicet II. de Ferdinando M. Hispaniæ Rege conquestum esse, quòd non titulum modò, sed etiam jus Imperatorium sibi vendica-

dicaret, nolléque Cæsaris imperio & mandatis parere. Deinde hâc Leonis coronatione id est consecutus, ut non tantum, quæ ad Longobardos bello victos, sed etiam, quæ ad Græcos pertinebant, sibi acquireret, cum jure occupandi omnia, quæ constaret, injustè ab alijs in Occidente possideri.

107. Ad aliud, quod asert Maymbourgus, Carolum videlicet deditione Romanorum ipsam urbem Imperij caput & arcem tenuisse; multi sunt, qui hoc negant, non tantum nostrates, sed etiam Apatholici scriptores, ut videre est apud Illyricum à Bellarmino citatum *lib. de translatione Imperij c. 1. n. 5. & c. 13. ad 11. & Centuriatores centuriâ 8. c. 10.* Unde mirum est, Maymbourgum inter duo illa principia, quæ sole clariora, & à nemine dicit, posse negari, rem ponere adeò controvertam, hoc est, novâ demonstrandi methodo rem dubiam p̄bore per principium æquè dubium. Demus à Carolo missos, qui Romanum Populum juramento sibi obstringerent, num potuit jussu & auctoritate Pontificis hoc fieri? Imò sic factum esse, patet exemplo Ludovici Pij, quod ipse Maymbourgus allegat, & nos aliàs notavimus; non tam ergo hæc Populi, Senatûque Romani, quam Pontificis voluntas & mandatum fuit. Vix aliquem reperias Imperatorem Romanum à Senatu, Populûque creatum; sed omnes vel successione, vel à Principe, aut exercitu nominati; quis ergo credat, Populum, Senatûque Romanum auctoritatis vix umbram aliquam serventem, id ausum facere, quod florens, vigensque nunquam fecerat? Sed demus hæc omnia: acceperit Carolus dono Senatus, Populûque, Romanam urbem; non sequitur tamen, etiam dignitatem Imperialem accepisse, quæ loco & urbi non est alligata, alioquin qui hanc haberet, continuò Imperator Romanorum esset; qui non haberet, non esset: quæ omnia sunt absurdissima, cum illic quoad jura & potestatem sit Roma, ubi est Romanorum Imperator, juxta illud Poætæ.

Sejos habitante Camillo  
Illic Roma fuit.

Vide laudatum Hermen *lib. 1. c. 3. n. 25.*

108. Ad exempla Odoacris & Theodorici, quos nomen Imperatoris prætulisse, Italiâ, Româque expugnatis, Maymbourgus dicit, multò igitur magis id Carolum suo jure potuisse, sed modestiâ retentum. Respondemus: mirum esse, duos & Tyrannos & barbaros ac infideles in exemplum adduci, qui eodem jure usurpabant nomen Imperatoris, quo Italiam invaserant, hoc est, nullo. Theodorico Constantionopoli educato, & contra perduelles pro Zenone egregiè bellis defuncto, ab eodè Zenone triumphum, Consulatum, Equestrem in foro statuum præmio data, oblatamque insuper spem Occidentalis Imperij, cum in filium ab Imperatore jam esset adoptatus, restantur Evagrius *lib. 3. cap. 25.* Enodius in *Paneg.* Jordanes Episcopus Gothus in *Orat. & c.*

Non ergo Theodoricus, ut vult Maymbourgus. ob Romam, Italiâque occupatam,

sed dono Zenonis Imperatorum nomen accepit, quod in tyranni postea mutavit; cum tentato frustra Oriente, arma in Italiam vertit Benefactori suo ingratus: nihil ergo exemplum Theodorici probat; nec etiam, quod additur de modestia Caroli: modestiâ siquidem est, aliena non usurpare, nec plus, quam deceat, sibi sumere: ceterùm si Carolus ante coronationem à Leone factam, jam Imperium bello, aliòve justo modo qualifierat, non erat, cur titulum recusaret, sibi que conscientia duceret, illis nomen adimere, quibus rem ipsam, & Imperium ademerat; non hæc planè modestia, sed hypocrisis fuerit, à qua nemo magis, ut Carolus, abhorruit, Princeps videlicet bello, victorijs & pietati, non fraudibus, & imposturæ natus.

Ex his ergo, quæ hucûque disputata sunt, palàm est, multa esse in historia P. Maymbourgi, quæ notam mereantur. 1. Quòd præfatur, se in hoc translationis argumento sententiam non dicturum, adeò tamen dicit, ut videatur ex professo id agere, damnatis, qui aliter sentiunt, vanitatis & imperitiæ. 2. Quòd opinionem suam nullo ex historia, aut scriptoribus testimonio & suffragio munit, duabus contentus rationibus, quæ, ut ostendimus, ne quidem levis conjecturæ titulum merentur: quasi verò historiam ex arbitrio, suòque ingenio texere liceat, & non potius ex authenticis testimonijs: & quamvis Maymbourgus aliquot ad marginem citet, nemo tamen ad rem facit, cum nemo illorum dicat, Translationem Imperij auctoritate Leonis non esse factâ, de quo agitur, & quod Maymbourgus probandum sumperat, sed tantum magnam partem Occidentis ad Carolum pervenisse, Romanos Carolo fidelitatem juramento pactos, eidem à populo tanquam Augusto applausum esse, quæ omnia, ut patet, extra quæstionem vagantur. 3. Quòd, cum Bellarminum Maymbourgus, *de translatione Imperij*, ejusque *cap. 1. 13.* legerit, citetque, ibique suas rationes jam dudum ab Illyrico productas inveniret, eas quidem studiose, & vix non verbatim historiae suæ inserat, dissimulet tamen responsa & solutiones à Bellarmino solidè appositas; quod à candore & simplicitate historica planè alienum est: oportebat enim, aut neutrum, aut utrumque dici. 4. Quòd sententiæ nostræ, tot auctoribus, historijs, rationibus, praxique continuâ valatæ, suam tam leviter probatam non tantum præferat, sed etiam somnariè dicat, deludique, qui illam profitentur: enimverò merces suas nec raras, nec nobiles, & quarum apud Reformatos tanta copia est, nimis magno hic auctor venum exponit. 5. Quòd potestatem transferendi Regna & Imperia, quam Pontifici negat, optimatibus Regni, imò populo concedat. Vide *hist. iconoclast. lib. 2. fol. 186. & lib. 4. fol. 186. & lib. 4. fol. 42. & fol. 61.* Jam verò longè magis infra dignitatem Principis est, populo submitti, cui imperat, ab ejusque arbitrio in summâ rerum pendere, quam Summo Pontifici, Christi que Vicario; nec facile Principem reperias, qui malit pro-

prijs subditis, quàm Sacerdotum Maximo subijci; nec tam suo, quàm Dei nomine imperanti. Quòd si iudice Maymbourgo, nihil derogat Principum dignitati, si ex populi iudicio pendeant, cum illis videbitur, Regnum & potestatem amissuri, magis derogabit, si hoc Papæ concedamus? & Regni causas non infimæ plebi, quæ levitate, odio, partium studijs, lucroque faciliè corrumpitur, deferamus; sed Apostolicæ Sedi, à qua utpote remotâ, magisq; placabili, minus etiam periculi est; etsi concedatur, dari aliquem casum, in quo subditis juramento solutis, Regnum Principi abrogari possit, concedi omnino debet, esse in Summo Pontifice potestatem judicariam declarandi hæc & nunc, subditos juramento non obstringi, sed posse & debere Principem abdicare, eumque jure imperandi excidisse: interpretationem siquidem juris Divini, quantum videlicet, & in quibus circumstantijs obliget, vel non obliget; sicut etiam causas juramenti ad forum Pontificium pertinere, utpote spirituales, in confesso est apud omnes, propter textum apertum, & notatum dignissimum *Deut. 17. v. 8.* Vide Sanchez de *Matrim. lib. 8. d. 6. n. 4.* Abbatem in *c. 1. De postulat. Prælat. n. 18.* Laym. de *legibus. c. 18.* Quidquid ergo dicatur, vel ex ipsa sententia Maymbourgi, negari tandem Summo Pontifici non potest Reges destituendi potestas, sive dicas, hanc potestatem esse veræ jurisdictionis, sive necessariæ, generalis & autoritativæ declarationis & interpretationis, quæ in causis, maxime arduis, qualis est, de qua nunc agimus, ad solum Pontificem pertinet.

110. Denique, ut memoriæ causâ, quæ huculque de translatione Imperij dicta sunt, brevi dilemmate complectamur, Aut Græci jus aliquod in Occidentis Imperium habebant, cum Carolus Imperator acclamatus est, aut nullum? Si nullum, cur ergo Nicephorus Logotheta, qui Constantino & Irene successit, tandem in translationem Imperij consensit, & Neapoli, Sicilia, Calabria, Apuliaque retentis, Occidentem Carolo cessit? Maymbourgius *lib. 4. hist. Iconoclast. Morer. in Dictionar. bist.* Cur Imperatores Græci, teste eodem Maymbourgo, adeo indignati sunt Carolo, ut hæc Leoni Armeno causa fuerit, Catholicos totâ Græciâ persequendi, quòd spem omnem Occidentis amississet? Et denique, cur omnium historicorum vox & sententia est, Imperium à Græcis ad Carolum anno DCCC. victis Longobardis, translatum, si jam antè Imperio caruerant? Si verò Græci jus aliquod Imperiale in Occidente adhuc habebant, hoc dicimus in Carolum à Leone translatum, non bello quæsitum, quod cum amicis nullum erat, nec esse poterat, justitiâ integrâ. Quid enim Græci in Carolum offenderant, ut illos Imperio Occidentis exueret, jam compositâ pace? Planè Maymbourgius Carolum non victorem, sed usurpatorem alieni facit. Est enim notandum, victo Aldagiso Desiderij filio, qui cum classe Græcorum in Italiam transmiserat, anno Domini DCCC. venisse Aquilgranum ab Irene ad Carolum Legatos, qui pacem offerrent,

& animum præterarent ad nuptias cum Imperatrice jungeridas: hæc enim cum thronum, extincto filio Constantino, inedisset: duorum procerum Stauracij & Actij potentiam verita, animum ad nuptias cum Carolo adjecerat. Missi hoc anno Legati, & Amores cum Imperio promissi. Causa legationi prætexta, Sisini fratris Tarasij Patriarchæ, nuper bello capti liberatio: Legati à Carolo benignè accepti, & omnia, quæ postulabant, concessa. Contigit hæc Legatio biennium ante Caroli Imperium: nam audita Constantinopoli ejusdem coronatione, missa alia est apparatus legatio ab Irene, thorum & thronum offerente. Meminerunt legationis primæ Annales Francici auctore Adelmo Benedicino ad eundem annum. Spondanus *ibidem*, & omnium clarissimè Maymbourgius *lib. 4. hist. Iconoclast. Anno DCCC. fol. 70.* Qui auctor (ut hoc quoque ingenue dicamus) sanctius utique veritati defendendæ, quàm impugndæ calumiam locasset, antiquitate oppressa: nec deerant alia contra hæreticos argumenta, quibus ingenium & eloquentiam impenderet; sed maluit classicum discordijs canere fatali nostrorum temporum malo, quibus ostentando ingenio antiquis nova præponimus; non quia meliora, sed quia recentia, & ideo admirationi, & plausui conjuncta; quàm enim difficile, tam gloriosum creditur, contra omnes potius, quàm cum omnibus sapere: & ipsa tamen, quæ novitate placebant, fastidiorum erunt, cum insenerint, antiquis in gratiam receptis.

Hæc est ergo celebris illa Imperij ad Francos per Leonem III. facta translatio, quam nos temporibus suis distinctam dedimus, ut tantò evaderet clarior. At ulteriorem hujus rei discussionem faciemus in præinsinuata conclusione nostra.

### ARGUMENTUM III.

Petitum ex Canonico textu præinsinuatii *Cap. Venerabilem. 34. De electione.*

A Uthor Regalis Sacerdotij in sine dicti S. 5. argumentatur 3. inducendo prælegatum Canonem, in quo Innocentius III. Duci Caringæ sive Thuringiæ rescripsit in hæc verba: Nos, qui secundum Apostolicæ servitutis officium sumus singulis in justitia debitores, sicut justitiam nostram volumus ab alijs usurpari, sic jus Principum volumus nobis vindicare. Unde illis Principibus jus & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus, ad quos de jure ac antiquâ consuetudine noscitur pertinere, præsertim cum ad eos jus & potestas hujusmodi ab Apostolica Sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in personam magnifici Caroli à Græcis transtulit in Germanos. Sed & utique recognoscere debent, & utique recognoscunt, sicut idem in nostra recognovère præsentia: quòd jus & autoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad nos spectat, quæ eum inungimus, consecramus, & coronamus &c. Nunquid enim si Principes non solum in discordia, sed

sed etiam in concordia sacrilegum quemcunque, vel excommunicatum in Regem tyrannum, vel satuum hæreticum eligerent, aut Paganum, nos inungere, consecrare, & coronare hominem hujusmodi debemus? Absit omnino. Objectioni ergo Principum respondentes, asserimus, quod Legatus noster approbando Regem, & reprobando Ducem, nec Electoris gessit personam, nec cognitoris, sed denuntiatoris officium, quia personam Ducis ejusdem indignam, & personam Regis denuntiavit idoneam, quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium, quam propter merita electorum, quamvis plures ex illis, qui eligendi Regem, Imperatorem promovendum de jure & consuetudine obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum Regem, & ex eo, quod fautores Ducis, absentibus alijs, & contemptis, ipsum eligere præsumperunt, pateat, eos perperam processisse, unde privilegium meruerunt amittere, qui permixta sibi abusi sunt potestate, &c. Nos utique non Ducem, sed reliquum reputamus & nominamus Regem, Iustitiâ exigente. Quod autem, cum in electione vota Principum dividuntur, post admonitionem, & expectationem alteri partium favere possimus, maxime postquam à nobis unctio, consecratio, & coronatio postulantur: jure patet pariter & exemplo. Nunquid enim si Principes admoniti & expectati vel non potuerunt, vel noluerunt in unum propositum convenire, Sedes Apostolica Advocato & Defensore carebit? eorumque culpa ipsi redundabit in penam &c. Nobilitatè ergo tuam monentes per Apostolica scripta mandamus, quatenus à præfato Duce recedas omnino, non obstante juramento, si quod ei ratione Regni fecisti, cum (eo quantum ad obtinendum Imperium reprobato) juramentum hujusmodi non debeat observari.

112. Ex qua Decretali præcitatus Author circa finem §. 5. observat, ipsos etiam Principes Electores agnovisse & falsos esse, quod jus & autoritas examinandi personam electam in Regem, eamque ad Imperium promovendi, ad Pontificem spectet. Neque hoc Pontificem unquam dicturum fuisse, multoque minus scribere, nisi compertum & planè certum foret: alioquin facilè, claroque sole falsi convincendus.

113. Deinde in eadem Decretali insinuari ab Innocentio rationem, ob quam Regna & Imperia indirectè & casualiter subiaceant Pontificum auctoritati, ubi dicit: Numquid enim, si Principes vel non potuerunt, vel noluerunt in unum propositum convenire, Sedes Apostolica Advocato, & Defensore carebit, eorumque culpa ipsi redundabit in penam?

#### Obiectio.

114. EX parte adversa in dubium vocari potest, an, quando Innocentius dicit, Principes Imperij agnovisse, quod jus & autoritas examinandi personam in Regem, & ad Imperium promovendam, spectet ad Sedem Apostolicam, perinde hoc sonet, ac si iidem Principes falsi essent, quod jus personam sic electam ad Imperium promovendi pertineat ad Pontificem.

#### Responsio.

115. Hoc equidem discutiendum reservamus in conclusionem sequentem, ubi plura ex eadem Decretali argumenta haud inefficacia ponderabimus.

Interea, ut pateat Pontificiæ auctoritatis jus in Rege Romanorum jam electo absque Sedis Apostolicæ placito à Principibus Electoribus nequiquam promovendo, novissimis adhuc sacri Concilij Tridentini temporibus fuisse adhuc in vigore, audire placeat eam in rem actitatem inter Pontificem seu Paulum IV. seu Pium IV. & Ferdinandum I. ex placito quidem Pontificis titulo Regis Romanorum jam potitum, sed inconsulto Papâ, ab Imperij Principibus electum Imperatorem. Quæ acta exactè describuntur à Pallavicino hist. sacri Concilij Tridentini lib. 14. cap. 6. à num. 6. exponente ibidem causas, propter quas Paulus IV. renuntiationem Caroli V. ac Ferdinandi Regis I. ad Imperium eversionem improbat.

116. Pro detrimento namque Pontificis adducebatur, quod, cum Imperatores Occidentis, eorūque Electores fuissent ab Apostolica Sede instituti, obtinuisentque Romani Pontifices antiquissimum jus, ne quis eâ potiretur Coronâ absque ipsorum Pontificum confirmatione, videbatur neque Caroli abdicatio, adeoque neque Ferdinandi subrogatio, tanquam legitima esse comprobanda absque interventu Pontificiæ auctoritatis: fuisse quidem Ferdinandum assensu Pontificio jam electum Romanorum Regem; sed per hujusmodi conditionem non effici, ut ille legitimus esset successor, nisi quando Sedes Imperatoria morte Caesaris vacasset: in quovis alio vacationis genere novâ Pontificis comprobatione opus est.

Periculum verò duplex considerabatur: alterum, quod consentiretur, ut ex septem Electoribus tres, qui ab Ecclesia jam desceverant, suffragij jus retinerent ad creandum Cæsarem in Republica Christiana: hi enim studuisset in posterum, ut is eligeretur, qui aut addictus foret, aut non infensus illorum sectæ. Alterum, quod tunc Imperatoria potestas deveniret in Ferdinandum, qui suam auctoritatem impertierat tot Comitiorum Decretis Religioni perniciosiss, majorumque natu filium, à se Imperij successioni destinatum, penè Lutheranorum lacte nutrierat. Itaque Guzmanno per viam significandum curavit Pontifex, illum non posse per eos dies excipi à se tanquam Cæsarem Oratorem, cum dedisset negotium cætui confiato ex septem præcipuis Cardinalibus Austriaci nominis studiosis, ut ea de re deliberarent.

117. Quare Guzmannus Romam haud ingressus, Tybur se contulit, quæ urbs extra viam dimidio die inde distat. Illinc revocatus est à Ferdinando, qui sibi incomparabili ducebat dedecori eam Pontificis repulsum, nisi ab eodem quamprimum Guzmannus exciperetur. Is itaque, seu verè, seu ex arte laudabili procurandæ concordie, pietatem præ se tulit, cujus gratiâ Romam privatus adiret ad sacra loca veneranda, excipiendamque

Pon-

Pontificiam benedictionem; sperans fortasse, pro eo ac suæ quæque linguæ nimium confidit, suis persuasionibus Paulum conuersum. Sinè illâ solemni pompâ Romam accessit, exceptusque est non tanquam Cæsaris Orator, neque publicè in Senatu Purpuratorum, sed tanquam Ferdinandi Regis Nuntius, & privato penè ritu in Aula, quæ *Aula Audientia* appellatur, coram aliquot Cardinalibus. Exposuit Guzmannus ægrimoniam, doloremque sui Principis, quòd à Paulo uti Cæsar non agnosceretur, æquitatemque causæ monstravit, quòd ille, non comprobante solùm, sed etiam adjuvante Pontifice Clemente, Rex Romanorum renuntiatu fuisset. Proinde dixit, opus non esse Ferdinando aliâ electione, quò Imperio succederet, quâcumque formâ illud vacaret, nullâ unquam super eo habitâ distinctione de modo vacandi; atque ut vacaret, aliud non desiderari, ubi sponte à possessore abdicaretur. Indicavit præterea, quàm gratum futurum foret spectaculum hostibus Catholicæ Religionis in Germania, si sibi adversarentur invicem duo illi potestatis fastigia, quæ geminæ veluti columna erant omnium validissimæ ad Religionem sustinendam; geminæque scopuli, à quibus hæresis naufragium sibi maxime formidabat. Infatigabili Austriaeorum studio deberi, quòd quispiam in illis provincijs superesset, qui Pontificem ut Ecclesiæ principem veneraretur: quàm vehementer perturbatum iri animum Ferdinandi (cujus ingenio pro more Principum, acerrima inerat honoris cura) si dignitatem Cæsaream impugnatam sibi cerneret ab eo solùm, cujus Pontificiam dignitatem ipse, & Carolus frater tanto impendio, tanto discrimine, tanto multorum populorum, magnorumque Dynastiarum odio propugnauerant. Quale observaretur exemplum reliquis Principibus, tum exteris, tum Germanis, atque universo Christianorum generi, ad sustinendum Pontificem, à quo postea ipsi per obtentus adeo tenues non modò desererentur, sed oppugnarentur? Rationes hæc perpenderit Pontifex eximia pietatis ac prudentiæ suæ trutinâ; neque committeret, ut nimis religiosi studij sui fructus non alius colligeretur, nisi extremum Religionis exitium.

118. Contra Pontifex se tueri, causatus ipsam rei gravitatem, quæ quò majorem ad Principem, adeoque ad spectabiliorem pertinebat, eò majorem consilij maturitatem ex ipsa novitate postulabat. Pro certo haberet, se, Patresque ad id destinatos omni usuros arbitrio, ut Regi satisficeret; cui & honoris gratiâ, & quò rei ratio redderetur, nuntium designaverat Boncompagnum, aliàs à nobis laudatum, qui fuit postea Gregorius XIII. eique per eam occasionem Ecclesiæ Vestinæ Infulas dedit; quamquam deinde Paulus octavo post discessum Guzmanni die, ad ampliorem honoris significationem erga Ferdinandum, quæ ipsum deliniret, Legatum destinavit Rebibam, usus opportunitate; quòd eundem illum in Poloniam etiam mittebat, ut obfisteret hæreticis in ea regione in dies gliscentibus.

Cæterùm in Ferdinandi causa Pontificij Consilij duriorem in sententiam ibant, sive quòd in rebus ambiguis ministrorum sententia solet Principis propensionem subsequi, sive quòd Consilij seligi solent à Principe, propensionem gerentes sibi concordem. Unus Ioannes Gropperus discrepabat, qui post recusatam magnanimâ demissione animi Purpuram, venerat Romam, accersitus à Pontifice, ut eo in destinata morum emendatione uteretur, ibique in summa doctrinâ, prudentiâque exultatione versabatur, præsertim super Germaniæ negotijs, in quibus nec cum quispiam experienciâ æquabat, nec post gloriosam repullam, humanâ utilitatis suspicio in eundem cadebat. Auctor is erat, habitâ temporum ratione, suam Juris severitatem exquirendam non esse, cum publicæ res non tam prosperè succederent, ut liceret prudentiæ optimum seligere, sed tolerabile. Sæpe non modò à patrefamilias, sed etiam à cauto tutore portionem aliquam æris alieni remitti creditoribus; & sæpe homini decrepanti parum quiddam pacificè largiri, multum violenter auferri. Errasse tum Carolum, tum Ferdinandum, debito aliquo ritu prætermisso: at nunc erratum ipsi faterentur, & Pontifex ob preces tantorum petitorum, quales erant Ferdinandus & Philippus, erratum benignè condonaret: ita fore, ut hinc nullam pateretur iacturam, quin confirmaretur Apostolicæ Sedis auctoritas; hinc error ipse admittus prodesset, ut Pontifex eâ indulgentiâ haud parum promeretur apud eos Principes, quibus tam ingens inerat potentia gratiæ referendæ. Ut alius quàm Ferdinandus Cæsar crearetur, non solùm haud potis esse, sed nec expetendum. Germanos Cæsarem Germanum omnino velle, idque utilitatis gratiâ, tam propriæ ipsi Germaniæ, quàm communis Christianæ Reipublicæ. Inter Germanos Principes alium non numerari, in quo tanta Religionis firmitas conjungeretur cum tanta potentia & ob hæreditarias ditiones, & ob consanguinitatem cum Hispaniæ Rege. Quæ Ferdinandus hæreticis indulserat, esse necessitati, non voluntati imputandæ; quod etiam Delphinus Nuntius affirmabat. Iam verò ubi pro certo poneretur, Imperatoriam potestatem esse in eo Principe retinendam, velle Pontificem, ut Caroli abrogatio ac Ferdinandi successio tanquam irrita diserte pronuntiarentur, adeoque ut res integra recederetur; idem esse, ac velle præterita negligentia mereri potione nimis amarâ, nimiamque nauseam moyente palato delicatissimo Principum tam sublimium. Posse jura Pontificis absque hujusmodi duorum Cæsarum dedecore illæsa persistere. Ac prudentiæ quidem esse, in concordia negotio ita proprium honorem quærere, ut alterius partis dignitas non lædatur; aliter pacificationes aut non confici, aut si necessitas eas extorserit, quàm ocyllimè quasi injurias vindicari, adeoque in acerbiores injurias degenerare. Neque tamen Gropperi consilia, neque Philippi Regis suasio stectendæ Pauli severitati satis fuere.

120. Interea diem obiit Carolus V. 21. Septembris anno ætatis suæ, & sæculi 58. Delatis Romam ejusce mortis nuntijs, actum est in Senatu de celebrandis in Sacello Pontificio iustis funebribus, quæ Cæsaribus persolvi solent. Pontifex verò hujusmodi verbis Decretum edidit: *Nolens Pontifex, ut hoc Religionis officium præmittatur ob rumorem aliquem, seu famam diffusam de certa quadam abdicatione Imperij à Carolo habita, cujus tamen legitima notitia ad Pontificem non pervenit, statuit, exequias ritu consueto celebrandas esse; declarans tamen, nullum per eas afferti detrimentum Sanctitati suæ, Apostolicæ Sedi, suæq; authoritati ac jurisdictioni, nec jus ullum cuiuscunque alteri acquiri. Quo autem die itum est in sacellum ad rem perendam, & solemne sacrificium à Paceo Cardinali decantatum, Pontifex dum pergeret, in coacto Purpuratorum cœtu dixit: Imperium Caroli morte, non ejusdem abdicatione vacasse; cum ea non in manu Pontificis, uti jus postulabat, sed Septemvirum fuisse peracta.*

121. Ex hisce quidem Pauli verbis Suavis Polaus, ejusque sectatores contendunt evincere, ac si Paulus arrogasset sibi potestatem creandi Cæsarem, quemcumque voluisset, quandoquidem vacabat Imperium non ex obitu possessoris, in quo solo eventu Septemviris tributa est ab Apostolicâ Sede potestas successoris eligendi, sed ex illius cessione, in quo vacationis genere nullum Septemviris jus datum est. Sed hoc Pontifex minime enunciavit in memorata declaratione, sed unice dixit, abdicationem Cæsaris non fuisse legitimam, utpote in manu Pontificis non peractam, adeoque Imperium non nisi Carolo defuncto, vacasse.

122. Post illius equidem Pontificis obitum duritia quædam in ipso ex jure, at nimis rigide agente, fuit notata, quam mitigare studuit Ferdinandus, datis ad illius Successorem Pium IV. litteris, quibus suam electionem à Pontifice ratam haberi postulabat, quippe cum satis animadverteret, sine hujus placito Cæsareum diadema nondum satis firmum suo habere vertici, ob summam Sedis Apostolicæ autoritatem in omnes Christianos Principes, ac potissimum in Germaniæ Ecclesiasticos. Quod etiam consecutus Ferdinandus, grates agebat Pio propter amota obstacula à Paulo injecta, ipsiusmet etiam heterodoxis ex ore Heideggeri in Sess. 17. 8. Concilij Tridentini argut. 6. fatentibus, à Ferdinando Oratorè Germanum pro ejus confirmatione Romam missum fuisse: claro sanè argumento, hoc jus confirmandi Electum Imperatorem, ne hostes quidem fidei, ac Religionis Pontificiæ adversarios pernegare ausos fuisse.

#### ARGUMENTUM IV.

Desumptum ex Clementina unicâ *De jurejurando.*

123. Auctor *Regalis Sacerdotij præf. lib. 1. §. 6. circa medium n. 3.* argumentatur 4. ex præallegata Canonica constitutione à Clemente V. in Concilio Viennensi editâ sub hoc tenore: *Romani Principes, Orthodoxæ fidei professores*

facrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus caput Christus Redemptor noster, ac Romanum Pontificem, ejusdem Redemptoris Vicarium fervore fidei venerantes, eidem Romano Pontifici, à quo approbationem personæ ad Imperialis celsitudinis apicem assumendam, nec non unctionem, consecrationem, & Imperij coronam accipiunt, sua submittere capita non reputabant indignum, sequi illi, & eidem Ecclesie, quæ à Græcis Imperium transtulit in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes jus & potestas eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, pervenit, adstringere vinculo juramenti, prout tam in observationis antiquæ temporibus novissimis renovatæ, quam formâ juramenti hujusmodi sacris insertâ Canonibus manifestârit, &c. Ex qua Pontificiâ simul & Conciliari sanctione notat *supra citatus* Auctor. Concilium Viennense sub Clemente V. celebratû, in illa constitutione aperte testari, Imperium à Græcis in Germanos autoritate Sedis Apostolicæ esse translatum, & ab hac jus Electorale constitutum fuisse: antiquissimo insuper more electos Imperatores Pontifici Romano se juramento obstrinxisse: Reges, & Imperatores Romanæ Sedis Advocatos & Defensores esse: juramenta Sedi Apostolicæ à Principibus præstari solita, esse vera juramenta fidelitatis, cujus obligatio qualis & quanta sit, quæque partes complectatur, videri posse in epistola Ducis Aquitanie Fulberti Carnotensis doctrinâ & sanctitate celeberrimi, cujus fragmentum haberi in *Cap. De forma. causâ 22. q. 5.* Ex quibus Pontificiam supra Reges, & Imperatores potestatem summopere confirmari, cum non solo Pontifice Romano, sed à Concilio universaliter fuerit declarata, & ab Episcopis Gallicanis non tantum non impugnata, sed positive confirmata & sancta habita sit, ut proinde non doctrina tantum Clementis V. aut Concilij censenda sit, sed Ecclesiæ totius Gallicanæ.

#### Objectio.

124. Hæc ratioinationi occurrit primâ saltem fronte non quæ adversarius, sed quæ ejusdem doctrinæ assertor Maymbourgus, in *historia de Imperio lib. 2. ad annum 996. §. ult.* tradens: certissimam, & omni exceptione majorem esse veritatem, quod jus eligendi Imperatorem, à Sede Apostolica ad Principes Germaniæ provenerit: Idque Innocentium III. Concilium Viennense, Electores ipsos, & denique Imperatorem Albertum testatum sacere, velut appareat ex monumentis authenticis, fide dignis, quæque in dubium revocari haud possint, nisi fundamentis fidei, historiæque humanæ convulsis.

#### Responsio.

125. SI expendantur reliqua etiam principia per Seundem Maymbourgum ibidem posita, infertur inde, secundum hujus Authoris sententiam, oportere, duo in Imperatore distinguere: Vnum, quod sit Caput, supremusque Princeps, & Monarcha Germanici Imperij, à quo Principes alij dependeant. Alterum, quod Electus, exclusis alijs omnibus, habeat jus postulandi à Pontifice coronam. Quoad *primum* igitur

igitur, nec Electores, nec Imperatorem à Romano Pontifice quidquam accepisse, cum jure naturali, Divinòque, ut in alijs Regnis electivis, sic & in Germanico Imperio possint Optimates sibi Caput & Principem eligere. Quoad secundum verò, dici debere, coronationem Imperatoris fluxisse quidem à Romano Pontifice, esse tamen ritum hauri necessarium, sine quo nempe Majestas tota constet Imperatori.

Hæc proinde Maymbourgii distinctio, cum minime cohæreat cum assertionem, quam primò fronte exposuerat, ad illam confortandam, sic progreditur Author Regalis Sacerdotij cit. §. 6. n. 9. 4. circa medium. Etenim sub eâ priori loco allegatâ assertionem Maymbourgus Innocentij III. in Cap. Venerabilem. Concilij Viennensis in Clementina unica De jurjurando. Electorum, ac Imperatorum testimonia tanquam verissima, indubitata, & adeò fide digna admittit, ut ea non tantùm negari non posse dicat, sed ne quidem vocari in dubium. At verò ex his ipsis Pontificum, Principumque testimonijs clarissimè habemus, non jus tantùm eligendi quoad coronam, ritumque externum, Germanis Principibus concessum à Sede Apostolica fuisse, sed eligendi Advocatum & Defensorem Ecclesiæ; Electoribusque dissidentibus, posse Romanum Pontificem non tantùm Imperatorem, sed Regem etiam eligere, alio rejecto, omnique auctoritate exuto, posse Pontificem declarare electum à Principibus, propter hæresim, censuram, aliudve impedimentum inhabilem Regno esse; posse, imò teneri subditos ab eo, quem Pontifex, ejusve Legatus exclusit, omnino desistere, & juramento solvi: Imperium auctoritate Pontificis à Græcis in Germanos translatum esse: Imperatorem ab eodem Pontifice per Electores recipere temporalis gladij potestatem, &c.

126. Ex quibus proinde ipsissimis Innocentij, Concilij Viennensis, Alberti Cæsaris, & Principum Electorum verbis tam clarum est, ea non posse ad solam coronationem, ritumque externum, ac cæremoniam haud necessariam referri, ut mirum sit, Maymbourgum voluisse distinctionem tam fragili, nullis nixâ fundamentis, sed proprij duntaxat cerebri adinventioibus, causam tanti momenti sustinere. Neque enim juvat, quod præterdit Maymbourgus; jure naturali, Divinòque quamlibet Republicam posse sibi Caput eligere. Ibi enim hoc principium haud subsistit, ubi in Regno aliquo jus successione est hæreditarium, sic nihil prohiberet, Summum Pontificem jus Imperij Græcis optimo jure ademptum, suo arbitrio conferendum sibi reservasse, qui tamen Caroline stirpi hæreditarium, & post hujus extinctionem, ita voluit esse electivum, ut certis Germaniæ Principibus concesserit Imperatorem eligendi potestatem, sibi unec reservato confirmationis (uti supra visum est) non inanis coronationis jure, unâ cum supremementali illâ Oecumenicâ erga universalem Ecclesiam Pastoralis muneris prærogativâ, per quam in Ecclesiâ necessitatibus, ita exigentibus, possit publico sacre Religionis, ac fidei Bono in constituendo Imperatore prospicere; prout infra ulterius demonstrabitur.

127. Author Regalis Sacerdotij cit. §. 6. argu-  
mentatur. Quo tempore jus eligendi Romanum Imperatorem, ad Principes Germaniæ pervenerit, incertum esse. Aventinus lib. 5. Annal. & Onuphrius Panvinus lib. de Comitij. volunt Collegium Electorale à Friderico II. institutum, & à Gregorio X. confirmatû. Obijt autem Fridericus II. MCCL. Gregorius verò Anno MCCLXXVI. Onuphrius credit, jus eligendi ad Septemviros restrictum in Concilio Lugdunensi, quod Anno MCCLXXIV. auctoritate Gregorij X. convocatum est. Alij Gregorio V. attribuant, natione Germano, Nepoti Ortonis III. qui Anno DCCCCIC. decessit. Hanc opinionem Bellarminus, & sæpe laudatus Moretus in suo Dictionario historico, ubi agit de Gregorio V. tuentur. Eamque multæ probant magnæque rationes. Primò: Quòd Sigebertus ad Annum MII. scribat, Ottonem III. inter alia cum cum Papa Gregorio V. de ijs, quæ Imperij jura spectant, egisse. Secundò: Quòd Otto I. alijsque deinceps usque ad Ottonem III. privilegio Leonis VIII. quod habetur c. In Synodo. dist. 63. successorem elegerint, idque propagatum, ut diximus, usque ad Ottonem III. post quem jus eligendi penes Germaniæ Principes fuit; oportet ergo; hoc tempore mutationem aliquam circa Electores factam esse, alioquin Imperatores eo privilegio tam magno, tamque utili successores nominandi, nunquam abstinuissent. Tertio: Quòd Otto III. liberis, & spe liberorum carens, ne post ejus mortem causâ electionis, discordiæ Germaniam agitent, vicino maxime & vigilante ad omnia Gallo, cum Pontifice sic conveniret.

Illud saltem vero propius est, numerum septem Electorum non à Gregorio V. fuisse institutum, sed ab Innocentio IV. in primo Concilio Generali Lugdunensi Anno MCCXLV.

128. Sed quidquid de tempore, & Pontifice in individuo sit, qui jus eligendi ad septem Germaniæ Principes transfudit, certum est, ab aliquo Summorum Pontificum translatum esse; præter enim scriptores, quorum plurimos videre est apud Bellarminum lib. 3. c. 3. de translato Imperij. docent ipsi Lutherani Centuriatores: quorum tamen primæ, potissimæque & innatæ velut partes sunt, quidquid Ecclesiæ Romanæ decorum & gloriosum est, pertinaciter negare.

S. Thomas, cui & sanctitas & doctrina cælitus infusa voluntatem errandi, & facultatem ademit, in tract. de regimine Principum, quem Regi Cypri dedicavit, lib. 3. c. 9. Ex tunc (hoc est, post Ottonem) ut historia tradunt, per Gregorium V. genere similiter Theutoncum provisâ est electio, ut videlicet per septem Principes Alemanniæ fiat: que usque ad ista tempora perseverat, & tantum durabit, quantum Romana Ecclesia, que supremum gradum in Principatu tenet, Christi fidelibus expediens judicaverit, in quo casu, ut ex



verbis Domini supra inductis est manifestum, videlicet pro bono statu universalis Ecclesie videtur Vicarius Christi habere plenitudinem potestatis.

Farentur ipsi Principes Electores, quorum maximè res agitur, ut videre est in litteris Marchionis Brandenburgici, Ducis Saxonie, & Comitis Palatini apud Baronium Anno DCCCCXVI. n. 44. Et denique Alberti Imperatoris, qui in litteris ad Bonifacium VIII. Anno M CCCIII. Regni sui quinto, decimo sexto calendis Augusti hæc habet. *Prostreor, Beatissime Pater, me bonorum omnium largitori, ac vobis, sanctæ Ecclesie Tuæ fore pro innumeris misericordijs, & immensis beneficijs obligatum, &c.* Et infra. *Recognoscens igitur, quod Romanum Imperium per Sedem Apostolicam de Græcis translatum est in personam Magnifici Caroli in Germanos, & quod jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem postea promovendum, certis Principibus Ecclesiasticis & secularibus est ab eadem Sede concessum, à qua Reges & Imperatores, qui fuerunt & erunt, pro tempore recipiunt temporalis gladij potestatem ad vindictam malefactorum &c.*

Et ipse Summus Pontifex Innocentius III. in Decretali Venerabilem. De electione: Vnde, inquit, illis Principibus jus & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus, ut debemus, præsertim cum ad eos jus & potestas huiusmodi ab Apostolica Sede pervenerit.

In publico etiam Instrumento ad Nicolaum III. Pontificem Maximum anno MCCLXIX. indictione 7. Rudolphi Imperatoris Anno VI. iidem Principes sic loquuntur: *Nos Principes Imperij universis præsentem paginam inspecturis. Complectens ab olim Romana Mater Ecclesia quâdam quasi germanâ charitate Germaniam, illam eo tereno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter præsentium super terram: plantans in ea Principes tanquam arbores præelectas, illud eis dedit incrementum mirandæ potentie, ut ipsius Ecclesie autoritate suffulti, per ipsorum electionem illum, qui frena Romani teneret Imperij, germinarent, &c.* Vide integrum hoc Instrumentum apud Bellarminum de translato Imperij 1. 3. c. 3. Videndus etiam Serarius lib. 1. Rerum Mogunt. c. 26. & Gretserus in defensione Bellarmini c. 28.

Ludovicus etiam Morerus in recentissimo Dictionario historico, quod Ludovico XIV. Gallorum Regi dedicavit, tomo II. & Spondanus Episcopus Gallus ad annum DCCCCXVI. idem affirmant.

Ipse P. Ludovicus Maymbourgi loco paulò post citando illa, quæ citavimus, Electorum, Imperatorum, ac Innocentij III. testimonia & monumenta dicit esse fide digna, authentica, revocantque ad veritates omni exceptione majores, quantumvis ipse in alium sensum, interpretetur.

Et denique si alia omnia desint, superat omnem exceptionem testimonium Concilij universalis Viennæ in Gallijs celebrati anno MCCXCIX. præsentibus Galliæ, Angliæ, & Aragoniæ Regibus, Patriarchis Alexandrino & Antio-

cheno, Episcopis centum quatuordecim, vel, ut alij, trecentis, præter Abbates & Doctores, & præside ipso Clemente V. Gallo, ipsisque Gallis additissimo, ut præter alia patuit ex Sede Pontificali Avenionem translata, Christiano orbe, & Italiâ præsertim indignante,

### Objectio.

Adversus hanc argumentationem occurrit inprimis, quoddam tractatus de Regimine Principum Divo Thomæ inscriptus, non sit genuinus hujus Angelici Doctoris parvus; uti ostendit Bellarminus de potestate Papæ: quia præter certissimas alias conjecturas, hæc una est, quod lib. 3. cap. 20. meminerit sue cessionis Adolphi Imperatoris post Rudolphum, & successione Alberti post Adolphum, quæ contingere, prima quidem anno 1192. Altera Anno 1299. Divus autem Thomas obiit Anno 1274.

Deinde occurrunt Maymbourgi sequentes haud prætermittendæ propositiones, quin accuratori subdantur examini: quarum prima est, certum esse, dominante stirpe, & familia Carolinâ, jure legitima successione Regnum Germaniæ deferri, vel potius transmitti ad proximos agnatos consuevisse: hancque fuisse legem Franciæ fundamentalem: donec ea extinctâ, Reges eligi ceperint. Sic Conradum I. Henricum Aucupem, ejusque filium Ottonem Magnum à Principibus tum Ecclesiasticis, tum secularibus, Urbiumque deputatis electos esse.

Secunda est: Imperio in Ottonem I. & Alemannos translato, durasse jus electionis usque ad Fridericum II.

Tertia est: Quoad Electores sæpe variatum esse, admissio aliquandiu ad suffragia etiam populo, ejusque deputatis, imò Principibus, Urbibusque Italiæ, ipsique per suos Legatos Pontifici: quia tunc Italiæ Regnum pars Imperij Germanici censebatur. Sic Henricum VI. Lotharium II. Fridericum I. promotos esse.

Quarta est: Cum penes Principes, Officiales, Ministrosque Imperij major potestas & autoritas staret, mutato electionis ordine, ad hos suffragandæ jus devenisse, alijs Principibus, Civitatibus, deputatis, Imperatorem aliquem præsentantibus tantum, qui tamen, si primi dissiderent, ipsi Augustum pronuntiabant. Hoc apparere ex Cap. 34. De elect. quod est Innocentij III.

Quinta: Per electionem Conradi III. solos Principes vasallos, & Beneficiarios Imperij tam Ecclesiasticos, quam seculares fuisse ad eligendum admissos, & post electionem Friderici I. solos Germanos, ut apparet ex Decretali Innocentij III. ad Ducem Zaringiæ: post electionem vero Friderici II. in quam plerique Germani Principes convenerant, istorum consensu & voluntate potestatem eligendi Principibus Septemviris delatam esse, omnibus alijs suffragio exclusis, idque asserti ab Alberto Abbate Stadeni, Martino Polono, Friderico II. coævis: ex quibus apparere, collegium Electorale intra annum 1220. & anno 1240. institutum fuisse, quem deinde Septemviratum Aureâ Bullâ à Carolo IV. adversus omnem mutationem fuisse confirmatum.

Re

Responſio.

132. **A**DVERSUS istas Maymbourgi nullis, quæ in medium proferantur, fundamentis nixas assertiones, præter Alberti Stadenſis, & Martini Poloni, ex ijs, quæ mox proferemus, facile diſparituras autoritates, proceſſuri, operæpretium duximus eiſdem Baronij ad annum 996. à n. 36. optimis rationibus ſtabilitas opponere aſſertiones. Quarum prima ita ſe habet. Hoc ipſo anno 996. compoſitis rebus, reſtitutâ pace Eccleſiæ, Gregorius Papa V. conſilio Ottonis III. ad ſtabiliendum ſtatum Eccleſiæ, adijciens animum, nec non ad electionem Imperatorum pacificè abſque tumultu in poſterum faciendam, Concilium Romæ collegit Epiſcoporum, cujus fragmenta ſaltem ſuperſunt. Ad quod proinde Concilium referri debere videtur, quod de Imperatoribus, & Electoribus ab eodem Pontifice, multorum aſſertione traditur conſtitutum.

Hinc Novatores Centuriatores Magdeburgenſes, quantumvis inſenſi Romano Pontificibus, cent. 10. cap. 546. fateri compulſi ſunt, Gregorium ejus temporis Papam ſanxiſſe, ut penes ſolos Germanos eſſet jus eligendi Regem, qui poſt diadema à Romano Pontifice acceptum, Imperator, & Auguſtus appellaretur. Nituntur hi Centuriatores autoritate Blondi, cujus verba inſerunt iſdem cent. 10. cap. 16. pag. 720. quæ ita ſe habent: Gregorius Papa eam fecit de Imperatoris electione ſanctionem, quam hucufque ſuper annos quadringentos ſervatam vidimus, ſolis licere Germanis, qui inde Electores dicti ſunt, Principem deligere, qui Cæſar tunc, & Romanorum Rex dictus, ſi à Romano Pontifice coronabitur, Imperator appelleretur.

Conſule de his Extravagantem Innocentij III. ad Ducem Thuringiæ ſcriptam, quæ incipit *Venerabilem*. 34. De electione. à nobis ſuperius §. 4. argumento 3. relatum, in qua diſerte dicitur, jus eligendi Regem, in Imperatorem poſteâ promovendum, Principibus Germaniæ conſeſſum, proveniſſe à Sede Apoſtolica, quæ Romanum Imperium in perſonam Magnifici Caroli à Græcis tranſtulit. Conſule etiam Clementinam *De jurejurando*. in qua diſertis verbis aſſertitur: *Imperatores ſe Romanæ Eccleſiæ, quæ à Græcis Imperium tranſtulit in Germanos, & à qua ad certos Principes jus & poteſtas eligendi Regem in Imperatorem promovendum pervenit, adſtringere vinculo juramenti.*

Hoc ipſum firmant litteræ à Principibus Electoribus, ac inter hos à Comite Palatino Rheni, Duce Baviariæ anno 1279. datæ, ac ex Bibliotheca Vaticana in Caltrum S. Angeli tranſlatæ, ibique reſervatæ, atque à Baronio ad dictum annum 996. n. 54. recitatæ. Idem confirmant Alberti Imperatoris litteræ anno 1303. ad Papam exarata, quarum dictus Baronius n. 48. meminit, in quibus iterum expreſſa ſit conteſtatio, quod Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicam ſit de Græcis tranſlatum in perſonam Magnifici Caroli ad Germanos, & quod jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poteſta promovendum, certis Principibus

*Eccleſiaſticis, & ſæcularibus ſit conſeſſum ab eadem Sede, à qua Reges, & Imperatores recipiant temporalis gladij poteſtatem.*

Secunda ejuſdem Baronij ab omnibus 1330 conſtanter comprobata aſſertio eſt: ſicut Imperium autoritate Romani Pontificis ex Oriente in Occidentem tranſlatum eſt, ita jus eligendi Imperatorem Germanis conſeſſum, à Romanorum Pontifice autoritate & conſeſſione manâſſe.

Tertia dicti Baronij aſſertio eſt circa normam Imperatoris eligendi à certis Germaniæ Principibus fulcitam ſequenti diſſertatione: Sanè quidem, inquit, dum Otto Romæ fuit, tractâſſe inter alia, quæ ad Regni jura pertinent, Sigebertus affirmat. Si Concilij Romani, de quo agimus, monumenta extarent, nobis haud laborandum eſſet in perquirendo, qualis fuerit iſta ab ipſo Pontifice iſdem Electoribus tributa conſeſſio: num ſcilicet ipſa fuerit omnibus Germaniæ Principibus generatim collata, an tantum ſex, vel ſeptem certis, nominatiſque expreſſis Principibus (ut nunc ſunt) Eccleſiaſticis atque laicis exhibitâ. Certè quidem revocandum non eſt in dubitationem, generalem ſaltem conſeſſam Germaniæ Principibus omnibus eandem facultatem eligendi Regem in Imperium promovendum. Etenim id omnino aſſerere, etiamſi alia quæque teſtimonia deeſſent, facta ipſa non modò ſuadent, ſed cogunt. Cùm enim (ut audiſti) conſeſſum fuerit à Leone VIII. Ottoni primo, ejuſque ſucceſſoribus ſucceſſores eligere in Imperium promovendos, & ab eis factum uſque ad tertium Ottonem conſtat, & poſt ipſum nunquam id tentatum ab ipſis fuiſſe, inveniatur: planè dicendum eſt, eam facultatem demptam fuiſſe Imperatoribus ipſis penitus, & Germaniæ collatam Principibus, nec ab alio, quàm à Romano Pontifice, cujus duntaxat id eſſet autoritatis, quod (ut nuper audiſti) Electores & electi Imperatores publicis ſcriptis ingenuè ſunt profeſſi.

Ut autem non ab alio, quàm ab ipſo Gregorio id factum ſit, multa ſunt, quæ id affirmare cogunt. Atque in primis, quem diximus, ipſe rei uſus, cùm poſt ipſum Gregorium Ottonem Imperatorem deſuncto, non ampliùs per Imperatores, ſed Electores Principes conſtat, fuiſſe ſucceſſores electos, quod Scriptores omnes affirmant, & quævis vetera monumenta teſtantur, ſpecialim verò complures authores, qui ſuorum temporum res ſcripſerunt, id abſque controverſia aliqua aſſerunt; quod & ipſi etiam refractarij Novatores (uti dictum eſt) profitentur.

Iſta autem decernendi Gregorio ipſe Otto Imperator fuiſſe auctor videri poteſt. Cùm enim abſque liberis eſſet, & ſpes omnis dempta, ut in filium (quod fecerunt prædeceſſores, tranſſerret Imperium) ne poſt ejus obitum inter omnes ſibi conſanguinitate & affinitate conjunctos, & alios æmuloſ ejuſdem honoris Principes, exoriri poſſent bella civilia, quibus idem conſagrans perderetur Imperium, in Electores eam refundendam poteſtatem autoritate Pontificiâ, conſultiùs exi-

H 3

ſtimavit

stimavit. Et quoddam videret æmulos gloriæ Germanorum Francos, explosis Carolinis, ignominie nomine suggillatos, novos eisdemque pugnacissimos habere cõpisse ex alia linea Reges, ne illis Imperium pariter affectandi, & ad Francos, è quibus in Germanos fluxerat, revocandi aliqua quærentibus pateret occasio: bene consultum rebus Germanorum putavit, si Apostolica autoritate firmaret, ut iidem tantum essent Germani, quibus facultas esset creandi Regem, quem idem Romanus Pontifex promoveret in Imperatorem, ita tamen, quod si causa aliqua esset, id negandi, liberè facere posset, nec aliquo necessitatis nexu, quem ipsi elegerint in Regem, compelleretur probare, atque ungere Imperatorem. Nam audi Innocentium III, id ipsum Electoribus his verbis insinuantem: *Sed & Principes recognoscere debent, & utiq; recognoscunt (sicut idem in nostrâ recognovère præsentia) quatenus & autoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus & coronamus. Est enim regulariter, & generaliter observandum, ut ad eum examinatio persona pertineat, ad quem impositio manus spectat. Numquid enim, si Principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcumq; vel excommunicatum in Regem, tyrannum, vel sarrum hereticum eligerent, aut pagannum: nos inungere, consecrare, ac coronare hominem huiusmodi deberemus? Absit omnino.* Hæc Innocentius. Porro quis non intelligat, quoddam, si personam electam in Imperatorem assumendam, ex causa ipse potest rejicere Pontifex, multo magis ipsos Electores repellere potest ex causa, præsertim verò, si inquinatus sit hæresis, in qua nec recipiendus, sed spernendus ab eo esset Imperator electus?

Porro non sic jus eligendi in alios transfudit Romanus Pontifex, ut illud apud se noluerit remansisse, & cum opus fuerit, & necessitas exegerit, eo pro arbitrio uti posset, hunc recipiendo, abijciendo autem illum, pro ut opportunitas postularet. Nam audi, quid dicat Glaber Rudolphus horum temporum probatus scriptor, ut qui ab hoc tempore usque ad millesimum quadragesimum quintum historiam scripserit ad sanctum Odilonem Abbatem Ruum: *Illud (inquit) nihilominus mirum condicens & perbonestiam videtur, atq; ad pacis tutelam optimum decretum, scilicet, ut, ne quisquam audacter Romani Imperij sceptrum præpropere gestare Princeps appetat, seu Imperator dicat, aut esse valeat, nisi quem Papa Sedis Romanæ morum probitate delegerit aptum Republicæ, eiq; commiserit insigne Imperiale.* Hæc ipse, haud ignorans, quæ assidue ante ejus oculos versabantur, per Principes Imperij feudatarios eligi, qui esset in Imperium promovendus, probe notens, lumen rerum penes Pontificem esse, ut probaret, vel non probaret, quem elegerint.

335. Quarta denique Baronij assertio est de indaganda origine Septemviriatus ad Imperatorem eligendum instituti, de quo Baronius à citato n. 54. ita disserit. Illud reperitur magno per se controversum, & prolixa disceptatione

agitatum: num septem tantum Electorum selectio & electio, qui Romanorum Regem crearent, fuerit ejusdem Gregorij Papa V. institutio, vel alterius Romanorum Pontificum. Hujus rei occasione, scimus, Panvinum commentarium de Comitibus Imperatoris elaborasse, quo nihil aliud probare nititur, quam septem Electores non à Gregorio V. institutos fuisse, sed à Gregorio ejusdem nominis X. nullum alium habens suæ sententiæ, quem sequatur Authorem, nisi infectam hæresis scabie bestiam, Aventinum, quem indignè nimis ipse homo Catholicus pedine scalpit eburneo, dum eum prædicat virum esse desertum: quem, si cominus inspexisset lucerna Cleantis; cum potius sicut pietate, ita & doctrinâ intellexisset omnino desertum, nullo autem modo desertum, ut cum ex multis alijs, tum ex iplo, in quo sequitur eum, quem laudat, & in quo laudat errantem, intelliges, quos ambos turpiter errantes, egregiè corrigat, quem jure laudavimus, Bellarminus verè doctissimus ostendens (quod ipsos latuit) complures, eosdemque fide integros, scripsisse ante Gregorium X. Auctores de septem Electoribus jam antea constitutis, adeo ut nequaquam fingi poterit, eisdem ab iplo Gregorio X. originem ducere, quorum ante ejus Pontificatum feret mentio à diversis ejusdem temporis claris Auctoribus.

Explosis igitur Novatorum falsis opinionibus, repudiatisque novitatibus eorundem, nec sic definita remanet questio, ut factum à Gregorio V. affirmare possimus, quod à Gregorio X. institui potuisse, negatur. Siquidem etsi in controversiam revocari non potest (ut dictum est) id, quod tributum fuerat à Romano Pontifice Ottonibus Imperatoribus, eligere successores, per Gregorium V. transfusum ad Germaniæ Principes, haud tamen adeo liquet, per ipsum fuisse Electores ipsos numero lenario, vel septenario definitos; sed & si factum fuerit, consistere tamen, nequaquam id fuisse usu receptum. De his ergo modo nobis agendum, ac demum à quo potissimum Romano Pontifice id primum invenerimus institutum, in medium adducendum.

Sanè quidem nemo jure incicias ire poterit, post Tertij Ottonis Imperatoris obitum, ducentis & amplius annis, quotquot electi fuerunt Romanorum Reges Imperatores designati, eosdem non septem duntaxat Electorum, sed omnium Principum Germanorum, qui ad Comitatus convenissent, suffragijs fuisse ad Regium culmen electos: quod præterquam singulorum promotiones, perspicuè satis edocent, ut dubitationi nullus possit esse locus relictus, quæ adhuc extant de ipsis promovendis litteræ diversorum Pontificum Romanorum ad Germaniæ Principes datæ, & inter alias, quas Gregorius scribit ad omnes Episcopos, Duces, atque Comites Teutonicos de novi Regis electione faciendâ, si Henricus in Synodo excommunicatus non resipisceret, ostendens, illorum omnium jus esse par in eligendo Rege in Imperium promovendo. Ita etiâ perseverasse tempore Innocentij Papa II.

anno

anno Redemptoris 1200. cùm mortuo Henrico sexto Imperatore, Principes Germaniæ fecerunt inter se, eligentibus alijs Ottonem IV. alijs verò Philippum, literarum ambarum partium ad Innocentium Papam datæ significant, quibus manifestè apparet, non penes septem tantum fuisse jus eligendi, sed penes omnes tam Ecclesiasticos, quam laicos Feudatarios Imperatoris in utraque Germania Principes. Extat scriptus tunc codex omnium illarum Epistolarum, quæ in ea causa ultro citroque datæ fuere, asservaturque in Archivio Apostolicæ Sedis in Castello sancti Angeli in Urbe, nimirum litteræ Balduini Comitis Flandriæ unius ex Electoribus, aliæ Comitum Burgensis & Metensis, eodem munere perfunctus, Adolphi Archiepiscopi Colonienfis, & aliorum, qui elegerunt Ottonem. Quarum litterarum subscriptio est sub hoc tenore:

- ✠ Ego Adolphus Colonienfis Archiepiscopus elegi, & subscripsi.
- ✠ Ego Berardus Paderbornensis Episcopus elegi, & subscripsi.
- ✠ Ego Thietmarus Mindensis Episcopus elegi, & subscripsi.
- ✠ Ego Vuirichindus Condejenfis Abbas elegi, & subscripsi.
- ✠ Ego Gerardus Tudenfis Abbas elegi, & subscripsi.
- ✠ Ego Eribertus Verdenfis Abbas elegi, & subscripsi.
- ✠ Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui & Brabantia, Marchio Romani Imperij elegi, & subscripsi.
- ✠ Ego Henricus Comes de Kake consensi, & subscripsi.

Porro hos omnes legitimos fuisse Electores, ipse Innocentius Papa suis est sæpe litteris testatus ad Germaniæ Episcopos, & Principes datis, eodem codice comprehensis. Sed neque adversarij ipsi negarunt, hos legitimos fuisse Imperij Electores, sed tantum fuisse numero pauciores, obicere, eisdemque auro corruptos ab Anglorum Rege eidem nepoti suo Ottoni favente.

238. Sed ut scias, reliquos Electores Philippo Sueviæ Duci studuisse, quem in Regem elegerunt: ex titulo litterarum earundem ad Innocentium Papam tunc scriptarum sic accipe: Reverendo in Christo Patri, Domino Innocentio sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifici Germaniarum Principes & Magnates in Christo filij, Magdeburgensis Archiepiscopus, Trevirensis Archiepiscopus, Bifuntina Sedis Archiepiscopus, Ratibonensis Episcopus, Frisingensis Episcopus, Augustanus Episcopus, Constantiensis Episcopus, Eichstetensis Episcopus, Vornatiensis Episcopus, Spirensis Episcopus, Brixienfis Episcopus, Hyldeheimensis Episcopus, Imperialis aula Cancellarius Abbas Fuldensis, Abbas Hesvol-densis, Abbas de Tergente, Abbas Ebnacenfis: item Rex Bohemiæ, Dux Saxonie, Dux Baviariæ, Dux Austria, Dux Moraviæ, Marchio de Ruvelberg, alijque Alemanniæ nobiles. Et infra: Magnitudini vestre duximus declarandum, quod mortuo inclito Domino nostro Henrico Romano Imperatore Augusto, collectâ multitudine Principum, Illustrum Domini nostrum Philippum in Imperatorem Romani selij ritè & solemniter elegimus. In fine autem nu-

merantur & alij Principes absentes, qui per litteras consensum præstiterunt. Incipit Epistola: *Existimare non valet ratio &c.* & ista est, ad quam responderet Innocentius illa, quæ habentur descripta in *Capitulo Venerabilem*.

139. Ex quibus redarguas Ostiensem, dum interpretans Decretalem illam, hos, quos ipse Papa redarguit, existimavit, fuisse illos septem vulgatos ore omnium Electores: nam ex his perspicue intelligimus, quàm procul abist, ut temporibus Innocentij Papæ III. septem tantummodo fuerint Electores, cùm liqueat ex dictis epistolis, omnes Imperij Feudatarios Ecclesiasticos, Archiepiscopos, Episcopos, Duces, Marchiones, Comites, & Barones legitimos esse habitos Electores Romanorum Regis designati Imperatoris. Sed neque id mutatum reperitur, cùm anno millesimo ducentesimo duodevigesimo post Ottonem Fredericus secundus creatus est Cæsar, ut apparet ex Comitibus tunc ea de causa habitis. Hæc cùm ita luce meridiana perspicua habeantur: attamen non usque ad Gregorium X. fuit septem Electorum dilata creatio; quæ, à quoniam Romano Pontifice fuerit primitus decreta, & ubi locorum, & qui electi fuerint, certo certius ex Synodalibus Actis in promptu est demonstrare, ut ea tunc affirmare possimus. Et ne de impostura vel levis suspicio possit oriri, ipsos etiam S. Ecclesiæ Romanæ hostes acerrimos, & implacabiles, suis libris asserentes, & in medium afferentes, & aliud licet agentes, id tamen ingenue præsententes, adhibemus testes, quorum alter suis temporibus res gestas conscripsit, & ex Epistolis Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, nec non ex Conciliorum Actis, aliisque publicis monumentis ex integro recitatis historiam texuit; alter verò ex recentioribus hujus temporis Novatoribus, qui in odium, quo flagraret adversus Romanam Ecclesiam, illum è latebris erutum edidit commentarium. Hæc autem, ut exactè percipias, attende.

140. Vixit temporibus illis Matthæus Parisiensis, Monachus S. Albani in Anglia, qui Anglicanam historiam aggressus est scribere ab anno Redemptoris 1066. perduxitque eam usque ad annum 1250. ut in fine ipse testatur his verbis: *Hic terminantur fratris Matthæi Parisiensis, Monachi S. Albani Chronica, quæ pro utilitate posteritatis sublecuturæ, Dei pro amore, & B. Albani Anglorum Protomartyris honore, ne memoriam eventuum modernorum vetustas, aut oblitio deleat, litteris commendavit. His verò mox subiicit versus istos:*

*Virginis à partu jam mille volumina Phœbus,  
Cùm bis centenis, & quinquaginta peregit  
Annua: sed visum non est, sub tempore tanto,  
Aprilis sexto fuerit quòd Pascha Kalendas;  
Dum quinquagenus orbem percurreret annus.  
Hoc tamen evenit anno, cui terminus hic est.  
Addit verò: fluxerunt utique ab Incarnatione  
Domini viginti & quinque annorum quinquage-  
na &c. Hæc ad tempora Auctoris cognoscenda,  
quibus vixit, & scripsit, dicta sunt.*

Qui suis scriptis, quàm fuerit animo in-

fensissimo in Apostolicam Sedem ( juxta illud *Matth. Loquela tua manifestum te facit* ) qui vis facile poterit intelligere ( nisi probra illa fuerint additamenta potius ejus, qui edidit, Novatoris, hæretici hominis, cum peculiare sit illis, libros, quos potuerint, depravare ) dum nulla in eo libro præmittitur occasio carpendi Romanos Pontifices, imò & sine occasione, omnia ipsorum facta in deteriorem accipiens partem, cordis secreta rimans, & in malum sensum semper interpretans, in eos, eorumque ministros acerbissimè invehitur semper, nec parcat unquam, ut planè de illo jure, meritoque dicendum: Malus homo de thesauro suo profert mala; cum & secundum illud dictum Salvatoris, acciderit ipsi: *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tenebrosum erit. Matth. 12.* Dum etiam quæque sancta, quæque justa, ac pia in pravum sensum accipiens sugillat pariter & infamat, sed quid accidit? Cum liber iste indignus luce à majoribus judicatus, occultatus lateret in angulo: his ipsis temporibus nostris, magno præconio tanquam præviâ face, emerit in lucem, Novatoris operâ editus Londini in Anglia anno Redemptoris 1771. A quo libro, si quis demat calumnias, invectivas, dicacitates, & blasphemias in Apostolicam Sedem frequenter iteratas, aureum sanè dixerit commentarium, utpote quod ex publicis monumentis, totidem verbis redditis ( ut dictum est ) egregiè contextum, & coagmentatum invenitur.

142. In quo quidem inter alia nobilia monumenta habentur Acta Concilij Lugdunensis Oecumenici, cui interfuerunt inprimis ipse, qui indixit, Innocentius Papa IV. anno Redemptoris 1245. simulque duo Patriarchæ Orientales, Constantinopolitanus videlicet, & Antiochenus, suamque præsentiam eidem exhibuit Imperator Constantinopolitanus, præter alios Principes, Regumque Legatos, post Præsides diversarum Ecclesiarum. In eo autem post excommunicationis sententiam promulgatam ab ipso Pontifice in Fridericum Imperatorem, post tractationem eorum, quæ spectant ad expeditionem in subsidium Terræ sanctæ, complura alia ad statum Ecclesiæ bene disponendum constituta sunt, & inter alia titulus est additus de Electionibus, ob litium decisionem, in eoque simul septem definiti ab eodem Pontifice Electores Imperatorum leguntur his verbis:

#### Electores Imperatorum.

##### Laici

*Dux Austriæ.*

*Dux Baviaræ.*

*Dux Saxonum.*

*Dux Brabantia, qui & Lovania.*

##### Prælati Principales,

*Archiepiscopus Colonienfis.*

*Archiepiscopus Moguntinus.*

*Salisburgensis.*

Sequuntur hæc: *Isti ducentur in Insulam quandam Rheni, & dimittentur soli in ea, & amovebuntur omnes naviculae, & ibi tractabunt de electione Imperatoris. Nec adveniat aliquis ad eos, donec sint concordēs.* Huic negotio præerit Archiepiscopus Colonienfis, secundus Moguntinus, tertius Salisburgensis. Hæc de Electoribus septenario numero definitis. Stetit numerus conscriptus, perseveravitque in futurum; personæ autem quatuor mutatae, nempe ut pro Salisburgensi positus fuerit Archiepiscopus Trevirensis, proque tribus illis Ducibus, Austriæ, Baviaræ, atque Brabantia, fuerint subrogati Comes Palatinus Rheni, Marchio Brandeburgensis, atque Rex Bohemia, qui potius locum teneret Definitoris, si discrepent Electores, quam unus ex Electoribus ipsis.

A quonam autem, retento Electorum septenario numero, facta fuerit ista mutatio, num ab eodem Innocentio, vel alio aliquo ex ejus Successoribus, hoc ( fatemur ) nos latere. Ex conventionem autem Germaniæ Principum id esse sancitum, qui sui temporis Chronicon scripsit, perduxitque usque ad annum 1256. post dictum sub Innocentio IV. Concilium Lugdunense annos undecim, Albertus Abbas Stadenfis, quod haud pridem Helmstadij culsum est, anno Domini 1587. hæc habet: *Ex praxatione Principum, & consensu, eligunt Imperatorem, Trevirensis, Moguntinus, & Colonienfis.* Et de secularibus: *Palatinus eligit ( inquit ) quia vapifer est; Dux Saxonie, quia Mercator, & Margravius de Brandenburg, quia Camerarius; Rex Bohemie, qui Pincerna est, non eligit, quia non est Teutonicus.* Hæc ipse. Ex quibus illud inprimis intelligere possumus, id ipsis exposcentibus Principibus simul consentientibus ( nam hoc est illud, quod ait ex praxatione Principum & consensu ) factum esse vel ab ipso Innocentio IV. post Lugdunense Concilium vel sub Alexandro IV. cujus aîus secundus incidit in 1256. ad quem dictus Author suum perduxit Chronicon, & non ab ipsis Principibus sua sponte: nam cujus fuit de septem Electoribus legem condere, non alterius, quam ipsius esse potuit, eam aliquo modo mutare, vel quomodo libet moderari.

Elicitur etiam ex dicta Alberti assertionem, ipsum Regem Bohemiæ nondum in Electorem, vel Definitorem inter Electores, ad numerum septenarium coopratum fuisse, ante scilicet dictum annum quinquagesimum sextum post millesimum ducentiesimum, quo ea ipse scribebat, quod verò, qui ab ipso Innocentio electi Principes Electores Dux Austriæ, Dux Baviaræ, & Dux Brabantia, cesserint alijs, inde provenisse videri potest, quod magis cuperent eligi, quam eligere Imperatores, sicque inter eligendos potius, quam inter Electores locum habere maluerint.

Porro ante hæc tempora nullum historicorum invenire est, qui vel nominetenus septem Electorum meminerit. Qui primus horum meminisse reperitur Martinus Polonus, qui claruit eodem Innocentio Papâ IV. in Ottone III. de istis agit his verbis: *Et licet isti tres Ottones per successionem generis regnaverint,*

rint, tamen postea fuit institutum, ut per Officiales Imperij Imperator eligeretur, qui sunt septem, videlicet primi tres Cancellarij, Moguntinus Germania, Trevirensis Gallie, Colonienfis Italia, Marchio Brandeburgensis Camerarius est, Palatinus Dapifer, Dux Saxonie ensen portat, Rex Bohemus pincernam agit. Unde versus

Moguntinensis, Trevirensis, Colonienfis.  
Quilibet Imperij sit Cancellarius horum,  
Et Palatinus Dapifer, Dux portitor ensis,  
Marchio prapostitus Camerarius, pincerna Bohemus.  
Hi statuunt Dominum cunctis per secula summum.

Hæc Martinus, primus omnium Author, qui septem meminit Electorum in Ottone III. referens, quæ postea suo tempore facta essent. Unde irrepit error, ut sub Ottone III. sub quo id ab eo scriptum invenerunt, multi putaverint, septem fuisse creatos Electores, scripserintque à Gregorio factum, quod scriptum repererunt sub eodem Gregorio Papa V. nimirum ab ipso eisdem septem constitutos fuisse Electores. Cùm tamen illud, quod Martinus ait: *Tamen postea fuit constitutum, ut per Officiales Imperij &c.* ad sua ipsius Martini tempora (ut audisti) sit referendum. Et cùm non alius, quàm Martinus (ut dictum est) primus Author hujus assertionis habeatur (nullus enim, quod repetendum est, ante eum repertus est Author, qui vel nominatenus septem Electorum meminerit) ad ipsum alluisse oportuit sanctum Thomam, dum de regimine Principum scribens, hæc obiter ait: *Otto Imperium tenuit usque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus est Otto. Et tunc (ut Historici tradunt) per Gregorium V. genere simpliciter Teutonicum provisus est electio, ut videlicet per septem Principes Alemannie fiat, quæ usque ad ista tempora perseverat, quod est spatium ducentorum septuaginta annorum, vel circiter. Et tantum durabit, quantum Romana Ecclesia, quæ supremum gradum in principatu tenet, Christi fidelibus expediens judicaverit.* Hæc sanctus Thomas, qui, cùm numeret ducentos septuaginta, vel circiter annos à Gregorio V. utique ad ultima tempora ejusdem sancti Doctoris ea est scriptio referenda, cùm ipse obiisse dicatur anno septuagesimo quinto post millesimum atque ducentissimum annum.

146. Caterum etli Martini historia haud excedat tempora, ut quæ perveniat usque ad annos Redemptoris 1276. eam prius editam, annis successioneibus, dum vixit, auctam possumus existimare. Cùm igitur S. Doctor his, quæ asserit de septem Electoribus, ceteri historiarum, nec alia usquam sint inventæ, quæ septem Electorum meminerint, nisi Martini in Ottone III. ipse eum secutus, quod ipsum sensisse putavit, bonâ fide conscripsit, sicut & ceteri postea eadem scribentes fecisse noscuntur. Ex quibus universis manet stabilita Pontificia autoritatis super ipsos etiam Imperatores prerogativa sequens conclusione magis adhuc stabilicnda.

## CONCLUSIO.

147. **E**X Imperij à Græcis in Francos translatione, ac Septemvitorum Imperatoris Electorum designatione, per Pontificiam autoritatem factâ, uti etiam ex sacris Canonibus *Cap. Venerabilem. 34. De electione*, nec non *Clementina unica. De jurejurando.* efficaciter demonstratur Pontificia super Reges Christianos autoritas.

Explicatur. Varia equidem Summorum Pontificum Oecumenica & Apostolica Divinitus constituta supra Reges autoritatis exempla adferebantur in primo & secundo super dicto Canone *Venerabilem à Regalis Sacerdotij Authore* efformatis, & ad nostram reflexionem traductis argumentis. Quia tamen pleraquæ ejusmodi exempla vel in præsentis Disquisitionis ingressu ex prænominati scriptoris tractat. *de libertat. Ecclesie Gallicana* jam fuerunt discussa, vel inferius in quarta nostra disquisitione veniunt ulterius jam examinanda, ideo ijs duximus hic superlegendum, unice proin expensuri ea argumenta, quæ tum ex Imperij à Græcis in Francos translatione, tum Septemvitorum Imperatoris Electorum designatione, per Summos Pontifices factâ, ad præsens institutum nostrum urgeri solent.

## PROBATIO I.

**I**N qua firmatur prædicta Imperij Romani Occidentalis à Græcis per Leonis III. Pontificiam autoritatem facta translatio.

148. Ipsissimam assertionis hujus veritatem probatam dedimus ex ijs, quæ supra à num. 92. ex Authore *Regalis Sacerdotij præf. lib. 1. §. 5. n. 10. & 11.* fusiori stylo adferebamus. Quibus unice superaddendum duximus summum quoddam argumentorum à Bellarmino *de translat. Rom. Imperij. lib. 1. cap. 4.* usque ad caput *septimum* accuratissimâ methodo deductorum. In eo igitur quarto capite ab illo Cardinali adferuntur historicorum supra triginta testimonia, quibus demonstratur, Imperium Romanum Summi Pontificis autoritate à Græcis ad Francos esse translatum. Quorum sufficiat hic nomina expressisse, remittendo Lectorem ad ejusmodi attestationum verba, in ipso Bellarmino revidenda. Hi autem Historiographi sunt Joannes Zonara Author Græcus, Georgius Cedrenus, Paulus Diaconus vivens tempore Caroli Magni, Eginarthus Carolo Magno familiaris, Annales Francorum tempore ejusdem Caroli cæpti exarari, Aimonius, seu Ammonius degens tempore Ludovici Pij, Addo Episcopus Viennensis, Regino Abbas Prumiensis, Vothingus Corbejenfis, Luitprandus, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Dodechinus Mariani continuator, Lambertus Schaffnaburgensis, Otto Episcopus Frisingensis, Godefridus Viterbiensis, Conradus

duc Abbas Urspergensis, Lupoldus Bambergensis, Matthæus Palmerius, Blondus Flaccius, Æneas Sylvius, Joannes Trithemius, Antoninus, Joannes Nauclerus, Robertus Gaguius, Philippus Bergomensis, Joannes Culpinianus, Jacobus Wymfelingius, Polydorus Virgilius, Raphael Volaterranus, Donatus Acciaiolus, Albertus Krantzius.

149. Accedunt hæc testimonia Imperatorum, ac Principum, translationem Imperij à Græcis ad Francos, à Francis ad Germanos Romani Pontificis autoritate factam disertis verbis contestantium; prout à dicto Bellarmino præf. cap. 5. refertur. Inter hos primus est ipsemet Carolus Magnus, cujus in hoc vestigia sunt lecturi Lotharius Ludovici Pij Filius, Carolus Calvus, Albertus Imperator, Henricus VII. Ludovicus IV. Carolus IV. Fridericus I. Michael Imperator Constantinopolitanus, Emanuel Comnenus Orientali Imperio præfectus, Philippus Rex Francorum, ac Principes Electores. Septem insuper Summorum Pontificum testimonijs idiplum firmat Bellarminus præcitatus cap. 6. nempe Gregorij IV. Adriani II. Adriani IV. Alexandri III. Innocentij III. Clementis V. & Pij II.

150. Hæc igitur univèrsa testimonia per extensum videre licet apud præallegatum Cardinalem. Unde mira profectò Maymbourgii supra num. 96. allegata exceptio est, quòd Carolus Magnus Imperium Occidentis jure belli occupasset, Romam verò populi Romani donatione; nec aliud à Leone III. quam coronam, non ipsum Imperium, sed insignia tantum, seu nudam ceremoniam acceperit. Nam idem Bellarminus cit. lib. 1. cap. 7. fulsissimè probat, Imperium haudquaquam jure belli fuisse à Carolo Magno occupatum. Hic enim Regnum Francorum paternam quidem hæreditate obtinuit, ac deinde expugnavit Longobardos, ex eaque viçtoriam Longobardorum Rex appellari cepit: at cum Romanis nunquam pugnavit, neque Romam aliquando vi intravit, utpote semper socius & amicus, postea etiam Patricius Romanorum, hostis & inimicus nunquam fuit, ut historici omnes clamant, speciatim Albertus Krantzius lib. 2. Saxonie, & Eginarthus in vita Caroli. Longobardorum regnum, quod Romana olim provincia fuerat, armis adeptus est Carolus. At si ex hoc titulo dicendus fuisset Imperator, pari prærogativam jam potirentur & Gallie, & Hispanie, & Anglie Regna, cum & ipsa fuerint prius Romana provincia, quam cederent in propriorum suorum Regum jus hæreditarium.

151. Sed numquid à Græcis seu armis, seu spontaneâ cessione Carolus accepit jus Occidentalis Imperij? Ubi equidem Regnum Longobardorum à Carolo fuerat occupatum, Desiderio Rege in captivitate missò, Aldagilus ejus filius sub annum 774. Constantinopolim evadens, exinde anno 776. classe à Græco Imperatore accepta, in Italiam properans, Longobardorum reliquias ad arma capessenda permovit. At Carolus in Italiam pervolans, cum victor evasisset, Aldagilus, desperatis jam rebus, Regni que recipiendi spe frustra, Græciam versus terga vertere compulsus

fuit. Anne igitur ex hoc subsidij Aldagiso ab Imperatore Græco pro recuperanda Longobardia concessi titulo, jus Occidentalis Imperij Græcis ademptum fuisse, dicere fas est, cum, si ex belli ejusmodi titulo justè posset comprobari jus ipsius etiam Imperatorie Majestatis victori obtentum, non unus, sed plures jam in Occidente essent jure appellandi Imperatores? Cæteroque Græcos spontaneâ cessione haudquaquam concessisse jus Occidentalis Imperij, validè probat præcitatus Bellarminus cit. lib. 1. cap. 11. ex Historicorum tum veterum, tum recentiorum attestantionibus, concordî calamo scribentium: Græcos Imperatores, cum primùm ad eos fama perlata est coronationis Caroli, vehementer commotos, ac indignatos fuisse.

Quia porro, dum Imperium Romanum sub Ethnicis adhuc Imperatoribus erat quidem electivum, minimè tamen ex Senatûs, populi que Romani decreto, sed exercitûs placito conferri solitum, Constantino autem Magno Imperij dignitatem in Græciam transferente factum fuerat hæreditarium, quis jam credat, Senatûm, populum que Romanum, quando nullius fermè autoritatis erat, ausum fuisse in Carolo ad Imperium Occidentis promovendo, quod antea, cum floureret, minimè auderet? Hæc super re accuratorem discussionem videre quoque licet apud præcitatum Bellarminum præf. cap. 20.

Quibus proinde sic constitutis, clarè patet, Maymbourgij exceptionem nullius esse valoris, atque adeò Leonem III. Caroli Magni capiti coronam Imperatoriam imponendo, non nudam ceremoniam exhibuisse, sed jus Imperij Occidentalis à Græcis autoritate sua Pontificiâ ademptum, eidem realiter contulisse. Num enim fas est, dicere, hoc Imperij Occidentalis jus potuisse transferri in Carolum, priusquam fuisset de jure abdicatum à Græcis? At numquid seu populo, seu Senatui Romano erat autoritas super Græco Imperatore, legitimum Imperij non tantum Orientalis, sed etiam Occidentalis jus obtinenti?

Nec porro tempore Caroli coronationem antecedente, tale cum Græcis ipsis bellum fuerat, ut iusto belli titulo dici possit spoliâsse Græcum Imperatorem jure Occidentalis Imperij. In quam igitur, nisi Pontificiam autoritatem reduci potest Imperij Occidentalis à Græcis adempti justitia? Etenim Græcorum Imperatorum eum tunc fuisse statum, ut meritò in ipsos stringeretur Pontificie autoritatis virga correctoria, tum ex antecedentibus patet, tum constabit etiam ex dicendis in sequenti secunda probatione. At Ecclesie virga correctoria illius Capiti, ac Pastori Oecumenico, sub indefinitâ quodcumque super terram ligandi ac solvendi potestate, concessa secundum Christi mandatum, carens potest usque ad avulsionem à communione fidelium progredi, ut secundum sacrum contextum, prævalcat etiam ad quodcumque super terram, quâ ad regnum cælorum ordinabile, pro meritis causa vel solvendum, vel ligandum; uti verba Christi sonant, demonstratumque est in antecedentibus.

Quis

Quis verò neget, Imperij jus non quasi *abstractè* sub signatâ *formali* Divinitus constitutâ Regiæ potestatis ratione, sed *concretè* spectatum, quâ Christiani hominis subiecto appropriatâ, reputari etiam debere inter illa quæcunque, super terram in regnum cælorum ordinabilia? Quandoquidem igitur hoc jus Imperij Christiano homini appropriatum, ex sui ad regnum cælorum ordinabilitate, computari debeat inter illa quæcunque super terram, ligandi ac solvendi potestati Pontificiæ per Christum concedita, secundum quod debita in regnum cælorum ordinabilitas, atque ad eò publica Ecclesiæ sanctæ utilitas, seu necessitas exigit: quis Catholico um jam dubitare audeat, Leonem III. sui Oecumenici Pastoralis muneris autoritate Græcos hæreticos Imperatores, publicâ Ecclesiæ necessitate id exigente, legitime spoliâsse jure Occidentalis Imperij? Atqui ex ipso lumine naturæ conspicuum est illud principium, quisquis iusto publicæ autoritatis titulo Principem aliquem etiam supremum spoliât jure sui regni, posse hoc ex ipsissimo ejusmodi iusto titulo sibi vindicare: super hoc namque naturaliter noto principio *moralis*, unice fundatur æquitas possidendi, & in dominium suum redigendi provinciam alicujus Principis bello iusto occupatam. Quia igitur Summus Pontifex Leo III. iusto titulo Græcis ademit Imperium Occidentale, iccirco secundum illud naturalis luminis principium, quâ cum præadducto fidei luminis principio combinatum, ipsimet Pontificiæ suæ potestati acquisivit Occidentalis Imperij jus, ac proinde ob Caroli Magni in Ecclesiâ merita prius enarrata, & in *proximè subsequenti probatione* ulterius recensenda, jure in hunc Franciæ Regem transtulit illud Imperium: sicque adeo Caroli Magni per Leonem III. peracta coronatio non fuit nuda cæremonia, sed stipata autoritatâ Imperatoriæ dignitatis collatione.

## PROBATIO II.

Prioris continuativa, argumentique *precedenti* §. à n. 92. deducti confirmatoria.

155. DEMONSTRATO jam legitimo Pontificis Romani jure, ad Occidentalis Imperij in Carolum Franciæ Regem factam translationem, attentis etiam, quæ tum ex Authore *Regalis Sacerdotij antecedenter*, tum proximè ex Bellarmino seu historicorum, seu Imperatorum, ac Principum, seu Summorum Pontificum attestationibus proferebamus, haud difficile est judicare, quòd etiam *ex parte facti* interveniat talis rei status, ut per jus illud Oecumenici Pastoris, Ecclesiæque virgam correctoriam supra quocunque super terram ad regnum cælorum ordinabili, secundum publicam præcipuè fidei ac Religionis utilitatem, seu necessitatem protendi potentem, omni ex parte fuerit iusta Imperij Occidentalis à Græcis in Carolum Magnum translatio. Cujus iustitia, quantum est *ex parte facti*, ut magis adhuc eluceat, operæpretum est visum, succinctam ejus rei seriem historicam ex Hermanni Hermis *Jure publico* cap. 3. à n. 3. hic attexere.

Cum nempe Romani Pontifices ab Orientalibus Imperatoribus contra Longobardorum sævitiam opem implorassent, frustra autem, tum quòd vix vires suppetèrent ijs propter vicina loca à Saracenis, Avaribus, Bulgaris & Hunis, & alijs tuenda, tum quòd Constantinopolitani Imperatores in Iconomachia hæresin lapsi, cum Pontificibus, ipsorum hæresi adversantibus, similitates habebant, qui non tantum sacras Imagines Constantinopoli, & in Oriente impiè abradi jussent, sed idem Romano Pontifici sub pœna mortis persuadere volebant; quorum amentiam Gregorius II. Pontifex non solum contempsit, sed etiam in Missarum solemnij Orientalis Imperatoris nomen reticere voluit, ejus imaginem Romæ in nummis cudi, & Leoni Iaurico tributa & vestigalia tam Italiæ, quam Urbis Romæ sub anathemate solvi vetuit, unde quiddam in Occidente Imperatoribus Constantinopolitanis supererat, amiserunt. Hinc Pontifex Gregorius II. ad Francorum Regum opes longè lateque per Occidentem florentes confugit, eos contra Longobardos evocando, cumque Carolus Martellus Francorum Dux pro Papa Gregorio apud Luitprandum Regem precibus egisset, ejusque filius Pipinus vel hortatu, vel rogatu Stephani Papæ contra Arbulphum armis usus esset. *Cap. Hortatu. 10. 23. q. 8. tandem paternæ & avitæ pietatis hæres Carolus Magnus Romanam Sedem & Urbem pro Hadriano Papa contra Desiderium Longobardum tutatus est. dicto cap. 10. juncto cap. Hadrianus. 22. dist. 63. & devictâ Papiâ cepit Desiderium Regem. dicto cap. 22. Qui Carolus, cum Sedem Romanam opibus, & temporali ditione extolleret, Ravennam cum Exarchatu &c. de Longobardis capta Sedi Apostolicæ largitus esset, à Papa, Francorum primò, mox Longobardorum Rex inunctus & Patricius Romanorum creatus, quæ tum suprema in Urbe erat dignitas. Cum insuper in Occidente Constantinopoli Eirene mulier, filio Constantino oculis privato, Imperij habenas sola traheret, hæc occasione Leo III. Papa populi scitu, & Cleri rogatu, Carolum Magnum ob egregia in Christianum nomen, & Romanam Sedem merita, Romanorum Imperatorem Occidentis primò, & inunctum, ac diademate aureo redimitum Augustum appellavit 8. Calendas Januarij, ipso die Natalis Christi anno Christi 801. & sublecuta est mox populi acclamatio. Sicque primus ex Francis Romæ Veteris, & Occidentis Imperator creatus est, Majorum Romano more, regnandi jure Occidenti restituto. *Coring. de Rom. Imp. n. 24.**

Quâ *facti* specie ob oculos positâ, eam conferendo cum ijs, quæ ex *Divini* Juris oraculis, naturæque lumine notis principijs inter se combinatis, per consequentiam verè Theologicam sunt deducta, cuius haud difficulter patebit jam omninò probata iustitia illius actûs, quo Leo III. Imperium Occidentale Græcis iustè ademptum, jure meritò transtulit in Franciæ Regem Carolum Magnum. Ex quo seu virgæ correctoriæ, seu autoritatis



thoritative, quodcumque super terram, quâ ad regnum cælorum, seu publicam Ecclesiæ necessitatem, aut utilitatem ordinabiles solvendi, vel ligandi potestatis jure, facile quoque evincitur iustitia illorum à varijs Pontificibus super Reges & Principes exercitorum actuum, & supra §. 2. n. 33. recensitorum, ac reductorum ad Pontificiæ super Reges ac Principes potestatis protensionem comprobendam.

158. Unum superest, super quo dubium moveri posset; An, si ex Longobardie Regibus adhuc Ethnicis contigit, Ecclesiæ Romanæ jura turbare, indeque à Pontifice accitis Gallie Regum armis, Regno suo, seu ejus saltem parte spoliari, quo iustitia titulo id fieri potuerit, dum hujusmodi Rex Ethnicus non subieceretur illi Pontificis Occumenicæ potestati? Verùm ista difficultas haud dispar est ab illa, quæ hujus Articuli 1. Disquisit. 1. n. 21. & 22. ac 23. mota, & soluta fuit. Etenim si duæ, quarum neutra est alteri subordinata, supremæ potestates eatenus concurrant, ut una involvet in jura alterius, tunc illi hæc potest justo bello hanc injuriam publicam eatenus à se propulzare, ut secundum luminis naturalis certa principia, victor possit, hostem jure suo Regio spoliare, sibi que regni bello parti jus vindicare. At de fide est, Papæ auctoritatem esse supremam, quæ nullum in terris superiorem valeat agnoscere. Hoc igitur fidei principium cum illo naturalis luminis principio combinando, Theologicè inferitur, Papam posse ad Regem etiam Ethnicum, sibi licet minimè subjectum, attamen Ecclesiæ publicum hostem, juriumque ejus aggressorem debellandum, auctoritate suâ Pontificiâ in subsidium accersere Regum Christianorum arma, eamque ab hisce devictum spoliare jure regni sui, atque hoc vel sibi vindicare, vel Regibus, quorum armis vindicatur sunt ex contra Deum, ac Christum, ejusque Ecclesiam, auctoritatemque supremam Occumenicam, ab Ethnicis Rege illata injuriæ.

#### PROBATIO III.

Petita ex Cap. Venerabilem 34. De electione.

159. EX hujus namque sacri Canonis litterâ patet, Pontificem in eo esse intentum servandæ iustitiæ, tum sibi, tum Germaniæ Principibus debitæ, quibus jus esset eligendi Regem in Imperatorem postea promovendum. Eo ipso autem, quod jus eligendi ad Principes Germaniæ pervenerit ab Apostolica Sede, Romanum Imperium à Græcis in personam Caroli Magni, sicque in Germaniam transferente, iustitia exigit, ut Principes Germaniæ hoc jus in Sede Apostolica recognoscant, quemadmodum aliqui & litteris, & suâ præsentia recognoverunt in tantum, quod jus & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendum ad Imperium, spectet ad summum Pontificem, à quo & inungitur & coronatur. Hoc verò examinandi jus ejus debet esse conditionis, ut eicere valeat Electum, si repertus fuerit inhabilis; quemadmodum declaratur *ibidem*, reprobando indignam perso-

nam Ducis, à plerisque Principibus jus eligendi obtinentibus perpetua electam, ut propterea meruerint pro ea vice amittere hoc privilegium, qui permisâ abusi sunt potestate.

Excipiet aliquis, hæc à Summo Pontifice asserta, non tam probari, quam supponi.

Verùm quod *ibidem* supponitur principium, in eo se tenet, ceu totius Canonice illius sanctionis principium, quod nempe Sedes Apostolica à Græcis in Carolum Magnum, indeque in Germaniam translulerit Romanum Imperium. Hæc autem translatio per Sedis Apostolicæ auctoritatem facta, est indubitata veritatis, dum nulli seu populo, seu Regi, seu cuicumque alij politicæ potestati potuerit alia esse auctoritas super Imperatorem Græcis ad eos privandos jure Occidentalis Imperij, dum neque justus belli titulus ad hoc faciendum tunc intervenerat; prout hæc *superius* extant clarè probata. Econtra verò respectu Occumenicæ & Apostolicæ potestatis, tam in via *Facti* intercessisse causæ æquitatem, quam pro via *Juris* ad id præstandum intervenisse auctoritatem ex parte Summi Pontificis, extat *superius* probatum ex indubitatis fidei principijs. Et hinc dum certò noscitur, nullo id negare unquam auso, Carolum Magnum in Occidentis Imperatorem à Summo Pontifice coronatum esse, cum anteedenter ad istam coronationem, nullâ prorsus politicâ, sed solius Papæ auctoritate potuerit facta fuisse Romani Imperij à Græcis in Carolum Magnum translatio, indubitanter verum supponi debet, quod coronatio illa stipata fuerit auctoritative per ipsum Pontificem coronantem factâ, juris Imperatorij in Carolum translatione.

At hoc præsupposito, non jam ex generalibus duntaxat Pontificiæ super Reges sacris Litteris probatæ auctoritatis principijs, sed ex speciali jure, Summus Pontifex potuit, ac etiam pro semper potest sibi vindicare potestatem tum confirmandi Regem Romanorum electum, sub prævio de habilitate examine promovendum in Imperatorem: tum consequenter reprobandi, si repertus fuerit inhabilis. Eo ipso autem, quod Pontificiâ auctoritate sic ad Germanos translatum sit Imperium, speciali insuper jure Sedes Apostolica habeat sibi obstrictum Imperatorem, ut teneatur Ecclesiæ Romanæ esse defensor & advocatus. Ex hoc autem speciali jure fas est eidem Sedi Apostolicæ, si electus repertus sit inhabilis, ac ea propter reprobandus, providendi sibi de Imperatore, alterutri Electorum inter se divisorum parti accedendo, ne Sedes Apostolica carere debeat advocato & defensore, sicque Electorum culpa redundet ipsi in poenam. At verò ex illo ipso etiam principio de Occidentis Imperio per auctoritatem Pontificiam in Germanos translato sit insuper consequens, Summo Pontifici fuisse inde jus questum, tum statuendi de norma electionis hujusmodi, tum consignandi certos Principes, quibus hoc eligendi jus appropriaretur.

Probatur istud subsumptum. Nam ipsa ratio naturalis dicitur, jus Imperij legitimâ auctoritate adeptum Græcis, in hunc primitivum

concessisse, qui hoc jus Græcis legitime ademit. Ex quo proinde eatenus est derivatum in Carolum Magnum, ut penes ipsius stirpem masculinam subsisteret jure hæreditario, quamdiu supererat, qui habilis esset gubernando Imperio, cujus habilitatis ratio ab Ecclesiastica potestate, ex præinsinuatæ Juris titulo diducenda fuerat, ubi Carolo Simplici, ultimo ex Carolinâ masculinâ stirpe progenito repudiato, Magnates Germaniæ Ducem Saxonie Imperio præficiendum sanxerunt. Ubi namque jus hæreditariæ in Imperio Occidentali successione, in Carolina stirpe exspiravit, penes Principes Germaniæ jus eligendi Imperatorem, nullo justo titulo subsistere poterat, nisi dependenter à Sede Apostolica, à qua jus Imperij à Græcis justè ademptum, in ejus potestatem transferat, & hinc in Carolum Magnum, ejusque masculinam duntaxat stirpem successione hæreditariæ titulo translatum fuerat, penes Sedem Apostolicam resistente radicati quasi primævi juris, uti dictum, sibi quæsitæ facultate. Ex cujus proinde dispositione necessario pendere debuit ulterior Imperij intrâ Germanos prorogatio, dum isti neque hæreditariæ respectu Caroli Magni successione ratione, neque alio super jus Imperij à Græcis adempti justo titulo, ex tunc poterantur.

PROBATIO IV.

Desumpta ex Clementina unica. De jurejurando.

163. EX hæc namque Clementis V. in Concilio Viennensi editâ constitutione constat, Germanos Principes Orthodoxos haud indignum reputasse, ut sua submitterent capita Romano Pontifici, à quo approbationem personæ ad Imperialis celsitudinis apicem assumendam, nec non hujus unctione, & Imperij coronam accipiunt. At eo ipso, quod ista coronatio non sit nuda, sed stipata jure approbandi, seu confirmandi, aperte sequitur, quod in vi hujus juris, Romano Pontifici sit autoritas superioritatis erga Imperatores, idque non ex generali duntaxat super cunctas Christi oves, eorumque quodcumque super terram morale, quæ in regnum cælorum ordinabile, Oecumenicæ potestatis titulo, sed ex hoc insuper in eadem Clementina asserto fundamenti specifico, quod Sedis Apostolicæ autoritate jus Imperij à Græcis ademptum, sit translatum in Germanos.

164. Ex quo proinde specifico Ecclesiæ Romanæ erga Imperium Romanum titulo, non potuit non esse consequens, ut, postquam extinctâ stirpe Carolinâ, nullum in Imperio Romano hæreditariæ successione jus supererat, Imperatoris dignitatis in Germanis prorogatio, penderet ex eadem Sede Apostolica, utpote jus Imperij à Græcis adimite, atque in Carolum Magnum, ejusque stirpem masculinâ transferente, nec, sub primæva ejusdem juris translatione ulteriorem stirpe Carolinâ successione statuente. Unde hæc stirpe extinctâ, opus fuerat novâ provisione super talem pro futu-

ro prorogationem, non per alium potente fieri, quam ab illo, qui Imperium Græcis ademptum, sui primitus juris fecerat. Ex cujus proinde juris titulo præfatus Pontifex in dictâ Clementinâ merito subinferebat, à Sede Apostolicâ ad certos Principes jus eligendi Regem, in Imperatorem postea promovendum, pervenisse.

165. Ex eodem etiam titulo jus specificum est Romano Pontifici, Regem Romanorum à Principibus electum, & ab illo approbatum, secundum dictam Clementinam adstringendi vinculo juramenti, prout tam mos observationis antiquæ temporibus novissimis renovatæ, quam forma juramenti hujusmodi factis inserta Canonibus dist. 63. Cap. Tibi soli, manifestant.

PROBATIO V.

Petita ex jure eligendi Imperatoris, certis Germaniæ Principibus concessio à Summo Pontifice.

166. Quæ in argumento quinto circa hanc rem deducta habentur, videri possunt sufficere ad prælens institutum. Ne tamen hæc etiam in parte sterilem simus, ex Bellarmino sequentes instituti hujus probationes hic producendas duximus. Hic igitur S. R. Ecclesiæ Cardinalis lib. 3. de translat. Imperij cap. 3. contra Illyricum Lutheranæ hæreseos sectatorem argentem, jus eligendi Imperatorem auctoritate Summi Pontificis esse certis Germaniæ Principibus concessum, hunc in modum procedit.

167. Primus, inquit, hujus rei testis sit Innocentius III. quem Illyricus testem esse dicit omni exceptione majorem, is enim disertis verbis testatur, à Sede Apostolicâ ad certos Germaniæ Principes potestatem eligendi Reges Romanorum pervenisse. Verum (inquit in Epist. ad Ducem Thuringiæ, unde extat cap. Venerabilem. De electione) illis Principibus jus, & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus, ut debemus, ad quos de jure, & antiquâ consuetudine noscitur pertinere: præsertim cum ad eos jus, & potestas hujusmodi ab Apostolica Sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in persona magnifici Caroli à Græcis transfuit in Germanos. Hæc ille. Qui etli non meminit Gregorij V. tamen id affirmat, quod potissimum hoc loco probare intendimus. Innocentium sequuntur ex Italicis, & Gallicis scriptoribus Henricus Hostiensis, S. Thomas Aquinas, B. Augustinus Triumphus, Alvarus Pelagius, & Joannes Villanus, supra citati: nec non Philippus Bergomensis lib. 12. Supplementi Chronicorum: Blondus Flavius lib. 3. Decadis 2. Baptista in vita Gregorij V. Raphael Volaterranus lib. 22. Antropologie: Polydorus Virgilius lib. 4. de Inventoribus rerum. c. 7. alias 10. Item Joannes Andreas in cap. Ad Apostolicam. De sent. & re judic. lib. 6. & in Cap. Venerabilem. De elect. Cardin. Floren. in idem cap. Venerabilem. §. 1. col. 3. in 6. quest. num. 7. Alterius in lib. Bene à Zenone. num. 5. de quadriem. præscript. Baldus in sua Margarita. verbo Annus. S. Antoninus part. 3. tit. 22. cap. 5. §. 13. Andreas Alciatus (quem

virum doctissimum, atque historiarum peritissimum vocat Illyricus pag. 57. in Commentario Legis Bona civitas. ff. De verb. significat. & in libro de singulari certamine cap. 32. Multi præterea cum Jureconsulti, tum Historici, quos longum esset recensere.

168. Ex Germanis habemus in primis Jordanum quendam, quem ipse Illyricus citat pag. 90. cujus hæc sunt verba in lib. de Translat. Imperij. Factum est, quod S. Carolus Magnus Imperator de consensu, & mandato Romani Pontificis ordinationem sibi Divinitus inspiratam instituit, & præcepit, ut Imperium Romanorum apud electionem Canoniceam Principum Germanorum in perpetuum remaneret. Hæc ille. Certè autè, si Carolus Imperator jussu Romani Pontificis Electores Imperatoris instituit: ejus institutionis auctor primus, ac præcipuus Summus Pontifex fuit. Si quidem in re quavis, major est auctoritas ejus, qui jubet, quam ejus, qui alterius jussu exequitur.

169. Jacobus quoque Wymphelingius, auctor item Germanus, in Epitome Rerum Germanicarum cap. 20. sic ait. Gregorius, cognita Imperij imbecillitate, varietatèq. fortune: utque is, qui cæteris virtute præstaret, præesset etiam dignitate: sanctionem talit, haud abnuente Othone, de Imperatore deligendo, Anno Christi 1002. quam usq. ad nostra tempora servatam videmus, videlicet solis Germanis licere Principem eligere, qui Cæsar, & Romanorum Rex appellatus, tum demum Imperator & Augustus haberetur, si eum Romanus Pontifex inunxisset.

Albertus Kranzius, & ipse Germanus l. 4. Saxonie cap. 25. Gregorius (inquit) ad undecimum, quo abfuerat, mensẽ restitutus, acerrimam de accepta à Romanis injuria ultionem sumpsit. Paulo enim postea, quam redierat, eam fecit de Imperatoris electione sanctionem, quam hucusq. per annos jam quingentos servatam videmus, solis licere Germanis, qui inde Electores sunt dicti, Principem deligere; qui Cæsar tunc, & Romanorum Rex dicitur, si à Romano Pontifice coronabitur, Imperator Augustus appelletur.

Joannes Nauclerus natione Germanus, in 2. volumine Chronographia generatione 34. ita scribit: Salvari potest, quod ex monumentis Aquilejensis Ecclesie traditum invenitur, sanctionem de Imperatore à Germanis deligendo, Sylvestri temporibus factam esse, etsi Gregorius sanctionem instituerit, ille tamen Sylvester electionem primam juxta sanctionem factam approbavit. Et intra: Anno salutis secundo supra millesimum, Othone III. mortuo, Germani Electores concesserunt juri per sanctionem Gregorij V. & Othonis III. primùm innitentes, Henricum Ducem Bavariae, Comitẽ Bambergensem, Claudium postea dictum, Cæsarem declarant. Hæc ille.

His adde Joannem Carionem lib. 3. Chronici, & Joannem Cuspinianum in vita Othonis III. & ipsam Illyricum cum collegis suis Magdeburgensibus Centuriatoribus. Omnes enim isti disertis verbis docent, aut Gregorij Pontificem, aut certè Othonem, ope & autoritate Gregorij sanctionem illam de Electoribus edidisse. Ac ut Illyricus intelligat, quanti faciamus gravissimam ejus, collegarumque ipsius auctoritatem, testimonium jam ante in cap. 1. adscriptum, hoc etiam loco in ejus gra-

tiam iterum adscribemus. Sic igitur habet Cent. 10. cap. 10. col. 546. Gregorius suam patriam insigni aliquâ dignitate ornaturus, sanxit, ut penes solos Germanos jus esset eligendi Regem, qui post diademata à Romano Pontifice acceptum, Imperator & Augustus appellaretur. Hæc ille.

Accedant postremò gravissima testimonia, unum Concilij Generalis, alterum ipsorum Electorum. Exstat enim in Clementina. Romani Principes, De jurjurando. decretum Concilij Viennensis Generalis, in quo hæc habentur verba: Ecclesia Romana à Græcis Imperium transfudit in Germanos, & ab eadem ad certos eorum Principes jus, & potestas eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, pervenit. Exstat item Electorum Imperij publicum Instrumentum ad Nicolaum III. Pontificem missum, ex autographo descriptum, quod Romæ in arce Angeli conservatum ex integro ibi profert prædictus Cardinalis, in cujus exordio inter cætera in rem præsentem facientia, aperte dicitur: Quod Romana Ecclesia in Germania plantaverit Principes tanquam arbores præelectas, quibus dederit illud potentie mirandæ incrementum, ut ipsius Ecclesie auctoritate sussultis, per ipsorum electionem, illum, qui fræna Romani teneret Imperij, germinarent.

S. V.

Referuntur nostratis sententia argumenta Ex Cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi. Ex Cap. Grandi. De supplendâ negligentia Prælator. in 6. & Extravagante unica. Si Fratrum. Ne Sede vacante.

#### ARGUMENTUM I.

Ex Cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi.

Author Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. §. 2. argumentatur I. ex præcitate Innocentij III. sacro Canone ita se habente: Tua nobis humilitas supplicavit, ut filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis, quod minus tibi succederent, natalium obiectio non noceret &c. Videbatur autem (ea supplicatio tua) ex eo trahere majorem audaciam postulandi, quod cum Regis Francorum filijs de benignitate Apostolica Sede dispensavimus &c. Rationibus autem hisce inducitur, Regi gratiam fecimus requisiti, causam tam ex Veteri, quam Novo Testamento trahentes, quod non solum in Ecclesie patrimonio, verum etiam in alijs Regionibus, certis causis inspectis, temporalem jurisdictionem casualiter exercemus, non quod alieno juri præjudicare velimus, sed quia, sicut in Deuteronomio continetur: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium intra portas videris verba variari; venies ad Sacerdotis Levitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, & facies, quæcunque dixerint, qui præsumt loco, quem elegerit Dominus, sequerisque eorum sententiam; qui autem lu-

per-

perberit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, decreto Judicis morietur.

172. Sanè cum Deuteronomium Lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, ut, quod ibi decernitur, habere in Novo Testamento servari: locus enim, quem elegit Dominus, Apostolica Sedes esse cognoscitur &c. Sunt autem Sacerdotes Levitici generis Fratres nostri, qui nobis jure Levitico in executione Sacerdotalis officij Coadjutores existunt. Is verò super eos Sacerdos, sive iudex existit, cui Dominus inquit in Petro: Quodcumque ligaveris super terram, erit & ligatum in cælis &c. Eius Vicarius, qui est Sacerdos in æternam secundum ordinem Melchisedech, iudex vivorum & mortuorum. Tria quippe distinguit iudicia, primum inter sanguinem & sanguinem, per quod criminale intelligitur & civile. Ultimum inter lepram, & lepram, per quod Ecclesiasticum denotatur & criminale. Medium inter causam, & causam, quod ad utrumque refertur tam Ecclesiasticum, quam Civile: in quibus, cum aliquid fuerit difficile & ambiguum, ad iudicium est Sedis Apostolicæ recurrendum, cuius sententiam, qui superbiens contempserit observare, mori præcipitur, id est, per excommunicationis sententiam velut mortuus à communione fidelium separari. Paulus etiam, ut potestatis plenitudinem exponeret, ad Corinthios scribens, ait: Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia? Licet igitur cum filiis sepe dicti Regis (de quibus, an fuerint legitimi ab initio dubitabatur) duxerimus dispensantem: quia tamen Lex tam Mosaicæ, quam Canonica sobolem susceptam ex adulterio detestatur, testante Domino, quod spiritus usque ad decimam generationem in Ecclesiam non intrabunt: Canone verò vetante, tales ad sacros Ordines promoveri: secularibus quoque legibus non solum repellentibus eos à successione paternâ, sed negantibus ipsis etiam alimenta: petitioni tuæ non duximus annuendum.

173. Ex qua proinde Decretali dictus Summus Pontifex apertè testetur, se in locis, dominio suo temporali subiectis, plenam exercere jurisdictionem temporalem, in alijs verò locis non plenam, sed limitatam, certisque ex causis: idque jure non tam voluntarij compromissit (de quo nullum dubium esse potuit, cum hoc non in solam personam Summi Pontificis cadat) sed jure Divino expresso Deuteronom. 17. & ad Corinth. 1.

Objectio.

174. Ex hac ipsâ ratiocinatione videtur difficultas excitari, quomodo dispensatio pro filiis Regis Francorum facta, filiis autem Comitissæ Pessulani negata, reduci valeat in jus Deuteronomij?

Responsio.

175. Verùm tota causæ istius expeditio videtur explicari posse sub isthâc formâ syllogistica. Quæ enim potestas iudicialia discernendi inter sanguinem & sanguinem, inter causam & causam, jure Deuteronomij competeat sacerdotio Veteris Testamenti, majori cum eminentiâ est per Christum in Novo

Testamento concessa autoritati Apostolica, in Romano Pontifice jam subsistenti. At ipsissima hæc Apostolica autoritatis Petri successori Romano Pontifici competentis potestas continetur Christi Domini verbis: Quodcumque ligaveris super terram, erunt ligata & cælis, & quodcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis. Hæc verò Clavium potestas non est minoris virtutis, ac fuerit Apostolica Paulo delegata autoritas, quam ad facultarium causarum iudicium protendi, apertè contestatus est is Apostolus: eò vel maxime, quod Petro, eiusque successori per Christum destinata Clavium potestas, clarè extendatur ad quodcumque super terram pro causarum meritis seu solvendum, seu ligandum. At eo ipso, quod ista Clavium potestas ex Christi Domini institutione, habeat ordinem ad regnum cælorum, non nisi sub statu causæ, salutem æternam, Ecclesiæque sanctæ Bonum, seu fidei, ac Religionis veteræ publicam utilitatem respicientis, ad usum reduci potest. Hoc igitur ad regnum cælorum servato ordine, Summus Pontifex Innocentius III. secundum causarum differentias, uni meritò concessit, alteri jure negavit, Juris tum Canonici, tum Civilis dispensationem, in ordine ad temporalis quoque hæreditatis, ex legum Civilium dispositione illegitimis denegatæ successione.

ARGUMENTUM II.

Petitionem ex Cap. Grandi. De supplendâ negligentia Prælatorum, in 6.

176. Auctor Regalis Sacerdotij præf. §. 10. n. 3. Argumentatur 2. ex præallegato Canone Innocentij IV. rescripto ad Barones & Comites Portugalliæ ita se habente: Mandamus, quatenus dilectum filium nobilem virum Regis Portugalliæ fratrem de devotione, probitate, ac circumspectione multipliciter commendatum, præsertim cum ad defensionem Ecclesiarum, monasteriorum, aliorumque piorum locorum Regni præfati, & personarum Ecclesiasticarum, nec non viduarum, orphanorum, & cæterorum ibidem degentium sit assumptus, cum ad vos accesserit (fidelitate, homagio, juramento, seu pacto si aliquibus fortè præfato Regi, vel cuicumque personæ tenemini, aut etiam ipsius Regis prohibitione nequaquam obstantibus) in civitatibus, & munitioibus Regni prædicti, cum omnibus suis recipere absque difficultate qualibet procuretis. Alioquin Venerabilibus Fratribus nostris Bracharensi Archiepiscopo, & Episcopo Conimbricensi damus in præceptis, ut vos per censuram Ecclesiasticam, appellatione remotâ, compellant. Per hoc autem non intendimus memorato Regi, vel ipsius legitimo filio prædictum Regnum adimere: sed potius sibi, & eidem Regno destructioni exposito, ac vobis ipsis consulere.

177. Ex qua Decretali præcitatus Auctor infert, manifestum hinc reddi, Regno, & Ecclesiâ periclitante, cujus Advocati sunt Reges, posse Summum Pontificem, legitimum alioquin Regem administratione privare, Coadjutorem illi, aut Vicarium dare, subditos juramento fidelitatis absolvere &c. Et hæc omnia

nia præstare Pontificem suo jure, in conspectu totius Gallie, utpote intrâ Concilium Universale Lugdunense, ejusdem Gallie Prælati ibidem præsentibus, nequidquam refragantibus ei Pontificæ in Galliis exercitiæ potestati.

## Reflexio.

178. Super isthac ratiocinatione faciendo reflexionem, videtur, singularis argumenti pondus Pontificæ supra Reges authoritati accessisse ex Gallie Episcoporum in Concilio Lugdunensi tunc coadunatorum tacitâ comprobatione, cum nisi in jure Divino fundata esset ea potestas, merito debuissent Pontifici resistere, ad evitandas gravioris momenti consequentias, suum quoque Regem attingentes.

179. Sed quod, inquires, est jus Divinum Pontificæ supra Reges potestatis constitutum, nisi clavium à Christo sancta authoritas, sub ordine ad regnum cælorum, atque adeo in Ecclesiæ, ac Religionis sanctæ necessitate, potens quodcumque super terram seu ligare, seu solvere? Quandoquidē igitur in illa Decretali Innocentius IV. pro lux constitutionis fundamento posuerit Regni illius ex Regis inhabilitate periclitantis necessitatem spiritualem Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumque piorum locorum, vel etiam miserabilium personarum ex virtutis seu Religionis, seu pietatis, ac misericordiæ exigentiâ merito sublevandam, ejusdem Regni propemodum destruendi necessitate temporali non aliter, quàm in ordine ad Ecclesiæ Bonum, publicumque Religionis, aliarumque virtutum utilitatem præ oculis habitâ; ideo in aperto est, illam Decretalem optimè fundari in indefinita supra quodcumque, quod est super terram, quâ ad Regni cælorum ordinem reducibile, protensa Clavium Apostolicarum potestate.

## ARGUMENTUM III.

Desumptum ex Extravagante unica. Si Fratrum. Ne Sede vacante.

180. A Uthor Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. §. 8. argumentatur 3. ex præallegatâ Extravagante Ioannis XXII. cujus tenor est talis: Si Fratrum, & Coepiscoporum, & aliorum quorumlibet jura illibata servari, & ab omni fortè dispendio diminutionis extranea cupimus, multò fortius pro nostris, & Romane Ecclesiæ sponse nostræ juribus & honoribus conservandis, ex injuncto nobis officij debito, Apostolica provisionis partes tenemus impendere, ne temporibus nostris usurpationis injuriam subeant. Sanè in nostram & Fratrum nostrorum deductum est notitiam, quod, licet de jure sit liquidum, & ab olim inconcusse servatum, quod vacante Imperio, cum in illo ad secularum Iudicem nequeat haberi recursus, ad Summum Pontificem, cui in persona Petri, terreni simul & cælestis Imperij jura Deus ipse commisit, Imperij prædicti jurisdictio, regimen, & dispositio devolvantur &c. Nos igitur volentes nostris, & Ecclesiæ nostræ juribus & honoribus in hac parte prospicere, & malis, ac scandalis, que ex retentione,

assumptione, seu resumptione hujusmodi orta sunt hætenus, nec non periculis animarum salubriter occurrere cupientes, presentium autoritate monemus omnes sub excommunicationis penâ, cuiuscumque status &c. existant, etiamsi Regiâ &c. præfulgeant dignitate, qui post vacationem Imperij absque Nostrâ, vel Sedis prædictæ licentiâ hujusmodi Vicarij nomen assumpserunt, vel retinuerunt, ab usu, potestate & exercitio supra dictis prorsus abstineant, & omnino desistant. Et ut quibuslibet parendis talibus tollatur occasio, omnes & singulos, qui hujusmodi Vicariatus nomen retinentibus juramento fidelitatis tenentur adstricti, à juramento hujusmodi, quantum ad hoc, de potestatis plenitudine absolventes, Apostolicâ auctoritate firmiter inhibemus eisdem, ne talibus ut Vicarijs, vel Officialibus Imperij, aliquatenus pareant, vel intendant &c.

Ex qua Decretali Auctor præcitatus infert, 181. clarè patère, quod Petro cælestis simul & terrestrius jura Imperij sint commissa. Unde quando secularis Judicis copia non est, recurri ad Summum Pontificem posse: & si propter eligentium discordias, Imperium & consequenter Ecclesiâ, cujus Advocatum Imperator agit, periclitatur, posse summum Pontificem Electis & Electoribus imperare, quæ componendæ paci necessaria fuerint.

## Reflexio.

182. Super hac ratiocinatione animadvertendum occurrit, quod in communia duntaxat authoritatis Oecumenicæ jura superius deducta reduci videatur, cum tamen præacti Canonis constitutio fundata credi possit super jus speciale Summi Pontificis, radicatum ex Imperij Græcis adempti in Germanos translatione, cum cæteroqui difficile foret, Imperij vacantis vicariatus ad Sedis Apostolicæ arbitrium, verbis, ut sonant, adeo illimitatis revocare. De quo prout puncto inferius accuratorem habebimus discussionem.

## CONCLUSIO.

183. Pontificia super Reges authoritas, publicâ præcipuè Ecclesiæ, seu Religionis necessitate exigente Regiæ potestatis seu confirmatoriam, seu moderativam provisionem, seu singularem etiam quoad temporalia dispensationem Apostolicam, liquidò demonstratur ex Cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi. Ex Cap. Grandi. De supplicâ negligentia Prelatorum. in 6. ac Extravagante unica. Si Fratrum. Ne sede vacante.

Explicatur per argumenta præcitati Canonis Per venerabilem. Ex cujus visceribus à n. 171. inducitur in signis ex Antiqui Fœderis sacris Litteris, Novique Testamenti Divinis oraculis inter se collatis Oecumenicæ Pontificæ authoritatis super causas quæ Civiles protense probatio, quam sub syllogisticâ expensam methodo ostendimus, magnâ pollere rationis Divinæ energiâ, ad institutum illud Theologicè demonstrandum. Exinde à n. 176. ex Cap. Grandi.

Grandi. De supplemā negligentia Prælat. deducitur solidum argumentum ad Pontificiæ super Regum jura, eisque connexas prærogativas, potestatis extensionem comprobandam, uberiori per nostram reflexionem *an. 182.* ejusdem argumenti firmitate ostensā.

Pro quibus adeo fundamentis seu magis consoliandis, seu adversæ parti magis acceptis reddendis, visum est, loco nostrarum probationum hic atterere, quæ insigne Gallicanæ Ecclesiæ Lumen Cardinalis Eduensis Bertrandus in Bibliothecæ sanctorum Patrum *tom. 4. Parisiensis de anno 1610. editio pag. 1104.* relatus, in lucem ante sexcentos annos edidit, sub isthac disquisitione: *Vtrum spiritualis potestas debeat dominari temporali?*

## PROBATIO I.

184. IN qua præacti Cardinalis Eduensis super præadductâ disquisitione adfertur solidissima resolutio, fundata in præactio Canonè *Per venerabilem. Qui filij sui legitimi.*

Hoc igitur Ecclesiæ Gallicanæ Lumen præcipuum, super præinsinuatâ disquisitione responsum, adducit in primis arguenda pro parte negativâ. Videtur, inquit, potestas spiritualis haud debere dominari temporali potestati; quia jurisdictiones sunt distinctæ, ut in *Authent. Quomodo oporteat Episcopos &c. in principio. collat. 1. De consecrat. dist. 3. Cap. Celebritatem. in fine.* Non ergo Papa debet se intromittere de potestate temporali, sed debet temporalia dimittere Imperatoribus, Regibus, & alijs Dominis temporalibus. *3. dist. Cap. Quo iure argument. Extra. Qui filij sunt legitimi. Cap. Lator. Cap. Causam;* alias poneret falcem suam in messem alienam. *De election. Cap. Venerabilem. Quod non est faciendum. ult. quest. 3. Cap. 1.* Præterea secundum Hugonem, Imperator à solo Deo habet potestatem in temporalibus; Papa verò in spiritualibus; & sic jurisdictiones sunt distinctæ, ut dicunt primæ concordantiæ. Et licet Imperator coronam recipiat à Papa, gladium tamen ab altari recipit. *93. dist. Cap. Legimus.* Et etiam, fuit antè Imperium, quam Apostolatus: propterea potestas spiritualis indiget temporali multoties. *23. q. ult. Cap. Administratores.* Ergo non dominatur ei. Præterea si spiritualis dominaretur temporali, haberet dominium temporalium, sed dominium earundem rerum non potest esse simul & semel in solidum eodem tempore apud plures: *ff. Commodat. Lege si ut certo. §. Si duobus vehiculum.* Ergo nullus alter haberet dominium, quod est falsum: ergo &c.

185. Exinde progreditur ad argumenta spiritualis super temporali potestatis confirmatoria. Nam Christus Summo, inquit, Pontifici commisit vices suas; uti habetur apud Matthæum, & *24. q. 1. Cap. Quodcumque.* sed Christo data erat omnis potestas in celo & in terra apud Matthæum. Ergo Summus Pontifex, qui est ejus Vicarius, habebit hanc potestatem. *Extra. De translat. Episcopi. Cap. Quanto.*

186. Quo præsupposito, respondet, asseverando, quod potestas spiritualis debeat dominari omni humanæ creaturæ per rationes, quas Hostiensis induxit in *Summa. Qui filij sui legitimi. §. Qualiter, & à quo.* Item, quia Iesus Christus filius Dei, dum fuit in hoc mundo, & etiam ab æterno naturalis dominus fuit: & de jure naturali in Imperatores, & quoscunque alios depositionis sententias ferre potuisset & damnationis, & quoscunque alias, utpote in personas, quos creaverat, & donis naturalibus & gratis dotaverat, & etiam conservabat; & eadem ratione ejus Vicarius potest. Nam non videretur discretus Dominus fuisse (ut cum reverentiâ ejus loquar) nisi unicum post se talem Vicarium reliquisset, qui hæc omnia posset. Fuit autem iste Vicarius ejus Petrus apud Matthæum. Et idem dicendum est de successoribus Petri: cum eadem absurditas sequeretur, si post mortem Petri humanam naturam à se creatam sine regimine unius personæ reliquisset. *Argum. Ad hoc. Qui filij sui legitimi. Cap. Per venerabilem. ultra medium.* De hoc notat Innocentius, in *Cap. Licet. De foro compet.* Et ideo Bonifacius Octavus motus multis alijs efficacibus rationibus & exemolis, & auctoritatibus sacre Scripturæ, declaravit, & dixit, & definivit, subesse Romano Pontifici omnem humanam creaturam, necessitate salutis; ut in *Decretali Vnam sanctam. Extravag. in titulo De majorit. & obediens.* habetur sancitum.

## PROBATIO II.

Prioris continuativa, atque argumentorum in contrarium adductorum confutatoria.

187. Tenim præfatus Cardinalis hisce in oppositum allatis argumentis ita respondet. Ad Primum, cum dicitur, quod jurisdictiones sunt distinctæ &c. dicit Hostiensis sic: ergo jurisdictiones assero, & utramque à Deo processisse, ut dicitur *Authent. Quomodo oporteat Episc.* ait: tamen quanto altera magis Deo appropinquat, tanto est major. Ergo sacerdotium majus: quod probatur ex ordine scripturæ dicitur *Authent.* Et sic intellige, quod non multum discrepant Sacerdotium & Imperium; ut in *Authent. De non alienand. & permutandis rebus Ecclesiæ. §. Si minus. collat. 2.* Non multum discrepant quoad principium, unde procedunt, sed multum discrepant quoad majoritatem. Inde est, quod caput Episcopi inungitur, sed armus Regis, & Episcopus chrismate, Rex oleo; ut sciatur, quod Episcopus est Vicarius Capius nostri, id est, Jesu Christi. Et ut ostendatur, quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis potestatem. *Extra. De sacra unctione. Cap. 1. versiculo, Vnde in Veteri Testamento.*

188. Et eodem modo responderetur ad secundam oppositionem. Et quod dicitur, ante fuisse Imperium, quam Apostolatium; hoc non facit ad propositum, quia potestas non dicitur ratione temporis major, sed ratione potius dignitatis.

nitatis. Nam etsi Andreas primus venit ad fidem, quam Petrus, praelatus est tamen Petrus Andree, cum in Apostolorum catalogo semper Petrus quasi precipuus pramittatur: non quod Petrus sit prior, sive potior tempore, sed potior dignitate.

189. Ad tertium argumentum dico, quod, licet (ut supra dictum est) omnis humana creatura sublit Papæ, & sic potestati spirituali; non tamen sequitur, quod habeat dominium omnium rerum temporalium. Ad cuius declarationem est sciendum, quod est duplex dominium: est enim quoddam dominium jure Divino, quoddam aliud jure humano. *s. distinct. Cap. Quo jure. Divinū dominium est illud, quod est apud Deum supra omnem creaturam: ipse enim Deus creator est omnium universonum, qui enim manet in æternum, Creavit omnia simul item in Genesi: In principio creavit Deus cælum & terram. Et vide de hoc, quod notatur in Cap. 1. De summa Trinitate & fide Catholica. Illo jure Divino Domini est terra, & plenitudo ejus. De decimis Cap. Tua nobis. dicto Cap. Quo jure. Istud dominium est verum dominium simplex & absolutum; & unus est Dominus omnium creaturarum Deus, & ideo proprie loquendo, omnes creaturæ, proprietates, res, possessiones, & bona alia, in bonis nullius sunt verè, absolutè, & proprie, nisi Dei.*

190. Circa quod dominium dicit Hostiensis De voto & voti redempt. Cap. Quid super. in magna glossa, versiculo: *Mihi tamen videtur sic: Mihi videtur, quod in Adventu Christi omnis honor, & omnis principatus, & omne dominium & jurisdictione de jure, & ex justa causa per illum, qui supremam manum habet, nec errare potest, omni fidei subtrahata fuerunt, & ad fideles translata: quod hoc iusta causâ, probat Sapiens: Regnum de gente ad gentem transfertur propter injustitias & injurias, & contumelias, & diversos dolos. Quod hoc factum sit, probatur De constitut. Cap. Translato. & hoc in persona Christi Filij Dei vivi, qui non solum Sacerdos fuit, sed & Rex Lucæ 1. Ecce concipies in utero: &c. usque: & regni ejus non erit finis. Unde & ipse dixit apud Matthæum: Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum ejus. Hujus autem regni & sacerdotij principatum perpetuum commisit Filius Dei Petro, & successoribus ejus, ut patet in eo, quod legitur & notatur De hominibus. Cap. 1. Pro humanitate. lib. 6. &c. Cap. Per venerabilem, Qui filij sunt legit. *s. Rationibus: per totum; & maxime in versiculo finali. Et de tali dominio Divino dico, quod omnis temporalis potestas est subiecta dominio spirituali, & debet potestas spiritualis potestati temporalis dominari. Aliud est dominium, quod secundum Legistas vocatur Legale dominium, & ita nominat Accursius ff. De verb. significat. Lege Recl: secundum Canonistas verò vocatur humanum: ut in dicto Cap. Quo jure. De isto Legali, vel Humano dominio dicit Innocentius sic: quod est jus, quod ad aliquem spectat, vel acquiritur de jure naturali: ut sunt dominia, obligationes, & hujusmodi &c. innuens expressè, quod rerum dominia & obligationes sunt de jure naturali, id est, de jure Gen-**

tium, non autem à jure Civili, vel Imperatore: ut actiones; uti ff. De justit. & jure. Lege Ex hoc jure. Institut. Rerum divinarum. *s. Ferè. Ita notat Innocentius de constitut. Cap. Quo Ecclesiarium. & Compostellanus dicit ibidem, quod à jure Gentium descendunt dominia. Sed per leges Principum distinguuntur modi, per quos rerum dominia acquiruntur. ff. De acquirendo rerum dominio. per totum. Et Institut. De rebus Divinis. per totum. Et sic intelligit, quod legitur *s. dist. Cap. Quo jure: & sic concordant in hoc, quod dominia sunt de jure Gentium.**

191. Sed videtur mihi, quod dominium rerum Legale vel Humanum fuit à Deo collatum humane creaturæ, & non fuit ab initio introductum jure Gentium, vel Civili: nam Deus omnia, quæ creavit, fecit propter rationabilem creaturam, & omnia subiecit rationabili creaturæ, & sic reservato sibi universali, & verò dominio omnium creaturarum, hujus dominij utilitatem concessit ab initio humane creaturæ, quoad usum: quod videtur intelligere Accursius Cap. De jure dominij. Lege In rebus. Super verbo naturaliter. Vbi dicit, quod jure primævo non distinguebantur dominia, nisi quantum ad usum &c. Vnde ante jus Gentium omnia fuerunt communia, quoadque jure Gentium ulibus primorum parentum appropriarentur, ut unusquisque, quod suum esset, sciret. Vnde lex dicit, quod jure Gentium dominia sunt distincta: non dicit introducta; ut dicta leg. ff. De justitia, & jure. Ex hoc jure. Cum enim jure Gentium dividantur dominia, sequitur, quod ante divisionem erant dominia communia. Argum. ff. Communi divid. Leg. 4. circa principium. cum ibi notatis. Vnde ex concessione Divinâ utilitatis dominium caulatur, quod est quoddam dominium Legale, vel Humanum respectu veri dominij Divini, non dicitur dominium, sed in se consideratum dicitur verum. Illud verò dominium Legale, vel Humanum (prout erat in communi) non debet dici juris Gentium, sed Divini: prout verò cuiuslibet appropriatur, vel acquiritur hoc dominium, sic consideratum est de jure Gentium. Et tale dominium non est apud Papam tantum, sed apud omnes, qui iuste acquirunt: & ex quo semel acquisitum est, non licet Papæ, vel alicui alteri auferre, vel occupare sine iusta causa: quia esset contra jus naturale Divinum, quo unicuique dictum est, ne faciat alteri, quod sibi non vult fieri; ut in principio Decretorum, & Dominus dicit in Eldra: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui. 9. quest. 1. Cap. Nullus alterius. Facit ad hoc Cap. De cohortat. Leg. Si quis. lib. 12. Et hoc intelligo sine causa: quia ex iusta causa posset aliquis privari ab homine, vel à jure tali dominio. ff. De religionib. & sumptib. funerum. Leg. Si quis sepulchrum. Cod. Pro quibus causis servi lib. accip. per totum. & ff. & Cod. De bonis damnat. per totum. Vnde per hoc respondetur ad argumentum, quod quantum ad humanam creaturam, illa subest spirituali potestati, sicut dictum est. Sed dominia rerum aliarum esse apud singulos equi iuste

juste acquirunt, verum est de dominio *legali* & *humano*: sed dominium Divinum est apud Deum; nec est contraditio, diversis respectibus accepto dominio. Ad illa jura communia, quæ dicunt, quod Imperator est Dominus mundi. ff. *Ad legem Rhod. De jactu. Lege Deprecatio.* responde, ut notatur *Cod. De quadri. præscript. Lege Bene à zenone.*

192. Ex quibus manifestum redditur, quæ Gallicanæ Ecclesiæ circa primam novissimi Cœteris Parisiensis propositionem mens ac sententia extiterit, cum is Eduensis nomine Galliarum Episcoporum & Archiepiscoporum Anno 1329. coram Philippo Rege Francorum id ipsum, quod proxime ex ipsius calamo est asseritum, fortiter propugnaverit; uti ex antecedentibus in §. 2. à n. 25. allatis deductionibus videre licet. Cujus autem hic Cardinalis in præfenti facit mentionem Extravagantis Bonificianæ Vnam sanctam. ejusdem integrum tenorem cum argumentorum inde deductorum energiâ cernere licet *suprà §. 2. à n. 40.*

PROBATIO III.

Desumpta ex Extravagante, Si Fratrum. Ne Sede vacante.

193. EX hæc enim Apostolica constitutione noscitur Pontifex eam sibi asseruisse potestatem ceu prorsus liquidam de jure, & ab olim inconcussè servatam, quod nempe vacante Imperio, cum in illo ad secularem judicem nequeat haberi recursus, ad summum Pontificem, cui in personâ Petri, terram simul & celestis Imperij jura Deus commisit, Imperij prædicta jurisdictione, regimen, & dispositio devolvatur. &c. At licet non nemo fortassis possit esse sollicitus, quomodo ex generali Oecumenici Pastoralis officij jure Divinitus constituto, Papæ competat ista Imperij vacantis jurisdictione, regimen & dispositio. Attamen attento, quod in vi illius Oecumenicæ Pontificiæ jurisdictionis fuerit à Papa Græcis jure optimo ademptum Occidentis Imperium, indeque in hujus Oecumenicæ potestatis jus transierit, atque hinc ipsius juris translatio legitime sit facta in Carolum Magnum, ejusque stirpem masculinam, hæc verò expirante, rursus oportuerit, jus illud devolvi ad Sedem Apostolicam, sicque ex hoc jure authoritati Pontificiæ singulariter acquisito, successorem Imperatoris dignitatis justissimo titulo facere potuerit electivam, jure adeo eligendi per eandem Pontificiam authoritatem transmissio in certos tandem Germaniæ Principes: hæc, inquam, superius firmatis, & omnimodè probatis, præsuppositis principijs, facile jam constat, ex quo fundamento Papa in dicta Extravagante de jure certo asserere potuerit, quod, dum Imperium, cujus jus à Græcis ademptum, suæ imprimis Oecumenicæ authoritati acceverat, Capite, in quod Sedes Apostolica illud jus sibi quæsitum transfulerat, defuncto, vacaret, ipsius sic vacantis jurisdictione, regimen & dispositio pro tunc devolvatur ad eandem Sedem Apostolicam. Ex quo ipsissimo igitur jure Pontifex

potuit merito abrogare Imperij Vicariatus, & quoscumque Officialatus, quos citra suam autoritatem, vacante Imperio, aliqui Germaniæ Principes sibi arrogarant, soluto etiam per autoritatem Oecumenicam fidelitatis juramento, quod ejusmodi vicarijs præstitum fuerat.

Atque ex hoc specifico Sedis Apostolicæ jure provenit, ut Imperatores electi per summum Pontificem confirmandi, & coronandi, debeant eidem præstare juramentum fidelitatis, cujus modus & norma sub hisce verbis exprimitur in *Cap. Tibi Domino. 13. dist. 63. Tibi Domino Joanni Papæ ego Rex Otto promittere, & jurare facio per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per lignum hoc vivificæ Crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod, si permittente Domino, Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam, & te Rectorem ipsius exaltabo secundum posse meum, & nunquam vitam, aut membra, & ipsam honorem, quem habes, meâ voluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut meâ exhortatione perdes: & in Romana urbe nullum placium, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio: & quidquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem pervenerit, tibi reddam: & cuicumque Italicum Regnum commiserero, jurare faciam illum, ut adjutor tuus sit ad defendendum terram sancti Petri secundum suum posse. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.*

§. VI

Corollarium finale secundæ Disquisitionis.

195. EX dictis inferitur 1. Quandoquidem Regiæ potestatis erga authoritatem Pontificiam subordinatio, & quoad publici etiam regiminis, quæ in regnum cælorum ordinabilis actus morales, subjectione per Pontificias sanctiones noscatur deducta ex claris fidei Divinæ principijs, an non merito hinc sit concludendum, quod ea subordinatio per authoritatis Apostolicæ, supra petram, cui portæ inferi prævalere nunquam poterunt, fundatæ decisionem sit jam constituta super candelabrum Ecclesiæ, per credibilitatis evidentiam sub prudentiæ ratione morali non tantum sufficienter, sed (ut ita loquat) convincenter applicata ad fidei Divinæ assensum eidem præstandum.

196. Hinc consequenter inferitur 2. singularis industriæ laude & dignum præcellere Regalis Sacerdotij Summarium cit. lib. 1. §. 19. deductum, ac ostensivum, quando, & ex quibus causis in particulari possit summus Pontifex potestatem in Magistratus & Principes seculares exercere? Sic ergo se habet egregia hujus Authoris dissertatio: Elegantem, inquit, de hac re textum habemus in Decretali ab Innocentio III. datâ c. *Per venerabilem. 13. Qui filij sint legitimi.* Ubi summus Pontifex inter alia sic loquitur: *Non solum in Ecclesiæ patrimonio, verum etiam in alijs regionibus, certis causis inspectis, temporalem jurisdictionem casualiter exercemus, non quod alieno juri præjudicare velimus, sed quia &c.*

K 2


Si



197. Si verò quæras, qui nam ergo sint casus in particulari, in quibus Summus Pontifex casualiter, ut habet textus, hoc est, indirectè, & potestate extraordinariâ tantùm possit jurisdictionem in materiâ, alioquin sæcularibus subjeciâ exercere.

198. Resp. Varios in Jure Canonico describi: 1. Deficiente Magistratu & judice sæculari, qui justitiam administrat. *c. Licet ex suscepto. 10. De foro compet. 2. Cùm judex sæcularis officio suo ritè, & secundùm jura non fungitur, tunc enim Pontifici Romano incumbit curare, ne innocentes & justitia succumbant. cit. c. Licet ex suscepto. 2. Si per viam denuntiationis Evangelicæ ad Ecclesiam causa deferatur, tanquam ad commune asylum. c. Novit. De judic. 4. Si Magistratus sæcularis leges ferat contra jus Divinum, aut Naturale, aut Ecclesie noxias, pertinet ad potestatem Pontificiam, eas corrigere, & contrariis legibus abrogare, quâ ratione videmus leges Civiles quàm plurimas à Summis Pontificibus mutatas, correctasque. V.g. Jure Civili permittitur matrimonium inter fratrum, aut sororum liberos. *Instit. de Nupt. sed prohibetur c. Non debet. De consang. Lege Civili, quæ secundò nubunt, variis poenis afficiuntur. L. 1. Cod. De 2. nupt. Sed Jus Canonicum poenas, quæ in odium repetiti matrimonij sunt lætæ, tollit c. Cùm secundum. De secundis nuptijs. Jure Civili multas ob causas repudia sustinentur. L. Consensu. Cod. De repud. Sed Jure Canonico prohibentur. c. Sunt, qui. 27. q. 2. & c. Lege. dist. 10. Jus Civile concubinatum admittit. *Cod. De concub. non admittit Jus Canonicum. c. Nemo blanditur sibi. c. Metrices. 32. q. 2. Jure Civili natis ex incesta, aliòve damnato congressu alimenta non debentur; debentur Jure Canonico. c. Cùm haberet. De eo, qui duxit in matrimonium. De Jure Civili possessores malæ fidei longo tempore præscribit. l. Cùm notissimi. Cod. De præscriptionibus 30. vel 40. annor. Non præscribit Jure Canonico. c. ult. De præscriptionibus. Testamentum de Jure Civili non valet nisi præsentibus septem testibus, sed Jus Canonicum hanc legem damnat, expungitque. c. Cùm esset. c. Relatum. De testamentis. Denique lex Civilis maleficos, qui venenis, malisque artibus Reipublicæ nocent, punit quidem, sed qui imbres, ventos, grandines incantationibus abigunt, non tantùm non punit, sed præmio donat. l. Eorum. 4. Cod. De malef. Quæ omnia sacris Canonibus damnata sunt, & videri possunt quàm plurimi textus *Caus. 26. q. 2. & S. Thomas 2. 2. q. 96. & Novella Leonis 65. Sunt tamen, qui velint in l. Eorum. 4. cit. non approbari magicas incantationes, sed sacras agrorum lustrationes, quæ per publicas preces, & supplicationes ac Sanctorum suffragia fieri solebant juxta *Novellam 123. c. 32. 5. Princeps sæcularis jure naturali, & spectato genere suæ potestatis, potest subditis suis impedimenta matrimonij dirimentia statuere, ex qua enim parte matrimonium est contractus, subjacet potestati, & legibus civilibus, & quantumvis elevatum sit ad numerum sacramentorum, non ideo tamen amisit naturam contractus, & subordinationem ad po-*****

testatem civilem; sicut enim matrimonium ut contractus admittit nova impedimenta à Magistratu Ecclesiastico, quale est clandestinitatis, non obstante ratione sacramenti, quod immutabile est; ita etiam à Magistratu Civili; & expressè docet S. Thomas 4. contra Gentes. c. 78. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 3. n. 2. Nihilominus tamen Ecclesia hujus potestatis usum Principibus sæcularibus interdixit, sibi que reservavit, sicut patet ex c. Tuam. De ord. cognit. c. 1. De sponsalib. c. Enphemium 2. q. 3. c. Multorum. 35. q. 6. & novissimè Tridentinum Sess. 24. de Matrim. cap. 3. 4. & Can. 12. Et potuisse quoad hoc Ecclesiam coercere potestatem temporalem, eamque moderari propter bonum spirituale, & gravia incommoda, quæ alioquin sequebantur, expressè agnoscunt duo celeberrimi & sanctissimi in Gallia Doctores, videlicet D. Thomas, & S. Bonaventura. An verò consuetudine novâ possint impedimenta induci, an antiqua abrogati. Vide Sanchez lib. 7. disp. 4. de matrim.



## DISQUISITIO III.

AN; & in quantum Pontificia super Reges in causis etiam temporalibus potestas demonstrari possit ex Concilij præsertim Occumenicis?

S. I.

INsignem hæc in re demonstrationem facit Author præfatus tract. de libertatibus Gallican. lib. 4. cap. 5. sequentem exhibendo inductionem. In Concilio, inquit, Romano tertio sub Gregorio VII. anno 1076. sententia depositionis contra Henricum IV. Germaniæ Regem pronuntiata fuit, atque ejus subditi à juramento fidelitatis absoluti, rursusque in Concilio Romano septimo anno 1080. depositio, & absolutio confirmata sunt. Solent Galli objicere, tentatum id fuisse à Gregorio VII. nimis audacter, verum secus suadent tanti Pontificis pietas, ac in revocando ad meliorem frugem Henrico diligentia; ab alijs tamen Concilij petenda sunt exempla, quorum aliqua irrefragabilis sunt autoritatis.

Concilium Lateranense sub Alexandro III. anno 1168. Fridericum primum Imperatorem excommunicavit, ejusque subditos à fidelitatis juramento absolvit. Quæ legitime præstita fuisse, agnovit Fridericus, quandoquidem Pontifici se humiliter subjiciens, sententiam revocari exoravit.

Concilium generale etiam Lateranense sub eodem Alexandro III. cui plurimi Gallicani Præfules interfuerunt, *Can. ult.* hanc poenam decernit in Dominos, certum quoddam prædonum genus foventes; *Relaxatos autem se noverint à debito fidelitatis, & dominij, ac totius obsequij, donec in tanta iniquitate permanserint (Domini) quicunque illis aliquo pacto tenentur annexi. In ipsos autem prædones, & consociatos eorum bona, & liberum sit Principibus,*

hujusmodi homines subijcere servituti.

4. Concilium Lateranense anno 1215. quod, ut notat Illustrissimus Cardinalis de Peron, jure universalissimum dicitur, quippe cui præter Summum Pontificem, & Patriarchas Constantinopolitanum, & Hierosolymitanum interfuertint Patriarcharum Alexandrini & Antiocheni Legati, septuaginta Archiepiscopi, quadringenti ac duodecim Episcopi, & plus quam octingenti alij Prælati, nec non omnes Reges, & Monarchæ Christiani per se, vel per Legatos, scilicet Imperator Orientis, Imperator Occidentis, Rex Hierosolymorum, Rex Galliarum, Rex Angliæ, Rex Aragoniarum, &c. cap. 3. sic statuit; Si verò Dominus temporalis requisitus, vel monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hac hæretica fœditate, per Metropolitanum, & ceteros comprovinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur, & si satisfacere contempserit infra annum, significetur hoc Summo Pontifici; ut ex tunc ipse vascellos ab ejus fidelitate denunciaret absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam, exterminatis hæreticis, sine ullâ contradictione possideant, &c.

5. In hoc Concilio plenè concessum fuit Comiti Montifortis dominium Tolosæ, aliorumque locorum Comitatus Tolosani, in pœnam favoris à Comite Foloianno hæretici Albigensium præstiti; quæ concessio paulò ante decreta fuerat à Concilio apud Montepessulanum habito, & confirmata à Summo Pontifice usque ad tempus Concilij generalis proximè congregandi duntaxat. Rem narrat Petrus Vallis-Sarnensis Monachus in historia Albigensium, & alij. Decretum Concilij refert Lucas Dacherius Spicileg. tom. 7. in quo maximè notanda sunt verba ista. *Sacro consulto Concilio, ita diximus providendum: ut Raymundus Tolosanus Comes, qui culpabilis repertus est in utroque, nec unquam sub ejus regimine terra possit in fidei statu servari, sicut à longo tempore certis indicijis est compertum, ab ejus domino, quod utique grave gessit, perpetuò sit exclusus.*

6. Innocentius IV. in Concilio Lugdunensi año 1245. sententiam depositionis decrevit in Fridericū II. & abolitionem subditorum à juramento fidelitatis: *Memoratum Principem, qui se Imperio, & Regnis, omnique honore ac dignitate reddidit tam indignū, quique propter suas indignitates, à Deo, ne regnet, vel imperet, est abjectus, suis ligatum peccatis, & abjectum, omnique honore & dignitate privatum à Domino ostendimus, denunciamus, ac nihilominus sententiando privamus: omnes, qui ei juramento fidelitatis tenentur adstricti, à juramento hujusmodi perpetuò absolventes, auctoritate Apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam Imperatori, vel Regi pareat, vel intendat.*

7. Concilium Constantiense, quod à Comitibus Cleri Gallicani in secunda propositione laudatur, & in Gallia maximi sit, sess. 17. hanc pœnam decrevit in eos, qui Sigismundo Regi Romanorum, & Hungariæ in Aragoniam proficilenti aliquam inferrent injuriam; *Quicumque, cujuscumque status, aut conditionis existat, etiam si Regalis, Cardinalatus, Patriarchalis, Archiepiscopalis, Episcopalis, Du-*

*catūs, Principatus, Comitatus, Marchionatus, seu alterius cujuscumque dignitatis, seu status Ecclesiastici, vel secularis existat, qui Serenissimum, & Christianissimum Principem Dominum Sigismundum Romanorum, & Hungariæ, &c. impediverit, & omni honore, & dignitate, officio, beneficio Ecclesiastico, vel seculari, sit ipso factò privatus. Et in sententiâ contra Benedictum XII. quæ habetur sess. 37. omnibus, & singulis Christi fidelibus inhibet sub pœnâ savoriæ schismatis, & hæresis, atque privationis omnium beneficiorum, dignitatum, & honorum Ecclesiasticorum & mundanorum, & alijs pœnis iuris, etiam si Episcopalis, & Patriarchalis, Cardinalatus, Regalis sit dignitatis, aut Imperialis; quibus, si contra hanc inhibitionem fecerint, sint auctoritate hujus decreti ac sententiæ ipso factò privati, & alias iuris incurrant pœnas, ne eidem Petro de Luna schismatico, & hæretico incorrigibili notorio declarato, & deposito, tanquam Papæ obediant, vel intendant, aut eum quovis modo contra promissa sustineant, vel recipient, sibi que præsent auxilium, consilium, vel favorem.*

Hanc sententiam cum pœnis adjectis renovavit, & confirmavit Concilium Senense anno 1423. *Inhibitionem factam omnibus & singulis Christi fidelibus sub pœnis savoriæ hæresis, & schismatis, ac privationis omnium beneficiorum, dignitatum, & honorum Ecclesiasticorum, ac mundanorum, & alias pœnas iuris infligendo, ut à eisdem sententiâ præfati Concilij, cujus totum tenorem his haberi vult pro expresso, latius continetur, ratam, & gratam habens, ejus executionem & continuationem continuare volens, decernit, & statuit, & declarat, omnes & singulos post obitum dicti Petri de Luna continuantes, seu perseverantes in credulitate, vel observantia erroris, & schismatis ejusdem Petri sic (ut præmittitur) damnati, vel jus aliquod ab eo in eas directè, vel per indirectum derivasse prætendentes, seu in vice ejus succedentes, eorumque receptatores, defensores, & fautores, cujuscumque status, præminentie, vel conditionis existant, etiam si Pontificali, Cardinalatus, Imperiali, vel Regali, aut aliâ quacumque Ecclesiasticâ, vel seculari præfulgeat dignitate, fore obnoxios, & ligatos pœnis, & censuris in dictâ sententiâ contentis.*

8. Constantiense, & Senense secutum est Basileense, quod prætermitterem, quia Illustrissimi Antistites Gallicani ejus auctoritate non utentes ad confirmandam secundam propositionem, licet Constantiensis decreta, quæ citant, semel atque iterum renovâssent, videantur fateri, eam ad minus esse dubiam; nisi scirem, quàm pluribus Gallis secus videri, ac Basileense Concilium maximo in honore tantquam legitimum, & generale ab eis haberi: Concilium igitur Basileense in salvo conducto dato in Congregatione generali die 18. Julij anno 1432. Legatis Pontificijs, sic loquitur; *Exhortatur omnes, & singulos Christi fideles, cujuscumque dignitatis, status, gradus, aut præminentie existant, spiritualis, & temporalis, etiam si Regali, Ducali, Archiepiscopali, Episcopali, vel aliâ quavis præfulgeant dignitate, Universitates & Communitates, ceterosque, quibus præsentis litteræ exhibita fuerint, eisque in virtute sanctæ obedientie mandat, ut, si per eorum dominia, terras, territoria-*

gia, civitates, oppida, castra, status, villas, castella, aut alia loca vos, & quemlibet vestrum transire contingat, sub penis, sententijs, & censuris tam in Constantiensi, & Senensi, quam hujus sanctæ Synodi sacris Decretis contentis, & fulminatis districtè injungendo, quatenus vos, & vestrum quemlibet cum Comitiva hujusmodi securos, liberos, & tutos cum rebus, & bonis vestris unversis, ire, stare, & redire sine molestia, & impedimento permittant, de securitate, & conductu à nobis requisiti, quoties opus fuerit, favorabiliter providendo. Patet igitur, Episcopos Galliarum, qui magno numero aderant in Consilio Basileensi, magnaque ibi auctoritate pollebant, aliter, quam modernos sensisse de potestate Ecclesiarum in Principes.

10. Concilium Tridentinum Sess. 25. de Reform. c. 19. privatos declarat dominio civitatis, castri, aut loci, ea concedentes ad Monarchiam, & si feudalia sint, directis Dominis acquisita decernit. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Domini temporales, qui locum ad Monarchiam in terris suis inter Christianos concesserunt, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione, & dominio civitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur; & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. In ipsos autem decernentes profert omnium bonorum proscriptionem. Qui verò pugnam commiserint, & qui eorum patrum vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetue infamiae poenam incurrant, & ut homicidae juxta sacros Canonum puniri debeant, &c. Vide Duvallii 2. 2. q. 17. Respondetur fortasse, Concilium Tridentinum non esse receptum in Gallia, sed de illa receptione tractavimus alibi. Satis hæc est, ut notemus, Concilij Oecumenici sententiam ad minus Comitiorum Cleri Gallicani declarationi esse anteposendam.

11. Sed quæ opponetur responsio & Concilij Constantiensis in Gallia recepti tanquam generalis, & aliorum Conciliorum ubique receptorum, vel ut indubitatè Oecumenicorum auctoritati? Mirum est, quomodò doctrinam, tot, tamque augustorum Cœtuum sententiæ advertam, Illustrissimi Præsules Parisijs congregati declarare ausi sint publicè tranquillitati necessariam, nec minùs Ecclesie, quam Imperio utilem, ut verbo Dei, Patrum traditioni, & Sanctorum exemplis consonam omnino retinendam.

## §. II.

Adversariorum Argumenta referuntur, ac expenduntur cum Responsionibus, & Conclusione super ipsidem reflexivâ.

## ARGUMENTUM I.

Desumptum ex Regiæ potestatis immediatè à Deo promanatione.

12. EX parte adversâ licet I. argumentari. Concilia Oecumenica super Divinis Oraculis suas decisiones unicè fundantia, meritò

agnoscunt potestatem Regum esse immediatè à Deo. Ergo quæcunque unquam ex Concilijs Oecumenicis circa Papæ supra Reges superioritate adferri posse videntur argumenta, eatenus sunt semper accipienda, ut salva, & integra permaneant ista principia: Quod nempe temporalis Regum dignitas, æquè ac spiritualis sit instituta à Deo, atque ab hoc singulis Regibus immediatè collata: cum quibus principijs stare haud potest Pontificis super Reges, eorumque dignitatem, ac potestatem auctoritatis superioritas.

## Responsio.

AD hanc rationationem respondet præcatus Author dicta lib. 4. cap. 4. Dissimulandam fore præinsinuatam de Regno per Deum immediatè collato opinionem, si eò tantum spectaret, ut populi libentiùs Principibus subjacerent, debitamque illis fidem religiosiùs servarent; licet enim error nunquam ex se bonus sit, neque probandus; utilis tamen ex occasione interdum est, atque tolerandus. Sed qui Regiam auctoritatem nimis extollunt, hoc tantum sibi videntur propoluisse, ut Ecclesiastica Jura invadentium injussum, eo prætextu excusent, quòd, ut inquit Petrus de Marca lib. 2. cap. 1. §. 1. perinde in Reges singulos, ac Episcopos auctoritas à Deo immediatè derivetur. Perfectam inter illos æqualitatem tribus primis Paragraphis hujus Capitis adstruere nititur: Primus sic incipit: In collatione duarum potestatum egregie conficitur, Regiam a quo à Deo institutam fuisse ac spirituales, & solidam humanarum rerum administrationem illi demandatam. Et infra: Certum, & constantissimum esse debet apud pios, & devotos Regum cultores, unicuique Regum potestatem Regiam immediatè à Divino Numine conferri.

Hæc si scortim considerentur, falsa quidem sunt, sed neminem lædere videntur. At verò si conferas, quæcunque Author in opere illo, alijque Gallicani Scriptores in suis libris, Principibus in Ecclesiam permittunt, ratione protectionis, tuitionis, seu Custodiæ Canonum, quam asserunt, Regibus à Deo commissam, comperies, ex ipsorum mente in multis paulò minore Pontifici, in aliquibus æqualem, & in nonnullis etiam majorem esse, & quidem à Deo datam Laicis viris circa res Ecclesiasticas potestatem. Itaque prætermitti omnino non potuit questio, ex cuius neglectu, tandem populo persuaderetur, quæcunque à Laicis patitur Ecclesia, non injurias esse, sed Jura Divinitus tradita.

Audi Renatum Choppinum de sacra Politia lib. 1. tit. 7. §. 9. expressis verbis tribuentem Regibus auctoritatem in res. Ecclesiasticas ex quodam Jure Divino, Numinis afflatu, ac sacra quâdam unctione; Hoc certe litterarum monumentis proditum legimus, Regum nomen in terris haudquaquam ortum fuisse, sed calitùs à Dijs emissum, Regesq; ipsos ita institutos, qui Numine afflatis, & sacro delibuti oleo, Divinum quid præferrent, penes quos etiam sacrarum potestas foret, Authore Eusebio Historie Eccles. volum. 1. Exim

1. Exin Gallicus Orator Aegidius Romanus libris editis asseruit, sacrorum Beneficiorum erogationem ad Reges, ac Caesares pertinere Philippi IV. Regis temporibus. Quid amplius dixisset de Episcopo, qui Spiritum sanctum accipit, dum ex institutione Christi per impositionem manuum Presbyterij, per sacram unctionem, aliosque mysticos ritus consecratur ad gubernandam Ecclesiam?

16. Ut aliquid à Deo immediatè esse dicatur, alterutrum ex his duobus requiritur, ut scilicet potestas, quæ confertur, non possit ab alio dari, quàm à Deo; vel etiam, si ab alio concedi posset, Deus ipse solus de facto velit elargiri. Alium modum non video, nisi quis de verbis contendere, non de rebus quærat disputare. Sacerdotum potestas ad faciendum in Sacrificio Missæ Corpus Christi, vel ad dimittenda peccata, non potest ad alium, quàm ad Deum immediatè referri; quamvis accipiatur per impositionem manuum Episcopi. Quia nemo potest peccata dimittere, vel Corpus Christi conficere, nisi solus Deus, tanquam causa Principalis, & ejus ministri tanquam causæ Instrumentales & minùs principales. Majus autem est, illa efficiendi potestatem communicare, quàm illa per se efficere. Potest verò quilibet homo liber Principis regimini se se subjicere, ad ei parendum se se adstringere, fidem spondere, denique ad omnia illa officia se obligare, quæ Principes à subditis exigunt. Unde nihil opus est, ad Divinam omnipotentiam recurrere pro rebus illis, quæ ab hominibus præstari possunt, & quæ saltem ex parte quotidie præstantur.

17. Solum igitur, si non expectato hominum consensu, atque sine ullâ illorum operâ, Deus ipsis Regem præponeret, iste à Deo immediatè suam potestatem haberet; id aliqui Doctores de Saule, & Davide opinantur, quamvis negantibus alijs, sed nemo ita constitutos in Gallia Reges somniavit.

18. Mutationes, quæ in Principatu Gallicano contigerunt, satis indicant, illum non esse immediatè à Deo, sed à populorum consensu. Quæ enim ratio Divina postulabat, ut modò à Clodovei familia, modò à familia Pipini, denique ab Hugonis Capeti posteris regeretur. Ut primò Reges per electionem, alij per successionem Regnù adipsicerentur, ut principio admitterentur etiam illegitimi, deinde tantùm legitimi, ipsique masculi?

#### Obiectio.

19. EX parte adversà instari potest, ut probeatur, potestatem Regum esse quidem immediatè à Deo, illisque ex Divino præcepto esse parendum; at tamen Regiam autoritatem non æquè ac Ecclesiasticâ immediatè à Deo confecti.

#### Responsio.

20. EN parata est hujus utriusque asserti probatio ex ijs autoritatibus, quæ à præcitato Petro de Marcâ proferuntur, vel citantur, alijsque insuper, quas poterat adducere. Cùm enim S. Augustinus lib. 5. de Civit. Dei. cap. 21. ait. Qui Augusto, ipse & Neroni; quis Vespasia-

nis, vel patri, vel filio suavissimis Imperatoribus ipse & Domitiano crudelissimo (Regnum dedit.) Et Tertullianus Apolog. cap. 30. Unde Imperator, unde & homo, antequàm Imperator; inde potestas illi, unde & spiritus. Et sanctus Irenæus lib. 5. adversus hereses cap. 24. cuius jussu homines nascuntur, huius jussu & Reges constituuntur: Et sanctus Epiphanius heresi 40. Videtur, ut hæc mundi potestas à Deo stabilita sit, gladijque lus obtineat? Neque verò id aliunde, quàm à Deo ad vindicandum accipit. Hi, inquam, Patres nihil aliud intendunt, quàm Principatum non à Diabolo, seu à falsis Dijs, ut volebant ij, quos contra disputabant, sed à Deo vero dari. Utrum autem immediatè, vel per populi electionem, aut consensum, non definiunt, ut patet textus integros legentibus. Tertulliani consilium est, ostendere, falsos Deos pro Imperatoribus non esse orandos, sed verum Deum; S. Augustini, non à falsis Dijs, sed à Providentiâ Divinâ Imperia distribui. S. Irenæus hoc argumentum tractat, de diaboli perpetuo mendacio, potestatibus, quibus nos parere oportet, atque Imperijs terrenis, quatenus à Deo, non à diabolo constituantur. S. Epiphanius Hæreticos Archonticos impugnat, Principem Sabaotth legitimo in orbe collocantes, tyrannidem ibi exercentem, blasphemantes Deum, ac dominationem ejus spernentes.

S. Isidorus Pelusiotus Epist. 216. Potestatem, inquit, hoc est, Imperium, & Regnum à Deo formatum, atque institutum esse, profectum est, ut ne ornatus in statum inornatum degeneret. Verùm (quod etiam de supra citatis, & alijs dici posset) hoc ad Divinam Providentiam referendum est, quæ Principatum quidem approbat, & confirmat, vultque Principibus legitimis etiam discolis obtemperari; non tamen singulis potestatem aliquam supernaturalem, quemadmodum Sacerdotibus Deus infundit, imò aliquos Principes, impios scilicet regnare permittit, quamvis non approbet, ut subjungit idem S. Isidorus; Quòd si quis impius, aut sacrilegus in illud irruerit, handquaquam scilicet hunc à Deo creatum, ac designatum esse dicimus, verùm permillum esse. Quod de tyrannico usurpatore tantùm non intelligit. Prosequitur enim; Quòd mirum aut Pharaonis in modum improbitatem omnem suam evomat, atque ita extremo supplicio excrucietur, aut eos, qui crudelitate opus habent, ad meliorem mentem revocet, quemadmodum Rex Babylonis ludæos.

Idem clarius explicat S. Ioannes Chrysofost. homil. 23. in Epistol. ad Romanos in hæc verba; non est potestas nisi à Deo, quæ sic interpretatur; Quid dicitis? Omnis ergo Princeps à Deo constitutus est? Istud, inquit, non dico. Nec enim de quovis Principe mihi sermo nunc est, sed de ipsa re. Quòd enim Principatus sunt, quòdque hi quidem imperant, illi verò subiecti sunt, quòdque non simpliciter, ac temerè cuncta feruntur, nec fluctuum instar populi huc, atque illic circumaguntur, Divinæ Sapientiæ opus esse, dico. Propterea non dicit; non enim Princeps est, nisi à Deo, sed de re ipsâ disserit, dicens, non enim potestas est nisi à Deo. Quid potest his verbis luculentius considerari?

23. **A**uthoritatem Justiniani (quâ toties utitur D. de Marca, cum deprimenda est Ecclesiastica Jurisdicção, & Principum voluntati subijcienda) hic repudiat, quasi B. Pauli, & alijs Divinarum Scripturarum oraculis contrariam, quibuscum si pugnaret, ab omnibus Christianis sanè esset reiicienda. Sed quis persuadeat, Justinianum adeò tractandarum rerum Divinarum, & Ecclesiasticarum cupidum, & gloriæ avidum, rem Imperiali dignitati tantum splendorem conferentem ignorasse? Qui tam sæpe Episcopum agebat, nescisset, suam auctoritatem æquè ac Sacerdotalem à Deo immediatè profectam? Novit certè Justinianus, potestatem Regiam à Deo esse; sed in eo, quem diximus, sensu. Ait ille ff. de orig. tur. leg. 2. §. 9. *Quia difficilè plebs convenire cepit, populus certè multò difficilùs in tantâ turbâ hominum: necessitas ipsa curam Reipublicæ ad senatum deduxit. §. 11. Novissimè sicut ad pauciores juris constituendi via transisse, ipsis verbis dicantibus, videbatur: per partes evenit, ut necesse esset, Reipublicæ per unum consuli. Nam senatus non perinde omnes Provincias gerere poterat. Igitur constituto Principe, datum est ei jus, ut, quod constituisset, ratum esset. Item ff. de constit. Princ. lib. 1. Quod Principi placuit, legis habet vigorem, utpote cum lege Regiâ, quæ de imperio ejus lata est, populus ei, & in eum omne suum Imperium, & potestatem contulerit. Oritur ergo immediatè à populorum consensu auctoritas Regiâ: sed à Deo tanquam à primo fonte proficiscitur, ab eo consensus hominum confirmatur, ab eo Regum contemptus vindicatur, idque Justinianum non latuit, ut significat ejus verba Nov. 6. *Maxima quidem in hominibus sunt dona, à supremâ collata clementiâ, Sacerdotium, & Imperium, & quidem illud Divinis ministrans, hoc autem humanis præsidens, ac diligentiam exhibens, ex uno, eodémque principio utraque procedentia, humanam exornant vitam.**

24. **R**ejectâ Justiniani auctoritate, non miror Aristotelis non haberi rationem; illud tantum miror, quod addit Dominus de Marca loc. cit. §. 2. quòd de Regibus opiniones in Aristotelis officinâ constare, magno studio etiam à Christianis arreptæ sunt. Si quidem, ut ille vult, erant sacris Scripturis contrariæ, quomodò potuerunt magno studio à Christianis arripi? An Christiani minus Spiritûs sancti, quàm Aristotelis auctoritati tribuunt? Docent communiter Patres, nullam gentem sincerius Reges colere, eorumque mandata, Divinæ Legi non repugnantia, fidelius exequi, quàm Christianum populum: quomodò ergo arriperent opiniones non minus legi Divinæ, quàm Principum potestati infensas? Sed illa Divinæ Scripturæ testimonia non aliud suadent, quàm à Divinâ Providentiâ constitui Principes; Divinæ ordinationi resistere, qui eis resistit; eumque sibi damnationem acquirere, qui iustis eorum mandatis non obtemperet. Hæc Christiani omnes fatentur: Regiam potestatem æquè à Deo institutam fuisse ac spiritualem; ac perinde in Reges singulos, ac in Episcopos auctoritatem à Deo immediatè derivari, nec sacre Scripturæ docent, nec Christiani rerum Theologicarum periti credunt.

Sed ne in re tam apertâ tempus teramus, id unum ab eis peto, qui docent, potestatem Regiam æquè à Deo institutam fuisse ac spirituales, & unicuique Regum potestatem Regiam immediatè à Divino Numine conferri, quodnam sit Sacramentum, quo potestas illa traditur, ubi, à quo, quando, & quomodò institutum?

ARGUMENTUM II.  
Adversariorum.

EX parte adversa licet 2. argumentari. Si quæ vel Summorum Pontificum, vel Conciliorum etiam Oecumenicorum extent constitutiones, per quas Regibus, seu Imperatoribus adempta noscatur suæ dignitatis auctoritas, oportuit, tales sanctiones fundatas fuisse super quæstione Facti, an videlicet Principes, de quibus illic agebatur, eos contraxissent reatus, propter quos essent exautorandi? At non Papam duntaxat, sed Concilia quoque Oecumenica in ijs, quæ Facti sunt, errare posse.

Responsio.

AUthor Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. §. 20. n. 11. respondet in hunc modum: Sententias in Concilij contra Imperatores latas, & Ius & Factum complexas esse. Factum quidem, quia Regibus Imperium abrogabant, ob delicta ab ijs commissa. Ius verò, quia sententiâ in Principes dictâ, ijsque auctoritate exutus, subditique juramento liberatis, hoc ipso Concilia implicite quidem, sed tamen necessariò supponebant, auctoritatem & potestatem id faciendi, esse penes Ecclesiam. Quando igitur Innocentius IV. in Concilio Lugdunensi declaravit, Henricum Imperatorem auctoritate Apostolicâ Imperio privatum, ejusque subditos omni Juramento solutos esse, declaravit etiam, penes Apostolicam Sedem esse potestatem, auctoritatemque eum Imperio privandi, ejusque subditos juramento solvendi, quo prius tenebantur: quæ proinde declaratio ad Ius, non ad Factum pertinet. Imò in Concilio Lateranensi IV. sub Innocentio III. Cap. De Hæreticis. & in Concilio Constantiensi expressè dicitur: *Principes, si Hæresis convincantur, Regno & sacris interdici posse. Quæ definitio est veri Iuris, & abstrahit à Facto exercito, in quo tantum error contingere potest.*

Advertunt insuper Theologi, Concilia, & Pontifices etiam in Facto errare non posse, quando Factum est evidens Conciliariter, omnique diligentia examinatum, testimonio publico nixum, & cujus error Ecclesiam in perniciem adduceret: tunc enim locum habet illa Christi promissio Joann. 16. *Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Et ita communiter tenent Theologi, docentque, Pontificem, & Ecclesiam in Canonizatione Sanctorum, in proponendâ hæc, vel illâ scripturâ Canonicâ, & in hæc, vel illâ Apostolicâ doctrinâ explicandâ errare non posse. Quæ tamen omnia, uti patet, dependent ex factis.

facto, & testimonio hominum ex se fallibili, nisi Providentia Divina Ecclesiae suae caveat.

## Obiectio.

19. **E**X hac responsione occurrit obiectio valde ponderosa; quomodo scilicet fidei principium universale sub hypothesei quapiam ex factis hominum dependente, nec nisi sub humanis metaphysicè fallibilibus testimonijs applicatum, prevaleat possit, ad cuiuspiam particularis, non nisi ex *Facto eiusmodi* subsistentis, nec nisi humanis, naturâ suâ fallibilibus testimonijs, probatæ conclusionis veritatem plus, quàm metaphysicè certam subinferendam, ut sic reducibilem in ipsam etiam dogmaticam fidei certitudinem?

## Responsio.

30. **H**UJUS quaestio sequentem à posteriori accipere rationem, cum revelatione rationis à priori inferri exponenda. Sic namque event in Canonizatione Sanctorum, ut illud fidei principium, *quisquis in statu gratiae sanctificatus decedit, est consortis aeternae gloriae*, sub hypothesei *factorum* ab homine dependentium, & testimonijs humanorum applicetur ad auctoritativam de hujus Sancti celesti beatitudine declarationem faciendam, sub certitudine in ipsius etiam fidei veritatem non virtualiter duntaxat, sed etiam formaliter reducibili. Sic res se habet circa sacrae Scripturae libros quâ Canonicos, vel traditionem quampiam eam Apostolicam, ab Ecclesia definiendos sub quapiam à *Factis* hominum ut plurimum dependente hypothesei. Anneigitur aequè fas erit dicere, quod in Regibus ob gravissima facinora exauthorandis, Concilia Oecumenica, ex ipsismet fidei principijs, Ecclesiae circa hoc auctoritatem firmantibus processerint? Quo etiam posito, rursus disquirere licet, an Oecumenica Concilia ad eam Regum exauthorationem procedendo ex humanis testimonijs, & *Factis* ab hominum fallibilitate dependentibus, sententiam suam eâ cum firmitate dicere valuerint, ut aequè, ac illa de Canonizatione Sanctorum, seu Canonicorum sacrae Scripturae librorum definitione illationes essent sub omnimodâ, plusquam metaphysicè certitudine reducibiles in certa fidei principia? Illud prius equidem in *antecedentibus* fuit demonstratum, hoc autem posterius vix congruit, ut asseramus. Restat igitur discutienda difficultas, qualiter praesumptae Conciliorum de exauthorandis Regibus sententiae iudicialiter dici possint superexcedere probabilitatis, sub quâ *moralis* quoque certitudo subsistere valet, sphaeram & mensuram? Hoc igitur in *Conclusionis proxime sequenti probatione* relevamus ostendendum.

ARGUMENTUM III.  
Adversariorum.

31. **E**X parte adversa licet III. argumentari. Summos Pontifices, & Concilia, quae Principibus Regnum abrogarunt, secutos fuisse sen-

tentiam probabilem, quae habet, eos hoc posse. Non ergo sequitur, hanc sententiam esse certam, sed tantum probabilem, & fuisse ut talem à Concilijs suppositam.

## Responsio.

32. **A**D hanc argumentationem à semet efformatam fuse responderet Author *Regalis Sacerdotij*, tit. §. 20. n. 9. Nihil posse tam Augusto Reipublicae Christianae Senatu, & cui ipse Spiritus sanctus praesidet, indignum dici; quam voluisse illum in re tanti momenti, in qua non de Imperijs tantum, & Coronis, sed de tot bellis, schismatibus, animarum, Ecclesiaeque periculis agebatur (quae omnia ex illis in Reges sententijs, & abdicacionibus plerumque nascebantur) ad miserum illud optinandi praesidium confugere, quo in Scholis nihil incertius, tantasque in Ecclesiam, ac mores, legesque omnes corruptelas induxit, ut saepe interdicta, execrationesque Romani Pontificis provocaverit, nullam ferè humanam, Divinamque legem reliquerit non aliquo abusu fœdè contaminatam, & utinam fallat augurium! Huic opinanti licentiæ, nisi remedio aliquo occurrat Ecclesia, vix credimus, alio modo elapsis retrò saeculis gravius afflictâ esse: cujus tot indicia, & prognostica experimur, omni in commercijs, foederibus, juramentis, judicijs, praecipisque sublatâ sinceritate: idque opinionum probabilitum praesidio, quibus tot aequivocationum, restrictio-num, tergiversationum ludibria debemus, in hoc unum laborante ingenio, ut via voluptatibus pateat, & virtutes, legesque honesto exilio proferantur. Absit ergo, ut dicamus, Ecclesiam totam, & Concilia universalialia in re tantâ, summi que momenti, suae auctoritatis incertam Regibus, & Imperijs litem movisse; nec enim Regna & Coronae opinionibus dari possunt, adimique, sed certâ ratione. Et ideo Vasquez *in 1. 2. tom. 1. disp. 64.* docet, nullum Principem etiam supremum in controversiâ tantum probabili, aut etiam probabiliori posse sententiam ferre, eamque armis tueri, & bello proficere, nisi jus evidens habeat, dicitque, contrarium nihil probabilitatis habere, nec in parvam Reipublicae Christianae perniciem cedere. Eodem pacto legibus statutum est, neminem ex solis probabilibus damnari posse, sed plenè, & manifestè convictum: praecipue in causis gravibus, & arduis, in quibus requiruntur gravissima, & luce meridianâ clariora argumenta. Ex *Leg. ult. Cod. De probat.* Quare Pontifices, & Concilia universalialia non potuerunt, ad Reges Imperio exturbandos, solvendoque juramento, & obedientiâ subditos, procedere, nisi potestatis suae certi, non tantum probabili ratione aliqua ducti.

33. **S**ed etto, sententiam, quae illam Pontifici, & Concilio *indirectam* in Reges, iustitiae ratione, Ecclesiaeque necessitate ita exigente, deturbandos potestatem asserit, videi Principibus tantum probabilem, non certam, adhuc nihilominus tenentur illi subiacere, quia

quia in dubio, an res præcepta sit licita, & Superior limites potestatis excedat, tenemur obedire, quamdiu non apparet evidenter, esse præceptum de re malâ, & extra limites potestatis, uti tradunt Theologi cum Patribus relatis in *Cap. Memoriam. dist. 19. Cap. Quid culpatur. 23. q. 1. Cap. Contra morem. dist. 10.* In quem sensum sanctus quoque Gregorius homil. 26. in *Evangelia* ait: *Sub magno moderamine Pastores Ecclesie vel solvere studeant, vel ligare. Sed utrum iuste, an iniuste obliget Pastor, Pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is, qui subest, & cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex aliâ culpâ mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscretè timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu Pastoris est, ligari timeat vel iniuste, nec Pastoris sui iudicium temerè reprehendat, ne, etsi iniuste ligatus est, ex ipsâ tumidæ reprehensionis superbiâ, culpa, quæ non erat, fiat.*

#### Objectio.

4. **I**nstari potest ex parte adversâ. Quandoquidem probabilitatis nomen in publico Iudicii, Reges præcipuè concernentis, sententijs, ad eò exosum habetur, imò periculis enumeratis reverâ obnoxium reputatur, num proinde tutum erit, præsentis difficultatis punctum in hoc statuere, quòd scilicet sententiæ illæ, quas Summi Pontifices, atque Concilia Oecumenica adversus Reges, & Imperatores publicæ Religionis, sanctæque Ecclesie infensos hostes statuerunt, ad eos Regno ac Imperio turbandos, & ejciendos, nixâ fuerint majori, quàm *moralis* duntaxat certitudine? Et dum videri posset saltem ex ea parte, quæ est *Facti*, non nisi prudentialis humanæ conditioni proportionata, *Physicæ*, ac *Metaphysicæ* certitudini haud coarctanda in probationibus judiciarijs intervenisse; utrum ex parte saltem *juris* sublitterit certitudo plus quàm *moralis*?

35. At si hæc etiam certitudo in ijs, quæ *Juris* sunt, circa sententias adversus Reges, ac Imperatores latas fuisset observata, nunquid hæc etiam comparata cum dogmaticâ certitudine, longè inferioris esset conditionis, quoad rem ipsam fallibilitati prorsus obnoxia? Etenim ex toto illo Authoris præcitatî discursu nullum patet fundamentum, ex quo in illis Summorum Pontificum, ac Conciliorum Oecumenicorum adversus Reges, ac Imperatores procedentium sanctionibus, major eluceat veritatis firmitas, quàm *moralis* certitudinis, quæ *realis* fallibilitatis sphaeram minimè supergreditur. In quo ad eò centro versatur ratio præsentis difficultatis *seq. concl. prob. 3.* accuratiùs expendenda.

#### CONCLUSIO.

36. **C**onciliorum Oecumenicorum super Ecclesiasticâ erga Reges potestate sanctiones, ex *intrinsicâ* suâ vi, ac energîâ præferunt auctoritatem, quâ prævalidè eliduntur Argumenta in contrarium allata.

Explicatur. Solemnis præliminaliter hæc quæstio moveri posset: *An Decreta Concilij Oecumenici sint fidei Divinæ, vel humanæ duntaxat?* Sed distinguendum est: sacrarum namque Synodorum definitiones spectari possunt vel *objectivè*, vel *formaliter*. Nam *objectivè* important ipsamet fidei dogmata, illibato Verbo Dei contenta, & super candelabrum Ecclesie posita per Oecumenici Concilij definitiones. At *formaliter* important sacri Concilij Divinâ Spiritûs sancti assistentiâ autorizatam verâ, ac genuinâ sacrarum Litterarum interpretationis sententiam: quæ ut sic est solùm *participativè* Divina, estque ad eò inferioris gradus, quàm sacrarum Scripturarum, seu fidei dogmatum autoritas, cum ista ipsi Veritati Primæ immediatè innitatur, & per hanc, ceu fidei Theologicæ motivum specificativum in se ipsa essentialiter autorizetur. Unde Concilij decisoria sententia *secundum se formaliter* considerata, licet supernaturalis, verum sacræ Scripturæ sensum, Primamque ad eò Veritatem revelantem applicantis ad voluntatem, ut in fidei, ac Divinæ revelationis obscurâ obsequium captiver, ac moveat intellectum. De hæc igitur tum *essentialiter*, tum *participativè* Divinâ Conciliarium Decretorum auctoritate agemus in sequentibus: in hoc equidem *S. visuri*; utrum *Argumenta superius in contrarium opposita, habant aliquid efficacie ad diminuendam energiam Conciliarium Decretorum, S. 3. deducendorum.* Exinde verò in eodem *S. 3.* expensuri. *An præallegatæ sanctiones Synodales ex parte objecti important aliquod fidei dogma super Ecclesie candelabro jam positum, ac definitum, cum formaliter eo potantur prudentialis credibilitatis pondere, per quod nefas sit, Articulos sic definitos revocare in dubium?*

#### PROBATIO I.

**I**N qua fit confutatio Argumenti adstruentis, Regiæ dignitatis collationem esse *juris Divini*.

Etenim *Politicam*, & *Civilem* Jurisdictionem esse Divinitus concessam immediatè Communitati, atque ex hujus voluntariâ translatione derivatam in Principem aliquem, seu Imperatorem, seu Regem, eruitur *ex lege 1. ff. de Constitutionibus Principum. Et leg. 5. S. Novissimè. ff. de orig. juris.* Ex quo namque homo per naturam suam noscitur esse animal sociale, ac politicum, lumine naturali æquè notum esse debuit, oportere, inter homines subsistere politicum quodpiam regimen, non Justitiæ duntaxat inter privatos, sed boni quoque publici moderativum, sicque concivium in unum corpus politicum coadunatorum ordinativum ad Commune Civitatis, seu Republicæ Bonum. In cujusmodi ad eò regimine politico oportuit, statui supremam quampiam potestatem, cujus decisorijs sententijs universi acquiescere deberent, ut sic publica pax, & tranquillitas conservari valeret. At sicuti jure naturæ haudquaquam fuit

determinata sphaera cuiusque seu Nationis, seu Regionis, ac Provinciae, seu Civitatis, alteriusque Communitatis, sed illa est constituta libera hominum conventionione, in diversa climata, ac terras sponte sua sese dividendum; sic neque jure naturae fuit determinatum, an in uno, vel pluribus, vel etiam in tota per consensum hominum in unam seu Nationem, seu Provinciam, aliudve politicum regimen liberè se coadunantium Communitate, subsisteret illa per jus naturae ab ipsomet Deo immediate constituta suprema gubernativa potestas. Et hinc jure naturae haud subsistit definitum, quod vel in hac, vel in illa Natione sit Monarchicum potius, quam Aristocraticum, vel etiam Democraticum regimen. Multò minus jure naturae potest esse definitum jus haereditarium politici regiminis, intra certam aliquam stirpem propagandi, sicque magis adhuc remotum est à jure naturae, quod determinarit individuas politico regimini praeficiendas personas: sed haec universa pendet ex constitutione hominum.

38. Quandoquidem ergo Regia, seu Politica potestas secundum se formaliter sit juris Divini, ejus tamen collatio varijs ab hominum placito dependentibus affecta conditionibus, subiecta sit humanis ordinationibus, & constitutionibus: quandoquidem etiam jus Regiae potestatis, seu supremae politicae non in actu signato, & quasi in abstracto, in se formaliter consistens, ut sic luminis naturalis necessario jure constitutum, sed concretè, & subjectivè spectatum, quò pro isto seu climate, seu natione, seu provincia coarctatum, & quò huic praecise turpi jure haereditario communicatum, vel quò jure electivo sub hac, vel illa norma, modoque regiminis uni, vel pluribus destinandum, sicque adeò quò huic individuo supposito applicatum, seu applicabile, sit dependens ex hominum ordinationibus. Idcirco emergit hinc quaestio; An Regiae potestatis collatio faciendae homini Christiano characteri insignito, sicque Ecclesiasticae potestati subiecto, & ab hominum, vi characteris in Baptismate accepti, Ecclesiae sanctae aequè subditorum dispositionibus dependens, expers dicenda sit moralitatis in Regnum caelorum ordinabilis? Nullus profectò vel Rex, vel populus Christianus Regiae gubernationis, vel activè, vel passivè contors, ullam in se moralitatem patietur, ut expers esse debeat illius ad Regnum caelorum ordinabilitatis, vel certè, si ejusmodi ordinabilitatem à se conetur evertere, certa, & indubitata in ipso stabit suae moralitatis à Regno caelorum deordinatio, quae & ipsa subijcitur Ecclesiae clavibus. Jacto igitur indubitato illo fundamento, quòd Regiae potestatis collatio tum quò in certum individuum suppositum derivata, tum quò ex hominum ordinationibus originariè profluens, sit moralitatis in Regnum caelorum ordinabilis capax, & particeps, oportet hoc ipso, talem collationem utrovis illo modo, activè scilicet, & effectivè, sive etiam passivè, ac subjectivè spectatam, contineri sub illo: Quodcumque, quòd est morale super terram, super quo Christus Oecumenicae Ecclesiae in

suo Capite, Summo Pontifice, vel universali Concilio repraesentatae, concessit indefinitam ligandi, & solvendi potestatem.

## PROBATIO II.

In qua refutatur secundum Adversariorum adductum Argumentum.

39. Quando sanctiones Conciliares, quibus Regibus, vel Imperatoribus adempta est suae dignitatis auctoritas, dicuntur nisi fundamentis, quae non tam Juris sint, quam Facti, in quibus adeò Summus Pontifex, atque etiam Concilium Generale possit errare; ad hujus objectionis vim fortius elidendam vel maxime conducit, expendere normam, sub qua oporteat fieri Oecumenici Concilij sanctiones, univertos Christi fideles obstringendi auctoritatem obtinentes.

40. Pro primo sane principio ejusmodi Oecumenicae sanctionis, oportet, supponi aliquod seu speculativum pro dogmatibus definiendis, seu practicum pro morum Christianae Religionis consentaneorum constitutionibus faciendis, vel ex ipsa Divina fide immediate certificatum, vel in Verbum Dei certò reducibile principium. Si equidem sub tali fidei principio Concilium Oecumenicum procedere velit ad subinferendam sanctionem, seu fidem ipsam, seu mores in generali concernentem, oportet, alterum subsumptum (& uti Scholae loquuntur per modum Minoris adhibitum) principium esse vel de fide etiam, vel lumine naturae notum, ut in vi duorum ejusmodi, Majoris scilicet, ac Minoris principiorum collationis factae, inferatur conclusio seu dogmatica, seu omnimodè certae moralis sanctionis sub demonstrativae consequentiae energia, in ipsam fidei veritatem reducibilis.

41. Quando autem sanctio Oecumenici Concilij terminatur super individua quampiam re, seu Christiani nominis personam, veluti si Sancti cuiuspiam Canonizatio, sive cuiuspiam Canonici libri definitio, vel etiam Regis Ecclesiae sanctae rebellis exauthoratio decernatur, tunc Minoris loco subsumptum principium, omninò dependet ex ijs, quae sunt Facti, sicque adeò per naturam obnoxia errori. Sub cuiusmodi tamen, secundum intellectus, quò speculativi lineam, Facti fallibilitate, ad intellectum quò practicum habito respectu, intervenire potest moralis certitudo, sub quò post competentem, ac debitam super rei veritate indaganda adhibitam industriam, fiat securitas conscientiae à culpa, deordinationeque extra Moralitatis honestatem desciscente excusans. Quae adeò moralis certitudo, quò ex humana duxtaxat industria est procedens, licet speculativè loquendo, sit obnoxia errabilitati, at tamen, quò per gratiae Divinae irradiationem elevatur ad statum, prudentiae non jam acquisitae, sed insulae, ac supernaturali commensuratum, expers redditur erroris etiam speculativi: quemadmodum in prudentiae Divinae, Christum sub his determinatis Eucharisticis speciebus adorabilem distantis practico judicio,




cio ea sit per Spiritus sancti depurationem à materiali errori obnoxia concrezione abstractio, ut, si species adorationi exposita non sint verè ac realiter consecratae, ad illas nequaquam, sed ad Eucharisticas species, quæ ab ista falsa concrezione abstractas, terminetur religiosæ, secundum supernaturalem patriæ virtutem exhibendæ adorabilitatis, repræsentativa, prudentiæ infusæ ratio practica.

42. A fortiori igitur hæc per Spiritum sanctum à materiali errabilitati obnoxia concrezione depuratio, & abstractio locum habet circa Conciliares sanctiones, quæ ex Facti errori subiectis probationibus profuissent: ita ut Ecclesiæ sanctæ iudicium à Spiritu sancto dirigendum, non permittatur ab isto Veritatis Spiritu proferri super ullo Facti fundamento, nisi revera existat verum. Atque hoc est, quod Spiritus sancti assistentia in tantum præstito sit Concilijs Oecumenicis ex prudentiæ non naturalis, sed supernaturalizatae, ac Divinizatae iudicio sancientibus, ut pro indubitato sit tenendam principio, Spiritum sanctum docere omnem veritatem, non sub fidei duntaxat lumine, sed prudentiæ quoque infusæ dictamine. Quod si ergo Conciliaris quæpiam sanctio partim ex fidei principio quæ Majori, partim ex moralis certitudinis principio, prudentiæ infusæ, ac supernaturali per Spiritus sancti gratiam consensurata, Minoris locum occupante, procedat ad conclusionem in particulari, etiam totam Ecclesiam constringente, auctoritative decernendam, negari profusè oportet, tali conclusioni auctoritative (etiam quæ fundatur in Facto naturaliter fallibili) posse subesse falsum, sed conclusionis ejusmodi reductio fieri debet tum in prius, Majoris loco positum fidei principium, tum in posterius, Minoris vices subiens prudentiæ infusæ principium.

#### PROBATIO III.

In qua refellitur tertium Adversariorum superius deductum Argumentum.

43. Tenim Concilia Oecumenica, ac Summi Pontifices procedentes adversus Reges sanctæ Ecclesiæ rebelles, vel alias à Regni cælorum ordine gravissimè exorbitantes, nituntur tum fidei indubitato principio, per Christum tradito de Ecclesiæ clavium indefinità super omne, quod super terram morale est, protensâ, ligandi, & solvendi potestate: tum prudentiæ infusæ per Spiritus sancti gratiam formando dictamine, nulli errori subijci possibili, ceu secundario, ac subsumpto, Minore dicto principio. Ex quo adeo duplici principio non ea duntaxat, quæ prudentiæ naturali commensurata est, sed altior, & sublimior infusæ per Spiritus sancti gratiam motæ prudentiæ supernaturali proportionata, certitudo moralis enascitur, omnimodæ expers deceptionis, minimeque obnoxia errabilitati.



#### § III.

Nostratis sententiæ Argumenta referuntur cum Conclusionem super ijs reflexivâ.

#### ARGUMENTUM I.

Petitur ex Cap. Ad Apostolica, De Sens. & re iudicat.

44. A Uthor Regalis Sacerdotij lib. 1. §. 7. arguuntur i. ex Cap. Ad Apostolica. De Sens. & re iudicat. in 6. Innocenti IV. Canone, edito in Generali Concilio Lugdunensi sub hoc tenore: Cum dura guerrarum commotio nonnullas professionis Christianæ Provincias diutius afflisset, Nos ad Federicum (nempe Imperatorem II. huius nominis) præcipuum principem secularum, huiusmodi dissensionis, & tribulationis auctorem à felicitate recordationis Gregorio Papa IX. Prædesefore nostro pro suis excessibus anathematis vinculo innodatam, speciales Nuncios & magna auctoritatis viros duximus destinandos &c.

Nos itaque super præmissis, & quam pluribus alijs ejus nefandis excessibus, cum Fratribus nostris, & sancto Concilio maturâ deliberatione præhabita diligenti; cum Iesu Christi vices licet immeriti teneamus, nobisque in persona Beati Petri sit dictum: Quodcumque ligaveris super terram, ligatum erit & in cælis: & quod memoratum Principem, qui se Imperio, & Regnis, omnique honore, & dignitate reddit tam indignum, omni honore, & dignitate privatum à Domino ostendimus, denunciavimus: & nihilominus sententiando, privamus omnes, qui ei iurejurando fidelitatis tenentur adstricti, à juramento ejusmodi perpetuo absolventes: Apostolicâ Auctoritate firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero sibi tanquam Imperatori, vel Regi pareat, & intendat: decernendo, quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori, vel Regi consilium, vel auxilium præstiterint, seu favorem, ipso facto Excommunicationis sententiæ subjacere. Illi autem, ad quos electio spectat Imperatoris, liberè eligant.

Ex quâ sanctione præcitatus Author instigat ad audiendum, ac perpendendum; quomodo non Pontifex tantum, aut Concilium, sed utrumque in medio ipsius Galliæ, consensuque Ecclesiæ Gallicanæ ipsissimam illam sententiam pronuntiavit, quam defendimus, quamque nemo alius impugnare potest, quam qui apertè se, & Concilio Universali, & Ecclesiæ Gallicanæ adversarium profiteatur.

#### Obiectio.

45. Excipi potest ex parte adversâ, hunc Canonem haud evincere intentum præinsinuatæ argumentationis, nisi fundamentum ejusdem ostendatur nixum Verbo Divino.

#### Responsio.

46. Innitendo partis adversæ postulato, discretè pronunciamus, manifestè probari ex præadductâ sanctione Pontificiâ, & Conciliati, quod

quod autoritatis Oecumenicæ adversus Imperatorem ad ejus usque depositionem à Pontifice, & Concilio ibidem exercita subsistentia redocatur in Christi vicariam, indefinitamque ligandi, & solvendi potestatem. Cujusmodi ad istud fidei principium reductio Theologica, uti jam frequenter à nobis fuit ostensa, ita sub aliquali nimis repetitionis devitanda circumspeditione, simile quid præstabitur in subsequentis conclusionis primâ probatione.

## ARGUMENTUM II.

Desumptum ex Decretis Concilij Constantiensis.

47. **A**uthor Regalis Sacerdotij argumentatur à ex varijs ejusdem Generalis Synodi constitutionibus. Quarum prima est monitorium Sess. 20. destinatum adversus Fridericum Austriæ Ducem sub hoc tenore: Sacrosancta Generalis Synodus Constantiensis universos, & singulos Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos &c. requirimus, & monemus primò, secundò, tertio, & peremptoriè, quatenus Fridericum Ducem Austriæ, & alios (jurium, & honorum Episcopatus Tridentini) occupatores requirant, & moneant quos nos etiam tenore præsentium sic requirimus, & monemus, ipsique Friderico Duci in virtute sanctæ Obedientia, & sub anathematis, Sacrilægi, privationis omnium bonorum feudaliū, quæ ab Ecclesiâ, seu Imperio obtinent, & inhabilitatis Jura, & suorum masculorum ad obtinendum tam feuda, quam officia, & beneficia usque ad secundam generationem, & honoris, & fama, ac communionis in Consilij Principum &c. mandamus &c.

48. Insuper Sess. 28. declarat eadem sancta Synodus, Fridericum, & occupatores jurium, & honorum prædictorum, cujuscunque status, gradus, conditionis, aut præminentia, etiam si Ducalis fuerint, sententias, & censuras dicto Monitorio comprehensas, incidisse. Et infra: Committit ergo præfata sancta Synodus charissimo filio Ecclesiæ Defensori, & Advocato Regi Romanorum semper Augusto, cujus specialiter interest, ad requisitionem Ecclesiæ constructas, & oppressas Ecclesias restaurare &c. eandem sententiam executioni demandare &c.

49. Porro Sess. 37. in sententia contra Benedictum XIII. Eadem sancta Synodus universalem Ecclesiam representans, omnes Christianos ab ejus obedientia, atque juramentis, & obligationibus eidem quomodolibet præstitis absolvit, & absolutos esse declarat, ac omnibus, & singulis Christi fidelibus inibet sub pena savoria schismatis, & hæresis, atque privationis omnium beneficiorum, dignitatum, & honorum Ecclesiasticorum, & mundanorum, & alijs pœnis, etiam si Regalis sit dignitatis, aut Imperialis, quibus, si contra hanc inhibitionem fecerint, sint autoritate hujus Decreti, ac sententia ipso facto privati.

50. Ad hæc Sess. 39. hanc in modum providetur futuro schismatico: Ut autem metus, seu impressionis molestia in electione Papæ eò formidolosi evitetur, duximus specialiter statuendum, quod si quis hujusmodi metum, aut impressionem, aut violentiam electoribus intulerit, seu fecerit, aut fieri procuraverit, vel factum ratum habuerit, cujus-

enque status, aut præminentia fuerint, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeat dignitate, illas pœnas ipso facto incurrat, quæ in constitutione Bonifacij Papa VIII. quæ incipit Felicitas: continentur, illisque effectualiter puniatur.

Ipsissima hæc Constantiensis Synodus innovat pœnas Decretalis in Cap. 5. de Pœnis. in 6. relatæ sub istâ verborum formâ: Reus criminis læsæ Majestatis perpetuo sit infamis, diffidatus, nihilominus & bannitus, sit intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicujus bona ex testamento, vel ab intestato vocetur &c. Si qua verò feuda, vel beneficium spirituale, vel temporale ab aliquibus Ecclesijs obtinet, sit eis ipsore privatus &c. Nulli præterea talium filiorum, aut nepotum ex virili sexu descendendum ab eisdem alicujus aperiatur janua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, vel mundani.

Cæterum in Bulla Martini V. quæ post ejusdem Concilij Constantiensis Sessionem ultimam habetur; Mandatur omnibus Principibus, & Dominis temporalibus, ut Inquisitoribus Hæreticæ pravitatis omne auxilium, & favorem præbeant, eoque (hæreticos) investigandos, capiendos, custodiendosque curent. Cujusmodi mandatū latius adhuc extenditur ibidem adversus hæreticos, etiam si Regali, Reginali, aut aliâ quavis Ecclesiasticâ, vel mundanâ præfulgeant dignitate &c. puniendos etiam privatione bonorum, & dignitatum quoque secularium.

Ex quibus præcitur Author animadvertendum inculcat, haberi jam à Concilio Constantiensis definitum, eos, qui invadunt bona, & Jura Ecclesiastica, posse à Summo Pontifice, & Concilio universali, jurisdictione privari, infamia notari, bonis, ac Juribus temporalibus destitui, etiam si Ducalis fuerint dignitatis, præsertim Sess. 28. & 37. Unde patere, quænam Concilij Constantiensis mens fuerit, quantumque à doctrina Parisiensis Conventus sit aliena. Hic enim primam propositionem hanc ponit: Principis in temporalibus nulli Ecclesiasticæ potestati nec directè, nec indirectè subiectos esse: Constantiense verò Concilium toties, tamque repetitis vicibus Principes, Regesque dignitatis, bonisque temporalibus, si jura Ecclesiæ invadant, si hæreticis favent, multandos decernere, ut proinde vel hoc, vel Parisienses Patres falli necessum sit, imò isti secum pugnare convincantur, dum hæc propositionem Concilij Constantiensis doctrinæ contrariam ponunt, in propositione autem secundâ Synodum Constantiensem sanctam, & immotam, & ab Ecclesiâ Gallicanâ semper custoditam, cultamque dicunt, ejusque decreta velut lineam, & terminos Pontificiæ autoritatis statuunt, & tamen ab illâ conjunctè & longè discedunt, & quam maximè laudant, maximè impugnant.

## Objectio.

542 **E**Xcipi potest ex parte adversâ contra Oecumenicam Concilij Constantiensis autoritatem, eò quod ista sit per Christum sancita ex sui Nominis, id est, vicariæ suæ autoritatis charactere, de quo disquiri merito potest; quomodo

modò subsisterit in illo Concilio, dum Christi Vicarius, Papa non intervénit?

Responsio.

55. **H**ujus difficultatis rationem reservamus partim in sequente Articulo, partim in Conclusionis sequentis probationem secundam, ubi ostendetur, qualem Martinus V. legitimus Christi Vicarius, Synodo illi mediante sua ejusdem Decretorum confirmatione, auctoritatem contulerit, & quomodo Synodus futuri legitimi Papæ approbationis Decreta sua reservans, cum isto concurrerit ad Oecumenicam, statutis à se editis auctoritatem impertiendam.

ARGUMENTUM III.

Petitum ex Concilio Lateranensi juxta Cap. 3. De hæreticis.

56. **A**rgumentatur igitur 3. præcatus Regalis Sacerdotij Author in hæc verba: Si Dominus temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesiâ, terram suam purgare neglexerit ab hac hæretica scditate, per Metropolitanum Excommunicationis vinculo innodetur. Et, si satisfacere contempserit infra annum, significetur hoc Summo Pontifici, ut ex tunc ipse vassallos ab ejus fidelitate denunciaret absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, &c. Hoc igitur Lateranense IV. Concilium (cujus sententia tam clara est, ut nullam admittat exceptionem) pergit præcatus Author, vel maxime dicendum esse universale, utpote cui cum Innocentio Papa interfuerint Archiepiscopi septuaginta, Episcopi quadringenti, Abbates duodecim, Patres Conventuum octingenti, quos inter extiterunt Patriarchæ Constantinopolitanus, & Hierosolomytanus, atque Alexandrini, & Antiocheni Legati, itemque Oratores Imperatorum Orientis, & Occidentis, Regum Galliarum, Hispaniarum, Angliarum, Hierosolymorum, & Cypri?

Objectio:

57. **E**xcipi potest disquirendo; utrum Oecumenici Concilij substantia ex Episcoporum, Regionumque Oratorum numero subsistat, vel potius ex Vicariæ Christi auctoritatis caractere, in vi cujus verè dici potest Concilium ex minori etiam Episcoporum numero coalescens, esse aggregatum in Christi Nomine?

Responsio.

58. **D**E hoc agemus ex instituto in sequenti Articulo. Interea cum in citato Canone de cernatur, ut, Si Dominus temporalis ob hæreses fautoriam ab Episcopo Metropolitano innodatus Excommunicatione, infra annum non satisfecerit, Summus Pontifex denunciaret vassallos ab ipsis fidelitate absolutos, ejusque terra exponatur Catholicis occupanda; iterum emergit quæstio; An summus Pontifex juxta hujus Canonis præscriptum procedendo, ex demandatâ duntaxat Generalis Concilij, vel ex propria sua Oecumenicâ potestate

dicendus sit, & vassallos illius temporalis Dominij ab ejus fidelitate denunciasset liberos, & terram illius exposuisse Catholicis occupandam? De quo dicemus infra in sequentis Conclusionis tertii probatione.

ARGUMENTUM IV.

Petitum ex auctoritate Oecumenicorum Conciliorum, ab ipsis etiam Gallis magnâ veneratione cultorum.

- A**uthor Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. in fine §. 14. argumentatur 4. Si Summotum Pontificum, super Regiæ potestatis erga Oecumenicam Ecclesiæ auctoritatem subordinatione, ac subjectione statutientium, decreta postulanda essent dubiæ fidei, Concilia saltem præallegata superare omnem exceptionem, cum & sint Generalia, & partim in Gallijs habita, & partim à Gallis magnâ veneratione culta, qualia sunt Lateranense, Lugdunense, Viennense, Constantiense. Ergo non potuisse, nec debuisse à Conventu Parisiensi, qui particularis, ut nec paris cum Concilio generali sit auctoritatis, litem, & bellum pati ab illis præsertim, qui tam copiose, tantoque apparatu observantiam sacrorum Canonum in sua tertii propositione Summis Pontificibus inculcant.

Objectio.

- D**Eferamus ex integro Concilij Oecumenici infallibilitati, quando in eo est statu, ut indubitatum Synodi Oecumenicæ à Christo sancitum charactere præferat, atque ex hujusmodi auctoritate Oecumenicâ veritatem aliquam ex Divinis oraculis decidat, ejus definitionem referendam esse inter fidei dogmata. Num verò de præallegatis Concilijs dicere fas est, omnia, & singula indubitato Oecumenicæ Synodi per Christum definito charactere præfulgere, ac insuper, de Papæ super Reges auctoritate, ex Dei Verbo sanxisse dogmaticam constitutionem, inter indubitatos fidei articulos recensendam?

Responsio.

- H**ujus difficultatis centrum, quemadmodum meretur, singulari cum industria expendemus proximè subsequeturâ conclusione.

CONCLUSIO.

- E**X præadductis circa Ecclesiasticam supra Reges auctoritatem, Conciliaribus sanctionibus, habetur veritas etiam Theologicè certa.

Explicatur. Sive enim talis sanctio Oecumenici Concilij resolvatur in primum illud præinsinuatam fidei principium: sive in subsumptum prudentialis supernaturalis à Spiritu sancto moti dictaminis principium quasi secundarium, sub utraque ista resolutione sit resolutio in lumen aliquod Divinum, cujus, & hinc derivatæ conclusionis, seu sanctionis ceteritudo

tudo longè major est naturalis, seu physica, seu metaphysica certitudine, ad Theologicam aded certitudinis sublimitatem sublevanda.

PROBATIO I.

Desumpta ex Cap. Ad Apostolica, De sent. & re iudicata, in. 6.

62. **E**Tenim ex hujus Canonice intrâ Concilium Lugdunense editæ sanctionis litterâ clarè constat, ejus fundamentum reduci in hoc fidei principium, quo credimus, *Summum Pontificem Christi in terris agere vices, ipsique in persona Petri dictum esse: Quodcumque ligaveris, seu solveris super terram, erit ligatum, seu solutum & in caelis.* Quis verò negare auit sub illo quocumque, quod est in terra morale, contineri & actus morales publici quoque à Rege promanantis regiminis; & dignitatis Regiæ ad hanc individuum personam ex æquitatis ratione faciendam applicabilitatem, ejusque in Rege Ecclesiæ sanctæ clavibus subiecto perseverantiam moralem? Sub illo aded fidei principio, per illam sanctionem Synodalem, expendebatur Imperatoris ex facinoribus suis indignitas. Cujus judiciaria proinde discussio, licet fuerit dependens à probationibus, quæ intrâ præclaram prudentiæ naturalis sphaeram, non supergrederentur moralem certitudinem; attamen hoc Oecumenici Concilij iudicium, per Spiritûs sancti gratiam ita depurabatur à materiali fallitatis periculo obnoxia concreione, ut altior prudentiæ infusæ commensurata certitudo practica, omnimodam fallitatem excludens, per Dei instinctum efformata, & cum illo principio fidei collata, sub formâ virtualiter saltem Sylogisticâ progredieretur ad concludendam sententiam, adversus Imperatorem judicialiter secendam sub verâ, lumini supernaturali innixâ, consequentiâ Theologicâ.

PROBATIO II.

Desumpta ex Decretis Concilij Constantiensis.

63. **E**X verbis istorum Decretorum non elucet equidem, in actu signato eorum resolutionem reduci in fidei principia. Attamen certissimum est, Patres sanciendo illa Decreta, attentos fuisse ad potestatis Oecumenicæ, Concilio Divinitus concessæ auctoritatem.

Sicuti ergo Decreta illa effectivè proflexerunt ex illâ auctoritate Oecumenicâ; sic omnino consequens est, eorum resolutionem in actu exercito, ac virtualiter reduci, atque sub ipsâ primâ sui constitutione reducta fuisse in fidei principium, quo Concilij Oecumenici auctoritas habetur Divinitus constituta.

64. Et licet ex Christi Domini verbis Matthæi 18. constet, Oecumenici Concilij characterem proprium (ex ejus nempe respectu Christus promissit, se in Synodi medio futurum) subsistere ex Christi nomine, utique vicario, ejusque aded in terris relicta Petro, ac ipsius successori collatâ vicariâ auctoritate. Hunc tamen characterem quoad ea, quæ fidei sunt, accessisse Concilio Constantiensis, patet ex ejus fine, ubi Papa Martinus V in sessione publicâ, eaque ultimâ, requisitus sanxit, quod omnia, & singula

determinata, conclusa, & decreta in materijs fidei per præfens Concilium, Conciliariter tenere, & inviolabiliter observari vellet, & nunquam contraire quoquo modo liceret: ipsaque sic Conciliariter facta approbat, & ratificat, & non aliter, nec alio modo. Quidni ergo dixerimus, præallegatorum Decretorum resolutiones, quæ in fidei principium reducibiles, imò sub ipsâ primâ sui constitutione, atque Papæ postmodum secutâ approbatione reductas in auctoritatem Divinitus constitutam, ac fide Divinâ creditam, ut sic fidei materiam concernentes, integram ex tunc obtinuisse Conciliarium sanctionem firmitatem prorsus certam, ac immobilem, quoad auctoritatem Ecclesiasticam (ceu Decretorum istorum principium) in actu exercito, ac virtualiter ipsidem communitatam.

PROBATIO III.

Perita ex Generalis Concilij Lateranensis IV. sanctione relatâ in Cap. 3. De hæreticis.

Quandoquidem sacro huic Concilio notissimum fuerit principium de Ecclesiæ Clavibus, cum indefinitâ super quocumque, quod in terris est morale, protensâ ligandi, & solvendi potestate legitimo Petri successorî competente, ideo nefas foret, dicere, Patres Concilij non tam respexisse ad illam Papæ auctoritatem, quàm Concilij Oecumenici propriam Jurisdictionem eidem demandasse, decernendo, ut, si Dominus temporalis ob hæresos fautoriam excommunicatus, infra annum non satisfecerit, Summus Pontifex Vasallos ab ejus fidelitate absolutos denunciet, facto mandato, ut terra illius occupetur à Catholicis. Quare in vi hujus sanctionis dicendum est, Concilium illud Oecumenicum, ipso etiam vicario Christi nomine, seu auctoritate fulcitum, unice intendisse, ut pro illo incorrigibilitatis casu, excitaret Papæ Oecumenicum Pastorale officium, cum ejus indefinitâ ligandi, & solvendi potestate, eo modo, quo præscribitur, ad procedendum adversus Dominum temporalem de hæreseos fautoriâ convictum. Atque per hoc Decretum Pontificiæ auctoritatis excitatorium, redditur manifestum, quod Concilium illud Oecumenicum agnoverit, & sanxerit, Papæ auctoritatem protendi super Dominos quoque temporales, eosque supremos, nec non super eorum dominia temporalia, ac territorialia, seu Regia, vi Pontificij mandati ab alijs ex tunc occupanda.

PROBATIO IV.

In qua paucis ostenditur vis præadductarum Conciliarium sanctionum.

66. **E**Tenim præadductis Concilijs Lugdunensi, Constantiensis, & Lateranensi accessisse characterem vicarij nominis Christi, sive Vicariæ hujus in terris relicte auctoritatis, patet ex antecedentibus Constat inluper, Lugdunense Con-

se Concilium processisse ex aperto fidei principio Oecumenicæ Ecclesiasticæ potestatis, indeque cepisse resolutionem sententiæ, super Imperatorem, ejusque jura temporalia protentæ. Hæc igitur Synodica sanctio virtualiter saltem reducenda est in fidei principium, ad eam sanctionem se habens, tanquam motivum formale, ac specificativum, utpote, quod per consequentiam tum ex illo principio quâ Majore, tum ex prudentiâ infusâ subsumpto d'examine, quâ Minore, procedentem, elicit Theologicè illativum præfatæ sanctionis Conciliaris.

67. Constat denique de Concilij Constantiensis, ac Lateranensis præadductis decretis, ea virtualiter, in actu saltem exercito reduci in fidei principium. Quid ni ergo talibus sanctionibus ea adhibeatur meritò reverentia, quam exigit veritas in fidei principium reducta. Viderint proinde adversarij, ne, si talibus sanctionibus deferre nolint, vel in fidei lumen, vel in prudentiâ supernaturalis faciem impingant, sicque reputandi sint inter illos, qui videntes, non vident, & intelligentes non intelligant.

## S. IV.

## Corollarium.


68. Coronidis loco videtur consultò hic superaddendum Juramentum ab Imperatoribus Romano Pontifici præstari solitum, præut habetur in Clementina univ. de Jurjurando à Clemente V. editâ in Concilio Viennensi. Unde in subitatum delinquit Imperatoris erga Summum Pontificem subjectionis argumentum. Res igitur ita se habet. prorsus digna, ut per extensum hic exhibeatur: Dudum sanè inter quondam Henricum Imperatorem, tunc Romanorum Regem, & Charissimum in Christo filium nostrum Robertum Siciliæ Regem gravi discordiâ suscitata: Nos multis, grandibusque periculis, quæ exinde provenitura verisimiliter timebantur, intendentes, celeri, & opportuno remedio obviare, quibusdam ex Fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus existentibus tunc in urbe proreformandâ pace, & solidandâ concordâ inter Reges eisdem, litteras nostras sub certa firma duximus destinandas, inter alia inserentes in eis, quoddam, cum ipsi Reges ejusdem Ecclesiæ specialissimi Filij sibi Juramento fidelitatis, & aliâ multipliciter essent asseriti: ipsius Ecclesiæ debeant esse promptissimi defensores. Dicitis autem litteris in notitiam dicti Henrici ad Imperium jam promoti sic deductis, idem Henricus ab eisdem Cardinalibus requisitus, ut super contentis in illis suum propositum responderet, quasi molestè tulisset, quod de Juramento fidelitatis hujusmodi per eum præstito in dictis litteris mentio haberetur, non familiariter, nec secretè, ut tractanda pacis qualitas exigebat, sed multis tabelionibus accessit, & requisitus ab eo, quoddam de responsionibus suis conferrent publica Instrumenta: inter cætera publicè, præsentate multitudine hominum copiosa, respondit, se non fore eoquequam ad Juramentum fidelitatis asseritum, & quoddam nunquam fecerit Juramentum fidelitatis alicui obligatus, & quoddam ipse neciebat, quod antecessores sui Romani Imperatores nunquam Juramentum hujusmodi præstassent, simu-

lans, se immemorem Juramentorum, quæ nobis ante Coronationem suam præstiterat, & post coronationem etiam innovarat. Nos itaque attendentes, quoddam hujusmodi responsio, si sub dissimulatione pertranscat, vel silentio pallietur, posset in magnum, & evidens præjudicium Romanæ Ecclesiæ redundare, dignum admodum, & opportunum fore prospeximus, ut de Juramentis hujusmodi constitutioni præsentis aliqua breviter annexemus. Dicitis namque Henricus quàm primùm fuit in Regem Romanorum electus, sollemnes ad nos Nuntios destinavit, datus eis per suas patentes litteras plenum, & speciale mandatum exponendi Nobis pro eo devotionem ipsius, & reverentiam filialem, quam ad nos, & Romanam Ecclesiam sincero genere se dicebat asserit; nec non petendi, & impetrandi à nobis, favorem, & gratiam conjunctos: offerendi quoque nobis, & præstandi pro eo, & in ipsius animam debita nobis, & eidem Ecclesiæ fidelitatis, & cuiuslibet alterius generis Juramentum, ac nihilominus petendi à nobis per nostras sibi manus in præditi nullionem, Consecrationem, & Romani Imperij Diadema. Præfatis itaque Nuntijs, in nostrâ, & Fratrum nostrorum præsentia constitutis, ac secundum dicti tenorem mandati Avenione, ubi tunc eramus cum nostra Curia residentes, in publico Consistorio, in quo erat Prælatorum, & aliorum, tam Clericorum, quàm Laycorum non modica multitudo, præmissis per eos coram nobis expositis supplicando petitis similiter, & oblati: Nos eodem mandato, Decreto, electionis ejusdem Henrici ex parte Principum tam Ecclesiasticorum, quàm secularium, qui eundem elegerant, nobis per dictos Nuntios præsentatis plenè cum eisdem fratribus deliberatione discussis, factaque nobis de electione hujusmodi concordis, & legitime plenè fide, examinata: quoque personâ ipsius Henrici, prout absentia patebatur ejusdem, & de ipsius fide, probitate, & alijs, quæ in persona Imperatoris sunt meritò requirenda, cum pluribus Prælati, & alijs magna auctoritatis viris, qui ejusdem Henrici mores, conditionem, statum plenè noverant, inquisito, eiusque personâ, cujus etiam nos, & Fratres nostri aliqualem prius notitiam habebamus, propter quod facilius transivimus in examinatione hujusmodi, idoneâ reputatâ, ipsum nominavimus Regem Romanorum, ipsius approbantes personam, eumque sufficiens, & habilem declarantes ad suscipiendam Imperialis celsitudinis dignitatem, ac decernentes Vnctionem, Consecrationem, Imperijque Romani Coronam sibi per manus nostras debere concedi: Et subsequenter à præfatis Nuntijs sufficiens ad hoc ab eo (ut præmittitur) mandatum habentibus secundum formam in Decretis, quæ incipit, Tibi Dominice, comprehensam, fidelitatis recepimus Juramentum: Postquæ idem Henricus Consecrationis, & Coronationis suæ tempore aliud eisdem Cardinalibus, quos ad impendendum sibi hujusmodi Consecrationis, & Coronationis insignia miseramus ad urbem, illud nostro nomine recipientibus Juramentum præstitum corporale, quod in libro Pontificali Romano præstandum Pontifici per Imperatorem Coronationis suæ tempore continetur: cuius tenor dignoscitur esse talis: Ego Henricus Romanorum Rex, annuente Domino, futurus Imperator promitto, spondeo, & polliceor, atque iuro coram Deo, & Beato Petro, me de cætera Præcursorem, & Defensorem fore Suor.

mi Pontificis, & huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus necessitatibus, & utilitatibus suis, custodiendo, & conservando possessiones, honores, & iura eius, quantum Divino suffultus adiutorio seruo, secundum fidem, & posse meum rectè, & purâ fide: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Ceterum qui iuramenta huiusmodi fidelitatis existant à retro Romanis Principibus, non sicut hæcenus habitatum: imò tam quondam Albertus Rex Romanorum immediatus prædecessor memorati Henrici Bonifacii Papæ VIII. prædecessori nostro tempore approbationis eiusdem Alberti, quam Rodolphus pater ipsius, & alij Prædecessores eiusdem Romanorum Reges diversis nostris prædecessoribus iuramentum fidelitatis, & obedientiæ præstiterunt. Idemque Bonifacius memoratum Albertum, iuramento huiusmodi ab eo recepto, de Fratrum suorum consilio ( præsertim Prælatorum, & aliorum multitudine copiosè ) autoritate Apostolicâ recepit in specialem suam filium, & Ecclesiæ memoratæ, ipsi in Regem Romanorum assumpsit, in Imperatorem postmodum promovendum. Verum quia sæpe fatus Henricus, qui proximis diebus fuit de hac luce substractus, non virtutè, & mentem, sed ne dum verborum insectans corticem, sensumque confundens, iuramenta restringendo prædicta, curiosè videbatur asserere ( ut præsertim ) illa ad debitum fidelitatis huiusmodi extendi: novo morbo curiositatis huius luculente veritatis antidotum præsentis declarationis oraculo providimus apponendum. Quia ergo Capitulis iuramento fidelitatis contentis sollicitè meditatione pensatis, ipsa Capitula in præfatis Imperatoris iuramentis quantum ad effectum mentem, & virtutem ipsorum non est dubium contineri: Nos præmissis & alijs rationibus, ne quis in Romanum assumptus Principem, vel in posterum assumendus, an iuramenta huiusmodi per dictum Henricum Imperatorem præstata, & per successores ipsius in futurum præstanda, fidelitatis existant, in dubitationem deducere audeat, vel super his contrarium asserere veritati: autoritate Apostolicâ de Fratrum nostrorum consilio declaramus, illa iuramenta prædicta fidelitatis existere, & ceteri debere. Porro præter iuramenta prædicta idem Henricus suorum in hærens prædecessorum vestigijs, iniquam ingrediatur Italiam, vel ibidem iura aliqua exerceret, sub testimonio suarum patentium litterarum in manibus Dilecti filij Ioannis de Mollianis, Scholastici Ecclesiæ Tullensis, Capellani nostri, ad hoc specialiter per nos missi, nostro, & præfata Ecclesiæ nomine recipientis promissis, & tactis sacrosanctis Evangelijs, iuramento firmavit, quod eandem Ecclesiam, & fidem Catholicam purâ fide, totisque viribus conservaret reverenter, & etiam defenderet, omnemque Hæresim, schisma, & Hæreticos quoslibet, fautores, receptatores, & defensores ipsorum exterminaret pro posse, ac nunquam cum Saraceno, Pagano, Schismatico, seu alio quolibet Communionem Catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio præfata Ecclesiæ inimico, vel rebeli, seu eidem manifestè suspecto, unionem quamlibet, seu parentelam, aut consederationem iniret, sed tam nostram, quam successorum nostrorum personas, honorem, & statum manerent, defenderet, & conservaret contra omnes homines cuiuscunque existent præminentie, dignitatis, vel status. Eidem etiam adiciens iuramento, quod manerent semper atque servaret privilegia om-

nia per prædecessores suos Reges, ac Imperatores Romanos præfata Romanæ, & alijs quibuslibet Ecclesijs quocunque concessa tempore, & continentie cuiuscunque. Ipsaque omnia, & specialiter, ac præcipue per clare memoriæ Constantinum, Carolum, Henricum, Ottonem quartum, Fridericum secundum, atque Rodolphum prædecessores ipsius super concessione, recognitione, advocacione, adnotacione, quietacione, & liberâ dimissione terrarum, & provinciarum Romanæ Ecclesiæ ubilibet positarum, quarum etiam multas nominatim expressit, Sedis Apostolicæ, Romanisque Pontificibus super quocunque tenore concessa recognovit, confirmavit, & ex certâ scientia innovavit, ac etiam de novo concessit: & terras ipsas, atque provincias recognovit ad jus, & proprietatem ipsius Ecclesiæ plenissimè pertinere: easque nihilominus ex abundantia de novo Ecclesiæ sæpe factæ donavit, sub prædicto se obligans iuramento, quod ipsas, aliquantè ipsarum partem nullo unquam tempore occuparet; seu quantum in eo esset, ab alio permetteret occupari: nec in eis, aut aliqua parte ipsarum iura aliqua, possessiones, aut tenuras haberet, seu quomodolibet possideret: nec in eis etiam potestaria, seu cuiuscunque Capitania, aut Iurisdictionem per se quamcunque, vel per alium exerceret: quodque ( ut Princeps Catholicus, & sæpe dictæ Ecclesiæ Advocatus, atque Defensor ) ipsam iuvaret, & consilij, & auxiliij illi assisteret opportunis, contra quoscunque inobedientes, & rebelles eidem & præcipue contra occupantes, seu turbantes terras prædictas, seu provincias, vel partem quamlibet earundem. Sub eodem etiam iuramento promissit, quod tam ipsam Romanam Ecclesiam, quam alias Ecclesias, libertatem Ecclesiasticam, bona, iura, Prælatos, & Ministros Ecclesiarum ipsarum manerent, conservaret, atque defenderet, suo posse. Et quod Ecclesiæ Romanæ Vasallos contra iustitiam nullatenus offensurus, devotos, ac fideles Ecclesiæ, etiam in Imperio constitutos benigne tractaret, nec eos opprimeret contra iustitiam, aut ( quantum in eo esset ) per alium opprimi sustineret, sed in suis potius iuribus, & iustitijs conservaret. Hoc quoque iuramentum, & etiam pristinum pro eo nobis per suos Nuntios ( ut præmittitur ) præstitum, receptis sue coronationis insignijs innovavit, prout in patentibus ante coronationem ipsam eius Regis magno sigillo, & alijs post coronationem eandem eius Imperiali aureâ Bullâ munitis, inde consecutis litteris ( quas in Archivis Romanæ Ecclesiæ reponi, & diligenter conservari fecimus ) plenius continetur.



## DISQUISITIO IV.

An, & in quantum Pontificia potestatis super Reges protensio probari possit ex Historijs, & exemplis Summorum Pontificum?

S. I.

Pro isto probandi genere inserviunt tum ea, quæ suprà Disquisit. 2. dicta fuerunt, tum quæ ex Authore tract. de libert. Gallican. lib. 4. cap.

cap. 10. adferuntur in presenti. Childericum III ait, Regem Gallie non ante deposuerunt Franci, ut Pipinum sibi præficerent, quam intervenisset Romani Pontificis auctoritas. Id expressè tradit Eginhardus Caroli Magni Secretarius in vita illius Imperatoris, his verbis: *Gens Merovingorum, de qua Franci Reges sibi creare soliti erant usque ad Childericum Regem, qui jussu Stephani Pontificis Romani depositus, ac detonsus, atque in Monasterium detrusus est, durasse putatur . . . . . Pipinus autem per auctoritatem Romani Pontificis ex præfeco Palatii Rex constitutus, &c.* Et in Annalibus ad annum 749. Burchardus Wirziburgensis Episcopus, & Iohradus Presbyter Capellanus missi sunt Romam ad Zachariam Papam, ut consulerent Papam de causa Regum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum Regis, sed nullam potestatem Regiam habuerunt: per quos prædictus Pontifex mandavit, melius esse, illum vocari Regem, apud quem summa potestatis consisteret; datâque auctoritate suâ jussit, Pipinum Regem constitui. Et ad annum 750. Hoc anno secundum Romani Pontificis sanctionem Pipinus Rex Francorum appellatus est, & ad hujus dignitatem honoris unctus sacrâ unctione manu sanctæ memoriæ Bonifacii Archiepiscopi, & Martyris, & more Francorum elevatus in solium Regni, in civitate Sueffonia. Childericus verò, qui falso Regis nomineungebatur, tonsa capite, in Monasterium missus est.

2. Eginhardi fidem cum dubiam efficere nequeat Ioannes Launoius, in restringendam Summi Pontificis auctoritatem semper intentus; quippe cum sciat, illum scriptorem & magnæ probitatis & exactæ sinceritatis fuisse, ac rem paulò antea gestam, atque ad eò sibi notissimam narrasse, vitam Caroli ab eo scriptam corruptam fuisse, contendit; Annalium autem verba multifariam versat, ut à proprio, & ut ita dicam, nativo sensu desectat, 6. par. Epist. 9. ac primò quidem affirmat, contradictionem esse talem, quæ vix dilui possit inter loca vitæ Caroli Magni, & loca Annalium. Hæc contradictio, ni fallor, in eo esse illi visa est, quòd in vita Caroli Magni Childerici destitutio, & institutio Pipini tribuantur Stephano Papæ, in Annalibus verò Zachariæ; sed mirum est, quòd ad eò acutus non viderit, aut, qui sincerissimos scriptores malæ fidei tam sæpe incusat, dissimularit, imaginariam illam contradictionem se ipsa evanescere, si verbis, quæ ipse retulit ex libello de Majoribus Domus Regiæ, addantur sequentia, quæ ipse omisit. Nam ex utrorumque conjunctione liquet, rem à Zacharia sub finem Pontificatus sui inchoatam, à Stephano ejus successore perfectam; aut à Zacharia per S. Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum factam, Stephanum per seipsum confirmasse. Hæc refert Launoius: *His temporibus Childericus in Regno Francorum substituitur, de quo Pipinus Dux legatos ad Zachariam Papam dirigit interrogans eum; si ita manere deberent Reges Francorum, cum penè nullius essent potestatis, solo Regio nomine contenti. Quibus Legatis Romanus Pontifex respondit, illum debere Regem vocari, qui Rempublicam gereret. Detonso igitur Childerico, & in Monasterium detruso,*

*max Franci Pipinum sibi Regem constituunt; sequuntur autem ista; Hic enim rebellantes sibi omnes subegerat, Gripbonem videlicet fratrem suum, Tassilonem quoque ex sorore nepotem; quorum alterum Austrasiorum, alterum Bavariorum Ducem instituit. Denique Zacharia defuncto, Stephanus succedit, qui in Franciam ad Pipinum, urgente necessitate, venit, eumque, ac duos filios ejus Carolum, & Carlomanum pariter suæ benedictionis oleo perunxit. Rem ita, ut diximus, gestam, contigisse, testantur alij scriptores infra referendi.*

3. Addit Launoius, Zachariam utpote consultum, mentem suam aperuisse, ut Consultorum mos est, non autem potestatem interposuisse. Id, inquit, Eginhardi verba hæc (Pipinus more Francorum elevatus in solium Regni) omnino exigunt. Nam qui ante Childericum, & Pipinum elevabantur in Regni solium, auctoritate Francorum, non Romani Pontificis elevabantur. At certè verba illa, more Francorum, neque omnino, neque ex parte exigunt consilium tantum à Zacharia datum. Illorum enim sensus apertus est de cæremoniis in Regum elevatione observari solitis, non autem de electionis jure. Ac sicut ex ijs concludi non debet, nec potest, Romanum Pontificem non fuisse consultum, licet is antea non fuisset mos Francorum; cum Eginhardus consultationis expressam faciat mentionem, ita inferri non potest, Summum Pontificem consilio non adjunxisse auctoritatem, cum contrarium luculentissimè testetur Eginhardus his verbis; *jussu Stephani Romani Pontificis, datâque auctoritate suâ jussit, Pipinum Regem constitui; secundum Romani Pontificis sanctionem Pipinus Rex Francorum appellatus est.* Ita scilicet delicata evaserat paucis abhinc annis Francorum conscientia, ut nomen Regis ei tribuere non auderent, qui Regiam auctoritatem jam erat adeptus, nisi Doctoris gravis opinione id sibi licere cognovissent.

4. De antiquiorum Franciæ Regum unctione, quam hic negat Launoius, viderint Franci, quid censendum sit, qui ad miraculum in Clodovei primi Christiani Regis Francorum gratiam factum, ejus originem referunt: mihi verba Eginhardi supra relata Summi Pontificis auctoritatem satis videntur significare, etiam si excluderetur Pipini unctio, quæ à Zacharia Pontifice per Bonifacium, & à Stephano per seipsum facta narratur.

5. Testimonium Eginhardi, quod solum sufficeret, quia, ut supra inuimus, eo tempore vixit, quo rem narratam ignorare non potuit, & eâ sinceritate scripsit, ut fides ei negari non debeat, confirmant Aymonius in lib. 4. de gesti. Franc. cap. 61. Regino Prumiensis Abbas in lib. 2. Chronic. Marianus Scotus in lib. 3. Chronic. Otto Frisingensis in lib. 5. histor. cap. 21. Abbas Urspergensis in Chronico. Sigebertus in Chronico ad annum 750. Paulus Æmilius in lib. histor. Franc. Fredegarius Scholasticus in sine Chronico. Guillelmus Nanguis in Chronographia manuscripta. Robertus Guaguinus in lib. 3. histor. Franc. Carolus Sigonius in lib. 3. histor. de Regn. Ital. quorum verba refert Launoius.

noius. Attamen ipse suo more tot testimonij, aliorum quorundam silentium anteponebat.

6. Imò illi unius scriptoris silentium sufficit adversùs affirmativa plurimorum testimonia. Sic enim in hac Epistola de Anastasio, Regnum Childerico abrogatum, & Francos sacramento religione solutos tacente, scribit; *De Anastasio*, inquam, *silentio*, quod, si circumspeditione, & accuratâ consideratione perpendatur, de falsitate rerum istarum dubitandi locum nullum relinquat. Quis enim prudens, & attentus crederet, virum Scâs Apostolicæ magnitudini, & commodis addictum, & in Romanorum Pontificum scrijjs versatum, id commemorare, quod Gregorius VII. Otto Frisingensis, Abbas Urspergensis, Ioannes Trithemius, & recentiores alij tam cupide commemorant, neglexisse? Quis, inquam, prudens, & attentus hoc crederet, tum ex alijs, tum ex hoc quoque, quod antea simile nihil in Romana contigisset Ecclesia? Igitur Anastasius non tam silet, quam eloquitur, non accidisse, quod illi accidisse narrant.

7. Sed in quocunque latet se vertat Launoius, tot & tam insignia sunt testimonia, quæ Summi Pontificis autoritatem in Childerici destitutione, ac Pipini insultatione, intercessisse affirmant, ut lætis illis, etiam in ipsius Launoij Epistola, impossibile sit, eis fidem non habere, quantum ad rem ipsam, quamvis ille suo argumento negativo ab Authorum silentio, vel alijs conjecturis, aliquas circumstantias validè confutaret, quod facere sibi immeritò visus est.

8. Misera enim cavillatio, quæ verba illa, *mandatum, iustus, autoritas*, & similia, quibus scriptores utuntur, cum de Summi Pontificis ea in re partibus loquuntur, denotare tantum consilium, aut opinionem interpretatur, ex ipsorum locorum imperturbato mentis oculo, ac sine præposito affectu lectorum, contextu dissolvitur. Præsertim si Authorum ipsorum conditio attendatur, cur enim v. g. Eginhardus, cum dixisset; *Pontifex mandavit, melius esse, illum vocari Regem, apud quem summa potestatis consisteret*, quæ opinionem, & consilium abundè significassent, addidisset, *datâque autoritate suâ iussit, Pipinum Regem constitui*: quæ verba de potestate non possunt non intelligi, nisi fides historiæ hanc declarationem postulasset? An Eginhardi, jam à juventute in Aula Caroli Magni educati, inererat, cum hæc scriberet, Summis Pontificibus ablandiri, vel eorum jurisdictionem ampliare in præjudicium Regum Francorum? An idem consilium fuit alijs scriptoribus Gallicanis tam multis?

9. An Sigebertus Gregorio VII. infensissimus, & Imperatoribus, quorum tempore scribebat, quorumque causâ Pontificibus tam parùm æquus fuit, addictissimus, depositioni Heinrici autoritatem accersere ab exemplo Regum Franciæ non prætermisisset, si aut historiæ integritas, aut evidens rei gestæ veritas permisisset? An simplex Papæ consilium, seu responsum his verbis expressisset? *Pipinus verò Princeps Apostolicâ autoritate, & Francorum electione à S. Bonifacio Moguntia Ar-*

*chiepiscopo in Regem ungitur, & consecratur. Ad annum 750. An, qui falla non pauca in favorem Imperatorum, vel à se excogitata, testibus fide indignis accepta, narravit, tam incautè locutus fuisset, ut opinionem pareret, à suo affectu longè alienam, si eam dubiam habuisset?*

10. An Otto Frisingensis, tot Imperatoribus sanguine conjunctus, quos inter, & Summos Pontifices altercationes intercesserunt, tam graves, tamque diuturnæ, ne Avi sui destitutionem à Gregorio VII. factam confirmaret, non abstinuisset verbis, quæ hanc Summi Pontificis autoritatem clarè denotant, si absque historiæ legum violatione potuisset? *Anno*, inquit, *ab Incarnatione Domini 752. reversi à Roma nuncijs autoritate Papæ Pipinus à B. Bonifacio Moguntino Archiepiscopo, alijsque Regni Principibus in Sueffonia civitate ad Regnum eligitur*, lib. 5. histor. cap. 22. *Anno Domini 754. Pipinus à Stephano Papa I. à fidelitatis sacramento, quod Hildrico promiserat, cum alijs Regni Francorum Proceribus absolvitur, ac detonso Hildrico, & in Monasterium detruso, postmodum in Regem inungitur. Ibidem cap. 23. iterum in his verbis notare potes solutionem contradictionis, quæ à Launoio vocatur pugna, quæ vix dilui possit. Otto enim lucidissime narrat, Pipinum & à Zacharia per Bonifacium Moguntinum, & à Stephano ipso unctum, ut dubitari non possit, Eginhardum idem factum modò uni, modò alteri Pontifici non tribuisse, sed cuique suum.*

11. Maximi ponderis est Ottonis testimonium, tum propter egregium viri meritum, tum propter accuratam in evolvendis historijs diligentiam, & in referendis fidem; tum denique, quia, cum diu Parisijs versatus esset, sedulamque studio operam dedisset, facile ei fuit, veritatem addiscere. Pro suo erga Henricum Avum suum affectu legerat, & relegerat Imperatorum gesta, ut sciret, an antea fuisset aliquis à Romanis Pontificibus excommunicatus, & depositus, negatque lib. 6. cap. 35. id antea factum in Romanorum Reges, aut Imperatores, sed tantum Philippicum aliquamdiu à Romano Pontifice inter Pœnitentes retentum, & Theodosium ab Ecclesia exclusum à Beato Ambrosio. Quis igitur credat, eum temerè ac sine examine recepisse illam de Regibus Francorum historiam, quandoquidem ipse post verba relata, paucis interjectis, subjungit: *Ex hoc Romani Pontifices Regna mutandis autoritatem trahunt. Potâlne, rei ejusmodi originem sine discussione admissam ab Ottone?*

12. Nónne Conradus Abbas Urspergensis, qui Gregorium IX. tam insolenter carpit, ut Frederico II. patrocinetur, suppressisset, si passa esset historiæ veritas, quæ autoritatem Papæ in Principes tam apertè præ se ferunt. Ait enim in Chronico ad annum 751. *Zacharias verò Papa super hujusmodi negotio consultus, remandavit, melius esse, illum vocari Regem, apud quem summa potestas consisteret; datâque autoritate suâ, Pipinum Regem constitui iussit. Anno Domini 752. Pipinus per autoritatem Zachariæ Pa-*



pe more Francorum electus ad Regnum, per manus S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntiacensis elevatus est in Regni solium in Suesionum civitate . . . . . Pipinus ex Praefecto Palatii auctoritate Apostolica sublimatus, & unctus in Sedem Regni, postea regnavit annis quindecim, absolutus per Papam Stephanum à juramento, quod Regni Primoribus fecerat. Hic rursus vide compositam pugnam, quae vix dilui posse Launois videbatur.

13. Auctoritatem suam in omnibus dubiam efficit, qui facta adeo certa, & tot testimonijs comprobata negare, ut Launois, audet, ac impugnare totis viribus enititur.

## S. II.

## Referuntur adversariorum argumenta.

## ARGUMENTUM I.

14. EX parte adversa licet 1. argumentari ex actis Comitiorum Galliae Anno 1615. coram Rege celebratorum, relatis à Gramondo hystor. Galliae lib. 1. ad dictum Annum 1615. cum enim suo, & universi Cleri Gallicani, imò & Nobilitatis nomine Cardinalis Perronius supra relatus, multis argumentis ostendisset, Summo Pontifici pro certis casibus esse jus in Regna & Reges: exinde tertij Ordinis ad Clerum Delegati responderunt, non esse novam apud Comititia generalia Galliae, quam proponerent, thesin, denegantem Papae illam auctoritatem: trecentis abhinc annis, & amplius Gallis non ita creditum modò, sed & scriptum, ita vulgaram scripto eam doctrinam contra Bonifacium VIII. Summum Pontificem, quo tempore Regnum Galliae Sedi Apostolicae subiectum pronuntiaverat. Annum circa 1301. obtulisse rescripto Comititia trium Ordinum Parisios convocata, Summiq; Pontificis Legatum Archidiaconum Narbonensem acerbè increpasse, moxq; ad Cardinales scripsisse in hæc verba: Nos Prælati, Abbates, Priores, Decani, Praepositi, Procuratores Capitulorum, Conventuum, Collegiorum, Universitatum, Urbium &c. ab omni tempore dicitur Galliae Regnum Deo uni subditum in temporalibus, quod omnibus notum est &c.

15. Addebatur, diversas habuisse Christum ipsum à gladio claves, Petrumq; ubi in arma etiam justè proruperat, gladium mittere iussu in vaginam, ne, qui restaurandis instituebatur, truncaret membra. Manluetè post regnasse Ecclesiam, cui imperium est in volentes Summo Pontifici Vicario Christi, neque jus gladij, quamquam Petri successor, esse, neque jurisdictionem, ubi de privatorum possessionibus agitur: item ubi de publicis nullibi probatam Primæ Sedis potestatem, adeo ut privatum, in hæresin, in idolatriam, in judaicam superstitionem, in omne nefas prolapsu, patrimonio suo deiciat. Cur Magistratum? Cur Regem? Plúne illi in publica jura, quam in privata? Si esse contenditur, unde quæso? An ex Christi respon-

so, qui à Pilato interrogatus, Réxne foret, Respondit: Regnum meum non est de hoc mundo &c. Si diffitetur se Christum mundi Regem, hoc est, sine potestate in mundum, ut Christus est, quo jure arrogabit sibi Vicarius jurisdictionem, quam sibi Christus ipse indebitam dixit?

16. Cæsares nemo negaverit, Reipublicæ Romanæ tyrannicè incubuisse: eos inter Tyberius scelestus, nequam, proditor, incestuosus, adulter, idolorum cultor, crudelis & ferox, per quæ adigebatur populus sæpe in murmura, imò & in rebellionem, quasi indignus tributo foret, qui profigatè desolabat imperium, lanista per continuas cædes magis, quam Princeps: ideòne minùs respondit Christus: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo? Sacramento solvere noluit Christus tyranni, ejuldemq; pagani subditos, & volet Vicarius? Cæterùm si fidei Orthodoxæ fundamenta Rex quatit, jubens subdito, uradoret sculptilia, qui Deo primitus cultum debet, quid fieri Martyrem vetat, qui Christianus est? Non ulque adeo parendum Regi, ut fides abdicetur, moriendum constanter. Hoc modo fieri satis præcepto Christi, quo jubemur reddere Deo, quæ Dei sunt, & Cæsari, quæ Cæsaris sunt. Cultum reddi Deo, cui debetur fides, vitam Regi, cui in subditos jus vitæ & necis est. Doucisse Paulum exemplo & scripto, Regibus impressum esse desuper characterem, quo supremã in subditos potestate jus dicant, exemplo, cum verberibus cæsus obmutuit in exemplum Christi, cujus item morte admonemur, Principibus etiam tyrannis, Ecclesiæq; persecutoribus obedire: scripto docuisse, patet ex vulgata epistola, quã Principibus etiam discolis deberi obsequium clamat in hæc verba: Omnis potestas à Deo est: qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.

## Responsio.

17. ADVERSUS hanc pro parte adversa adductam argumentationem, quantum contingit Bonifacium VIII. responder Author Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. §. 9. n. 3. Ibi cum producta fuisset Bonifacij VIII. constitutio Extravagans Vnam sanctam inter communes relata de majorit. & obdient; subdit ille Author, videri, quòd ea constitutio à Bonifacio VIII. edita sit circa annum 1302. ardentibus jam inter ipsum, Regemq; Galliae Philippum simulatibus, quas multò etiam magis hoc decretum accendit. Sic enim illud interpretatos esse Galliae Proceres, ut crederent, voluisse Bonifacium Galliae Regnum sibi temporaliter, tanquam beneficiarium subesse, illudq; à Papâ, non verò legitimâ successione accipi oportere, veluti legere sit in epistolis à Clero Gallicano ad Bonifacium datis in libro Gallicano libertatum Ecclesie Gallicane n. 14.

18. Clementem V. igitur, ut omnem dubitandi, dissidendiq; materiam amoveret, Bonifacianam illam explicasse per Clementinam Meruit. De privilegijs, quã definivit, Regem Galliae per Bonifacij præinsinuatam constitutionem

tionem non magis Ecclesie Romanae subiectum esse, quam antea fuerit. Sub qua declaratione agnosci aliquam, eamque antiquam subiectionem temporalem (de hac enim tantum, non vero de spiritali dubitatum fuisse) cum Clemens novam tantum subiectionem excluderet.

## Objectio.

19. **E**Xeipi potest ex parte adversa, quod in illa Bonifaciana ne apex quidem reperitur, ac si Pontifex iste intenderit, Regnum Galliae beneficiario titulo temporaliter subiectum sibi adiacere, sed constitutio illa tota quantanitur unica Oecumenica per Christum sancta, & in Evangelio fundata Summi Pontificis auctoritate: quam Clemens V. ceu antiquam in Sanctione sua Meruit. super Galliae Regno unice voluit integram, declarando, Regnum Galliae respectu Sedis Apostolicae in eo manere statu, quo erat ante Bonifacianam constitutionem. Quare Gallorum opinionem de Regno suo ad statum beneficiarii erga Sedem Apostolicam, per Bonifacium redigendo, haud nixam fuisse solido fundamento, arbitrator, sed mera suspitione, eoque tamen prevalente, ut propterea Clerus Gallicanus de ea monendum duxerit Bonifacium, datis ad eum litteris, quae habentur in libro *libertatum Ecclesie Gallicane n. 14.* Quae suspicio meo iudicio in tantum invaluerat, ut credam, propterea suscitatum hinc fuisse quaestionem super Ecclesiastica erga causas temporales Jurisdictione anno 1329. propositam coram Rege Philippo, ac egregie nomine totius Cleri Gallicani a Cardinale Eduensi Bertrando defensam in publicis Regni Comitibus; uti supra pluribus ostentum fuit. Atque hoc est, quod superius insinabatur, in Comitibus Gallicis anno 1615. celebratis, ex parte tertij, nempe Popularis Ordinis, fuisse Clero Gallicano objectum, quod trecentis abhinc annis & amplius fuerit proposita illa thesis, de Papae super causas temporales auctoritate.

## Responsio.

20. **V**erum sicuti ante trecentos, & ultra annos hanc thesin pro Summo Pontifice sustinuit Cardinalis Bertrandus, sic in hoc etiam saeculo, uti in antecedentibus visum est, Cardinalis Perronius eandem propositionem firmissimis defendit argumentis, ipsimet etiam Christianissimis pro tunc Regibus suae auctoritatis partes contribuentibus, Episcopisque, atque Archiepiscopis ac reliquo Gallicano Clero una cum Nobilitate fortiter & constantiter eam tentibus; velut ex antecedentibus constat, & adhuc constabit ex dicendis infra, relevata interim retortione super sacrae Scripturae textibus in adversae partis praefatae argumentatione allegatis, quamvis antehac super ijs fuerit responsum.

21. **E**X parte adversa licet 2. argumentari ex Popularis in Comitibus Parisiensibus Anno 1615. coram Rege celebratis tertij Ordinis Clero Gallicano representatis insinuationibus hunc in modum propositis. Summis Pontificibus inesse hominum affectus: neque hodie supra nimbos positum adeo fastigium Apostolicae Sedis, ut velut in Olympi cacumine maneat indeleta post annos mille sexcentos, quae Christus in Petra exaravit, aequamimitas, ovium cura solers & innocens, iudicia procul a privatis rebus aequa in omnes. Posse spectari Principum gesta ab infensa Roma, velut cum medio vitri colore inspicitur caelum futurum albescens, nigrum, aut viride, prout vitro infusus color. Sic posse illud Romano Pontifici per vulgatos in majus Regum errores, aut explicata in deterius vitam ipsorum. Et Summis Pontificibus suos esse Aulicos, qui summam rei Romanae tenent: ex privato ipsorum odio, futuram saepe in Reges publicam ultionem. Sic collata Regum jura in arbitrium privati hominis quandoque suspecti. Ipsos Pontifices Romanos, ut homines sunt, posse nullam in apertum causam per naturam impetum, gratiam impelli, aut odio, in hoc, vel illud Regnum, in hunc, vel illum Regem: qua proensione soluto statere aequilibrio, plerumque minas intentabit Principibus, aut fulmina vibrat parum amica manu. Quae si injuria fuerint, ut ferunt saepe rerum humanarum vires, quid juris erit? Summos Pontifices saepe hominum fragilia induisse, & in ipsos Reges peccasse privatae rei studio, docemur pluribus exemplis, praecipue Alexandri III. Huic, cum esset, quod de Imperatore Fridrico quereretur, habuisse supplicem, & iras humiliter deprecantem: sed uti fertur, insultasse jacenti ad pedes, superimposito per haec verba in caput jacentis vestigio: *Supera spidem & basilicum ambulabis, & conculeabis leonem & draconem.* Zelum pro domo Dei ob temerariam ab Imperatore Petri dignitatem dixisses, nisi sibi & Petro debitum obsequium respondisses. Cum privatas res miscuit rebus Petri per haec verba: *Et mihi & Petro, prodidit se hominem esse, naturam in affectus pravos pronam. Quem iracundiae calorem, aut arrogantiae lubricum in successorem aliquem diffundi posse, nemo negaverit.* In ijs, quae de fide non sunt, posse quandoque decipi Summos Pontifices. Regibus Deum esse iudicem unum ex Prophetarum Rege, dum dixit: *Tibi soli peccavi.* Subscribi a Clero Gallicano Concilij Constantiensis doctrinae, quae Reges etiam tyrannice savientes necari vetat, quae doctrina valere nequeat, si Summi Pontificis arbitrio stat, Regibus interdicare Regno, subditosque nexu solvere, quo fidem debent. Interdicti hic effectus est, ut subditi fiant sui juris. Quo posito, quid vetabit sui juris factos, necare hostem publicum? Non christiana, qui inunctus esse debet: non Regni lex, quia solio dejectus, privatus erit, & hostis publicus. Ergo si liceat

Summo Pontifici, Regem exauthorare, consequens est, ut liceat subdito interficere. Exauthoratio excommunicationem sequitur, hæc maledictis constat, quæ ubi à Summa Sede jaciuntur in quoscunque, excitantur in vivos ipsa inanima, sorbentur aquis, hiatu hauriuntur, fortuito igne cremantur &c. Nunquam à tertio Ordine propolitam hanc thesin, ut de Theologica fide; sed datam in publicum, ut ex politicâ Magistratum ordinatione de politicis esse doctrinam, vindicet sibi Theologicus Clerus. Immitti casu, de quo agitur, falcem à Clero in messem alienam, multo magis, quam à tertio Ordine, cujus est de re politicâ disputatio. Fides nomen æquivocum est, uti Deo debetur, ita & Regibus: his debitam à subditis cuique suis fidem, eoque sensu dici posse de fide doctrinam. Si juraverint, politicæ à seita creditum, inaugurandi in Galliâ Episcopi & Magistratus, quid est Summo Pontifici, quod queri possit? Nemini tam altè impressam hanc pro Romanâ Sede doctrinam, ut credat, Summo Pontifici jus esse in hæretici bona, ridiculum sanè, deteriùs haberi Regem subdito. Insanum fore Regem, si præsumperit sibi jus datum, ut Summum Pontificem à Sede depellat quocunque casu. Nullam Regibus in Primam Sedem Jurisdictionem, nullam Primæ Sedi in Reges esse.

## Responso.

23. **S**uper præadductâ adversæ partis argumentatione (quoad Summorum Pontificum privata quandoque affectionum studia, & deceptionum ex Aulicis discrimina) responso aliqua in rem præsentem videtur adferri posse ex ijs, quæ profert Author *Regalis Sacerdotij* cit. lib. 1. §. 14. Canonibus, inquit, ex quibus Papæ super Reges autoritas comprobata fuit, forsitan opponi possent: eos à Summis Pontificibus editos esse in causâ propriâ, nec proinde mereri fidem indubitatam, nec in Gallijs receptos esse. Verùm hæc exceptio videtur nimis imbecilla, ut tanti, tantorumque Patrum autoritatibus opponi queat, cum illorum aliqua decreta in Concilijs etiam Oecumenicis edita fuerint, & universim inserta Juri publico, usu & approbatione non cujuscunque, sed sanctissimorum Patrum & Doctorum, uti dicitur, recepta, ac exemplis, cursuque tot sæculorum munita fuerint. Ad hæc notissimum ac receptissimum est Juris principium, quemlibet judicem, seu ordinarium, seu delegatum cognoscere, & judicare posse, an sua sit jurisdictio. *Lege Si quis ex aliena. ff. De judicij, Leg. 2. ff. Si quis in jus vocatus.* Et si judex cognoverit, suam esse jurisdictionem, valet mandatis pœnalibus contra non obtemperantes eam defendere. *Leg. 2. in princip. ff. Si jus dicenti.* Quod verissimum saltem est in Principe supremo, nec alteri subiecto, qualis est Summus Pontifex, ac ingenue falsa est Synodus Sinuessana trecentorum Episcoporum in causâ Marcellini Pontificis, juxta *Cap. Nunc autem. 7. dist. Primam Sedem non judicari à quoquam.* Quia igitur nemo alius est,

qui Pontifici Maximo jus dicat, de sua jurisdictione ipse cognoscat; necessitas cognoscendi & in propriâ causâ judicandi, imò potius maxime in causâ Christi & Ecclesiæ, suspitione illum absolvit, maxime cum nulla sit Pontifici in Principes, eorumque jura & dominia potestas, nisi cum Ecclesiæ publica causa hoc remedium & necessarium & ultimum extorqueat.

## Reflexio.

**R**eflexionem faciendo super præadductâ partis adversæ argumentatione, occurrunt sequentia exactius dicenda. Ex eamque parte, quâ Summorum Pontificum minus ordinatæ affectiones in procedendo erga Reges, taxantur, nihil de istis habemus agendum in præsentem causâ, utpote quam nequam probatam volumus, nisi quatenus Summi Pontifices sententias & sanctiones in suis erga Reges processibus ex Verbo Dei ceu fidei principio, per meritum causæ, sub infusæ prudentiæ directivo lumine subumptionem, deduxerunt, atque statuerunt. Sub quo Theologico in Canonibus sancientis tam Concilij, quam Pontificibus familiari, argumentandi genere irreperere haud potest seu error, seu prava affectio, Spiritu sancto omnem eam materialem concretionem, cui subesse potest falsum, omnemque inordinatam concupiscentiam, quæ affectionis depravationem generare solet, per gratiam suam abstergente ac depurante, uti visum est in antecedentibus, & ex professo ostendetur infra in quarto articulo.

Et hinc Alexandri III. erga Fridericum Imperatorem durius prolata verba haud importabant prævæ affectionis, sed puræ erga Dei Domum, Religionis Zelum, ipsomet Pontifice, & Petro, & sibi eatenus vendicante debitæ humiliationis reverentiam, quatenus sibi, ceu Christi Vicario eandem, quæ fuerat in Petro, competeret Apostolicæ autoritatis agnitio ac reverentia.

Esto porrò, Regem, uti quosque alios fideles soli Deo peccare, habitâ reflexione ad propriam peccati rationem ac reatum: nunquid autem hic peccati reatus subest sanctæ Ecclesiæ clavibus, non solum in ordine ad forum *Sacramentale*, sed etiam in ordine ad *virgam correctoriam* *Matth. 18.* lancitam, atque in foro etiam externo exercendam in vi indefinitæ, Petri successoris æquæ ac Petro concessæ, ad ligandum & solvendum, adeoque judicandum quocunque, quod super terram morale est, de ordinabilitate erga Regnum cælorum vel participans, vel deficiens? In vi cujus adeo per Christum constitutæ autoritatis, aut Reges à morali ad Regnum cælorum ordine excludos, aut Summi Pontificis virgæ correctoriæ subiectos fareri, oportet.

Pessima insuper est argumentatio ex eo, quod, si posset Ecclesia subditos à Regis sui jurejurando solvere, hinc contra Concilij Constantinensis decretum liceret cuique, ipsum interficere. Etenim quod in Rege est morale, in vi characteris Christi, quo in Baptismate est

est insignitus, indirectè & materialiter subijci-  
tur equidem sanctæ Ecclesiæ clavibus, non  
verò quod est *physicum* in homine, cujusmodi  
est vita Regis, ad quam è medio tollen-  
dam, nullus Pontificum noscitur unquam  
protendisse virgam suam coercitivam, seu  
authoritatis sibi Divinitus traditæ gladium,  
sub *indirecta* etiam, ac *materiali* solummodò  
super eam profuturam protensione. Quòd  
denique Regia & Pontificia potestates causen-  
tur esse disparatæ, nullam inter se subordina-  
tionem obtinentes, fideique æquivoce usur-  
patæ, Regi æque ac Pontifici in suâ cujusve  
sphærâ convenientis, debitum absque ullo  
subordinationis ordine prætendatur; hæc in  
antecedentibus, seu à fidei principijs aliena, fuscè  
habentur confutata.

## ARGUMENTUM III.

Adversariorum.

28. EX parte adversâ licet 3. argumentari ex  
præinsinuatâ *Popularis* Ordinis in Comitijis  
Parisiensibus peroratione. Ita namque perigi-  
tur *ibidem*. Citatos à Perronio Auctores non  
de Summo Pontifice, sed Comitijis Regni  
generalibus scripsisse, quibus nescio, ac jure ar-  
rogant, ut Regem etiam Tyrannum regno  
amovere possint. Ita Childericum per Comi-  
tia Regni dejectum: ita substitutum Pipinum  
consilio juxta, & autoritate insignem, uno  
post tot sæcula exemplo. Quæ de Clorhario  
narrantur, fabulosa esse, neque Pontifici Ro-  
mano jus addicere, etiam si vera, nisi in spi-  
ritualibus. Instituisse Philippum Pulchrum, &  
Ludovicum XII. contra Bonifacium VIII. &  
Julium III. Gallorum Reges, quamvis Sedis  
Apostolicæ filij sint, emancipatos esse, sui-  
que juris, adeò, ut propria ipsis habeantur,  
quæ possident. Dignum esse, quòd trahatur  
ad posteros placitum Lutetiani Parlamenti,  
quo annum circa 1569. regnante Carolo IX.  
Gallorum Rege, Banquereillus, in sacra Theo-  
logiâ apud Sorbonam Baccalaureus, habitu  
nudus, & tœdifer, multam honoris passus,  
ejerâsse fertur opinionem, quæ Summo Pon-  
tifici jus dixerat in Reges. Dicit immisam su-  
per vulgato apud Gallos miraculo ampullam  
liquore plenam, quo ungi solent Reges, ut do-  
ceamur, à Deo esse, quòd regnant, nudique  
ministerij officium Ecclesiæ militantis, cum  
illâ operante ungentur. Hinc esse, quòd Dei  
gratiâ Reges dici solent, ne Galli quidem,  
sed & reliqui longè post illos, His igitur vin-  
dicabat autoritatem Regiam tertius Comiti-  
orum Generalium Ordo. *Assensere* Lutetiani  
Parlamenti Patres, nec multò post vulgatum con-  
federate sententiæ placitum in hanc summam:  
regnante procuratore Regio, Senatus censuit, pro  
lege politica, Regnòque fundamentali habendum  
posthac: quòd Rex Galliarum unius Dei beneficio reg-  
nat, quòd neminem in temporalibus agnoscit: quòd  
sacrum ipsis caput est: adeò, ut nemini jus sit,  
eum quocunque prætextu occidere.

Responso.

29. Super hæc partis adversæ sermocinatione  
responsionis loco adduci potest, tum quòd

præcitatus Gramondus subijcit; Excanduisse  
Clerum super eo Parlamenti Regij placito;  
objecisseque, non eas esse Parlamenti partes, ut  
ultrò respondeat: Comitijis Galliarum Generali-  
bus convocatis, Regium omne jus translatum  
in ipsa: adeò, ut velut iustitio indistincto, cessare  
debeat Magistratus. Clerum & Nobilitatem  
convenire in eandem sententiam, nec ideo  
contrariam opinionem valere, quia ita popu-  
lus censet, duorum vota & calculos prævalere:  
neque id muneris Parlamento, ut Comitiorum  
Generalium placitis intercedat; præceptam  
alioquin Provinciarum Oratoribus liberta-  
tem, quorum est, summò jurè dicere de Re-  
publicâ, sub Regis placito.

Clero Sedis Romanæ Orator adjunctus 30.  
(Nuntium vocant) vindicabat Apostolicam  
autoritatem, dissidioque res haud procul  
aberat, nisi Cardinalis Sordilius ad Regem de-  
legatus obtineret, in suspensio haberi theses,  
donec opportunè discussæ irent in legem, aut  
penitus abrogarentur. Vulgatur interea  
placitum Lutetiani Parlamenti, præstoque da-  
tum id magnâ approbatione per urbem: exin  
toto latè Regno diffunditur. A Clero De-  
legati iterum detorqueunt novum à Rege di-  
ploma, quo multam pecuniæ patitur Typo-  
graphus ab edito Parlamenti arresto: unde  
probris stupor ediderat, sub fide publicâ nullâ  
justus in contrarium lege, & pœnas luit: ac  
magè luit Parlamentum, cujus petebatur au-  
thoritas. Quidni ergo modernus Gallicanus  
Clerus imitetur hoc pristini Cleri Gallica-  
ni exemplum?

Sed hæc fortassis excipietur. *Theses illas* 31.  
*in suspensio habitas fuisse, donec opportuno tempore*  
*discuterentur, ac vel in legem irent, vel penitus*  
*abrogarentur.* At numquid moderni temporis  
opportunitas jam exigebat à Clero Gallicano  
thesium illarum discussionem? Num Eccle-  
siæ Gallicanæ conservatio urgebat, ut ejusmo-  
di propositionum fieret per Clerum approba-  
tio? Dignissimum profectò est, super hac re  
audire Authorem tract. de libert. Ecclesiæ Galli-  
canæ lib. 3. cap. 13. ita differentem: *Vera li-*  
*bertatum Ecclesiæ Gallicanæ origo fuit, cum Clerus*  
*illius Regni Beneficiorum à Pontificibus, vel Pseudo-*  
*Pontificibus tempore schismatis oppressi, cœperunt*  
*invocato seculari auxilio, jugum illud excutere, tan-*  
*quam servitutem antiquæ libertatis, Canonibus con-*  
*sentaneæ, contrariam. Nec aliud erant illæ liber-*  
*tates in sua origine, quam libera Beneficiorum &*  
*redituum Ecclesiasticorum dispositio adversus Ponti-*  
*fices illos, eorumque Officiales vindicata. Quæ qui-*  
*dem defensio, quia necessaria, & in se justa videba-*  
*tur, maximas statim vires adepta est, & sensim sine*  
*sensu ad alia excurrit, in quibus minus erat ius-*  
*titie.*

Hactenus tamen nunquam Clerus Gallicanus 32.  
Ecclesiæ suæ libertates obtenderat adversus Curiam  
Romanam, nisi quando ab ea se nimis premi, ac ju-  
ribus suis spoliari arbitrabatur. Modò autem cum  
Summus Pontifex Ecclesias Gallicanas à gravissima  
Regali servitute liberare contendit, Ecclesiæ  
Gallicanæ libertates illi obijciuntur, ac gravissimo-  
rum dissidiorum semina sparguntur. Quovis colore  
suam declarationem Antistites Parisijs congregati  
obdu-

obducant, eam sapientibus non probabunt; multo minus ejus edenda consilium. Quis enim obrusum aded ingenij reperiri queat, qui actum illum ed speculare non animadvertat, ut Curia Romana odiosis illis propositionibus perturbata, cogitationes suas ad Regalia negotia avertat, eos conferat, ut in tanti momenti rebus auctoritas sua tam grave detrimentum non patiatur, sed malis, Ecclesias Gallicanas libertate, quam Sedem Apostolicam auctoritate, & dignitate sua careat.

33. Firmatur præadducta Responsio ex dissertatione, quam exornat Author Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. §. 10. in fine. Ubi cum hic Author quaesiverit, An Summus Pontifex in Reges & Regna temporalem habeat potestatem? Respondet, absolute negari posse hanc Papæ; cum enim hæc, quæ Summus Pontifex potitur, potestas respectu Regum, atque caularum temporalium sit indirecta, subsidiaria, per accidens, & extraordinaria, non denominat subjectum, utpote quod tale dicitur ab ijs, quæ plerumque, non verò raro accidunt. Per legem 3. & 4. ff. De LL. Atque in hoc sensu, ait, loqui Innocentium III. in Cap. Per Venerabilem. Qui filij sunt legitimi. Et cap. Novit. De Iudicijs. ubi absolute Summus Pontifex negat, sibi esse potestatem temporalem in Reges Galliæ; eaque si uteretur, indebitam & usurpata fore. Hæc igitur dicti Authoris verba conferendo cum Parlamenti Lutetiani præadducto edicto, nunquid verificaretur, quod Rex Galliæ unius Dei beneficio regnet, utpote jus suum Regium à nullis extra Deum quali beneficiario titulo acceptum ferens, neminem in temporalibus agnoscit? Num ergo & Cleri Gallicani primam propositionem in hunc quoque sensum exponere nefas foret?

34. Sed revertendo ad ea, quæ tertij Ordinis Orator protulerat, ex sequenti disquisitione patebit, quam perperam negarit, Authores à Perronio Cardinale superius allegatos non loqui de Summo Pontifice, ejusque erga Reges auctoritate. Quæ de Childerici abdicatione, ac Pipini ad Regium diadema per auctoritatem Pontificiam suffectionis exemplis peroravit Perronius, habere maximum pro Pontificiâ potestate comprobandâ pondus, patet ex dictis supra §. 1. patebitque ulterius ex sequenti conclusione, unâ cum ijs, quæ Bonifacij VIII. cum Philippo Pulchro, & Julij III. cum Ludovico XII. actiones concernunt.

35. Nec est, cur Lutetiani Parlamenti adversus Banquarellum Anno 1569. late sententiæ immoremur, dum ejusdem Parisiensis Parlamenti edictum Anno 1615. editum in pari causâ fuit Regiâ auctoritate abrogatum. Regia equidem potestas in se formaliter est à solo Deo, haud minus, quam ampulla liquore plena ad Franciæ Regem coronandum, olim caelitus immissa: attamen sicut hujus applicatio indiget Ecclesiastici ministerij unctione, sic Regiæ quoque potestatis ad certum subjectum applicatio ex hæreditariâ, non nisi per humanas constitutiones sancitâ successione dependens, quâ moralitatis in regnum Cælorum ordinabilis, ex fidei principijs noscitur capax esse, indirectè saltem, ac materialiter subjacet pro cer-

tis extraordinarijs casibus Oecumenicæ Ecclesiæ Pastoris auctoritati; uti probatum jam dedimus, & ulterius dabimus in subsequentibus.

### CONCLUSIO.

PRæadducta Summorum Pontificum exempla exhibent argumenta perquam efficacia, ad probandam Pontificiæ supra Reges potestatis extensionem,

36. Explicatur. In Summis Pontificibus duo sunt actuum genera. Vnum respicit Papam, seu sui principium effectivum, quæ homo est, ex congenitâ sibi fallaciâ, & ad malum pronitatis affectione operans. Alterum respicit Papam, seu sui principium, quæ Pontifex est, ex Oecumenicæ sui muneris Pastoralis auctoritate definitens, aut decernens. Declarari potest hæc distinctio ex homine justo, qui, si operetur ut homo, mendax est, & ad malum pronus, facileque profert fructus malos in genere tam veritatis, quam moris pessimos. Si operetur ut justus, cui ut sic operandi principium radicale est gratia sanctificans, proximum verò principium sunt virtutes per se infusæ ac supernaturales, unâ cum gratiæ excitantis, adjuvantis & cooperantis actualibus Dei auxilijs: ut sic quodvis supernaturale opus ex quacunque moralis virtute promanans reduci debet in fidem, & huic seu fundamento superstructum lumen prudentiale supernaturale, seu principium sui directivum. Pari proportionaliter modo; si Papa in se dominari sinat congenitæ fallaciæ, & ad malum pronitatis affectionem, non nisi spinas & tribulos germinabit terra ipsius. Si verò autem & purè decernat ex Oecumenicæ Pastoralis Officij sui auctoritate, considerandum nobis in hac venit, quod sit superstructa Petræ, adversus quam portæ inferi non prævalebunt. In hoc proinde agendi genere Papa se reflectens super virgam correctoriam & coercitivam, sibi à Christo concessam, cum potestate ligandi & solvendi quodcumque, quod in homine per Christianum characterem insignito super terram morale est ad Regnum Cælorum ordinabile; ut sic omnimodi decreti sui Apostolici directivum Principium præ oculis habet indubitatum principium; quod per prudentiam gubernativam non naturalem, sed supernaturalem applicando ad casus particulares, sub isto prudentiæ quasi Divinizatæ lumine ex præfacto fidei principio infert sanctionem in duplici, altero fidei, altero prudentiæ infusæ utrinque certo, fallaciæ ac nequitæ per intrinsicam supernaturalitatis suæ in Spiritum sanctum seu principium reducendæ puritatem, experte printipio.

37. Res hæc apertius declarari potest sub Oecumenicæ Pontificiæ auctoritatis comparatione ad lumen Propheticum. Hoc, si homini Divinitus concessum fuerit, minimè facit, ne homo Prophetiæ dono ditatus, sit obnoxius fallaci & fallibili, atque ad malum pronæ humanæ conditioni, maximè cum lumen Propheticum sit gratia gratis data, potens in existere homini etiam peccatori, imò infidelis uti constat

constat de Sybillis veris Prophetis, sed Ethnicis. Nihilominus quando is, qui Prophetiae gratia est diratus, intendit in lumen Propheticum, ex hoc Divinizando, ac revelando veritates absconditas, nequit ulla subesse fallitas ac deceptio, quippe cum actus propheticus, qua procedens ex lumine prophetiae, nequeat in se, ac intrinsece coinquinari specie mendacij, quin haec impuritas reducenda foret in luminis Prophetici principium, Spiritum sanctum, quod ne cogitare quidem, minus asseverare licet absque horribili blasphemia. Sic Oecumenica pastoralis muneris potestas, quantumvis inexistat homini per naturam suam fallaci, ac mendaci, & fallibili, & in moribus defectibili, attamen per ipsam Christi institutionem ita est fundata super fidei petram, ut cunctae actiones ex ea promanantes reducenda sint in fidei principium, ejus Oecumenicae potestatis super omni in terris morali ad Regnum caelorum ordinabili protensa, eatenus directivum, ut, si de particularibus casibus est sancendum, decernat per prudentiale Divinitus infusa prudentiae lumen supernaturale, ab omni adeo seu morali defectibilitate, seu intellectuali fallibilitate, atque fallaciae labe depuratum. Quando igitur in praesenti disquisitione procedimus ad Pontificiae potestatis super Reges protensionem, ex Summorum Pontificum exemplis comprobandam, nobis sermo non est, nisi de eorum actibus, qua promanantibus ex illa Apostolicae autoritatis Oecumenica potestate, per naturam suam resolvablem in certum fidei principium, uti in antecedentibus ostensum fuit, & adhuc ostendatur ex decursu praesentis ac subsequenti paragraphi, accuratiusque, ac ex professo ostendatur in Articulo quarto.

PROBATIO I.

In qua refutatur primum Adversariorum argumentum.

36. **E**tenim Ordo Popularis in praerogatis Patrisiensibus Comitibus generalibus nitebatur vim facere, ex Divinae Scripturae antehac quidem jam discussis sacris textibus. At eo ipso, quod Christus a Pilato interrogatus: Rex ne foret? responderit: Regnum meum non est de hoc mundo: ex clara hujus responsi littera noscitur, asseruisse sibi Regnum aliquod, non utique aliud, quam illud, de quo Angelus Lucae 1. praedixerat Mariae; fore, ut filius ex ea nasciturus regnaret in domo Jacob, nempe in Ecclesia, quod adeo Propheta Regius Psal. 2. describens, inducit Patrem Aeternum Christo Filio suo loquentem: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem, & possessionem tuam terminos terrae: reges eos in virga ferrea, &c. In quo Prophetico textu singulariter notandum venit, gentes non prius, quam fierent hereditas & possessio Christi per fidem in Ecclesiae unitatem coadunata, & ad terrae terminos usque protensa, esse de illo Christi regno, cujus Virgam Regiam, oporteret, etiam ferream esse.

39. **Q**uod ergo Christus coram Pilato sibi assererat Regnum, neque Originative, neque ex

ordine ad suum formale objectum etiam specificative existit de hoc mundo, idque secundu dum apertam Christi sententiam, pollet autoritate virgae etiam ferreae. At Christus ascendens in caelum, hujus Regni gubernationem per se visibiliter subire noluit, sed Vicarium sibi constituit Petrum, cum perpetuo ad Ecclesiae Regnum aeternum duraturo successione ordine. In hoc igitur vicario Christi Regno, oportet, jam esse illam virgam ferream, cum Oecumenicam super cunctas Christi oves, earumque omnimodas in Regnum caelorum ordinabiles moralitates protensa indefinita ligandi & solvendi potestate. Cum proinde Christus jubens reddi Caesari, qua Caesaris sunt, & Deo, qua Dei sunt, se tanquam Deum haudquaquam ab isto praecipio suo excludere aut voluerit, aut potuerit, illa autem Oecumenica potestatis virga Regia & ferrea solum vicario modo sit communicata Petri successoribus, Principaliter autem sit de jure Christi, manifeste evincitur, illis quoque Christi verbis, quibus dictum est, reddenda esse Deo, qua Dei sunt, contineri mandatum Divinum de virga illa regia, Oecumenico sanctae Ecclesiae, seu Regni Christiani Pastori concessa, a cunctis fidelibus Christi caractere insignitis recognoscenda. Et ideo, dum Apostolus praecipit: Ut omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Vi hujus Apostolici mandati Reges universos, caractere Christiano insignitos, oportet, Oecumenicae Papae potestati, ejusque virgae correctionis, atque coercitivae etiam ferreae subiectos esse.

PROBATIO II.

In qua refellitur secundum Adversariorum argumentum.

40. **P**raetactus Ordinis Popularis in Comitibus Francis adversus Clerum declamator contra Summorum Pontificum actus vim facere contendit ex eo, quod Apostolicae Sedis fastigium non ita sit positum super nimbos, ut velut in Olympi cacumine affectuum humanorum imbres eam non attingant. Verum ex supra dictis constat, si Summorum Pontificum actus profluant ex Sedis Apostolicae autoritate, eatenus reduci in fidei principium sub prudentiae infusa circa particularia supernaturali lumine, ut certe supra affectionum pravatum, fallaciarumque imbres sit constituta ea per Christum sancita autoritas, commaculari haud potens vel ex morali defectibilitate, vel fallibilitate homini congenita.

41. **S**ed inquit: Unde dignoscere licebit, Summos Pontifices in suis erga Reges processibus ac sententiis, non qua fallaces ac mendaces, pravisque affectionibus obnoxios, sed qua Oecumenicos Pastores verè egisse ex Christi Vicaria autoritate?

42. **S**uper hoc equidem responderet Author Regalis Sacerdotij in sine cit. §. 15. Ad judicium super ejusmodi Pontificij antehac deductis actibus formandum, congrue attendi posse ac debere sanctitatem, & doctrinam Summorum Pontificum, a quibus sanctiones, aut sententiae hujus.

Authoritas  
Apostolica  
GVI

hujusmodi promanarunt, nempe Gregorij Magni, Zachariæ I. Stephani III. Gregorij II. Gregorij X. Leonis III. Pij V. inter Sanctos, Beatissime rellatorum, quibus nefas foret, imponere, ac si suæ Pontificiæ dignitatis juribus haud contenti, aliena voluissent invadere.

43. Verùm hæc ratio adfert argumentum ali- quod haud adæquatam, nec à priori, sed à poste- riori, duntaxat ostensivum, quod actus illi, ceu verè Pontificij, ab omni adeò pravæ affe- ctionis labe depurati, meritò reputandi sint. Quare si quis eorum actuum, quæ à Christi vicariâ autoritate, vel quæ ab hominibus fal- laciæ ac nequitie obnoxijis promanantium, si- gnum & argumentum à priori ostensivum desiderat, sacros Pontificum, Concilio- rumque Oecumenicorum Canones in duabus proximè precedentibus Disquisitionibus multifari- am adductos consulat, in quibus pronum erit advertere, qualiter sanctiones hujusmodi in ipsâ fidei principia sub prudentiali haud purè naturali, sed per infusæ prudentiæ lumen supernaturale sublimato, & quasi Divinizato, erga publicum solummodò Ecclesiæ ac Reli- gionis Orthodoxæ bonum, seu necessitatem reflexo dictamine resolvantur. Atque hic est character propriè discretivus Pontificiorum actuum quæ talium, à Pontificum actibus merè humanis.

#### PROBATIO III.

In qua refutatur tertium Adversariorum argumentum.

44. IN hoc enim contendeat præinsinuatî Po- pularis Ordinis Orator, Childericum III. Francorum Regem, non autoritate Pontifi- ciâ, sed Comitiorum generalium decreto fuisse depositum, ejusque loco ad Regium diade- ma evectum Pipinum. Num ergo hic Ora- tor Comitia Regni contendit eatenus supra Regium Caput constituere, ut ejus depositio, alteriusque successio ab eorum placito depen- deat? Quæ in §. 1. præ. Disquis. ex Authore tract. de Libert. Gallican. sunt adducta, clarè probant, tum Zachariam I. tum Stephanum III. à Francis interpellatos de Childerico deij- ciendo, & Pipino in Regem evechendo, autho- ritatem suam Apostolicam interposuisse in tantum, ut ea Pipini ad solium Regium evectio illis Summis Pontificibus indubitato adscri- batur.

§. III.

Referuntur nostratis sententiæ argumenta.

#### ARGUMENTUM I.

45. A Uthor Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. §. 15. ad præsens institutum argumentatur I. ab exem- plis Zachariæ Pontificis, Stephani Papæ III. Hadriani Papæ IV. Gregorij II. & Leonis III. E- tenim Anno 51. jussu & autoritate Zachariæ Pontificis Childericus III. ob inertiam, regen- dique imperitiam Regno depositus, & Pipinus bello & potentiâ insignis, in thronû provectus

fuit; uti testantur Æmilios in historiâ rerum Francicar. & vita Childerici III. fol. 46. Egin- hardus in vitâ Caroli Magni ab initio. Regino in Chronico, Ottho Frilingensis lib. 5. cap. 22. Fre- degarius ad Annum 751. fol. 161. Annales Fran- cici à Pithæo editi ad Annum 752. Abbas Ur- spergensis ad Annum 753. circa finem. Sponda- nus ad Annum 751.

Anno dein 754. Stephanus Papa Parisiis Pi- pinum & filios Reges coronat, ac Principeꝝ Francos juramento adigit, nunquam ex alia, quàm Pipini stirpe Regem electuros. Ex Æ- milio in vitâ Pipini. Ludovico Imperatore Magni Caroli filio in Epist. ad Hilduinum. Ab- bate Urspergense ad Annum 153. Ganguino hist. Franc. lib. 3. fol. 45. Joanne Nauclero vol. 3. ge- nerat. 26.

Anno insuper 774. Hadrianus Papa Caro- lum Magnum expugnato Ticino, capto De- siderio Rege, Regnoque Longobardorum penitus deletò, Romanorum Patritium esse ju- bet; teste Sigeberto in Chronico ad hunc Annum, habeturque in Cap. Hadrianus. dist. 63. cap. seq.

Anno 730. Gregorius II. Synodo Romam convocatâ, Leonem Isauricum, eò quod sa- cris imaginibus impiè juxta & crudeliter bel- lum inferret, Ecclesiamque persequeretur sanguine &c. calcatoque Jure Gentium, Lega- tos Pontificios exilio proferplerit, hæresique infectus esset, excommunicatione percellit, & ne illi Romæ, aut in Italia tributa pendan- tur, prohibet &c. Ex Cedreno Anno 9. Leonis Isaurici. Zonarâ in Leone. Maymbourgo hist. Iconoclast. ad annum 730. Spondano ad eundem Annum.

Anno 800. Leo III. Pontifex Maximus ademptum Græcis Imperium in Carolum Franciæ Regem transtulit; uti hæc fusè pro- bata constant ex antecedentibus.

#### Objectio.

EX parte adversâ excipi potest inprimis, quod Popularis tertij in Comitijis Francis Anno 1615. coram Rege celebratis, Ordinis Orator objecerat, Childericum non autho- ritate Pontificiâ, sed per Comitia generalia Regno evectum, ac Pipinum substitutum esse.

#### Responsio.

Hanc exceptionem prævalidis argumentis confutavit Author tract. de libertat. Galli- can. §. 1. adductus, qui ibidem videri potest. Et verò, quia dictus Comitiorum tertius Popularis Ordo contendit, Regem Galliarum neminem, excepto Deo, agnoscere, cui capi- tis sui diadema, temporalisque regiminis jura sua regia inclinaret, quomodo jam Comitijis Franciæ fas esset, Regem deponere, aliûmve subrogare? Si hoc nequaquam ex jure directè supra Regem potestatis, à Comitijis præterdâ posse dixeris, sed indirectè duntaxat, in vi seu defensionis naturalis, seu pactionis saltem vir- tualis ac implicitæ de regni Bono publico pro viribus curando, in cujus adeò defectu Comi- tijis publicis incumbere, dum necessitas pub- lica

lica

lica exigit. ut Regno congruenter esset proprium. Quid ni, dum Rex Christianus est sanctæ Ecclesiæ membrum, Oecumenici a deo Ecclesiæ Capituli observantiam, ex indefinitâ super quodcumque, quod in illo est super terram morale, ad regnum nempe cælorum ordinabile protensâ ligandi, & solvendi potestate, propterea debitum in vi Christiani characteris recognoscere obstrictus, in hac potius authoritate Apostolicâ, quam in statuum sibi subditorum Comitibus recognoscat, jus sese, quantum Ecclesiæ necessitas exigit, moderandi, ac reformandi, ac non equidem per se directè, sed indirectè, atque hoc ne formaliter quidem, sed materialiter duntaxat, & per accidens (sub propria a deo duntaxat vocis hujus usurpatione) deponendi, aliumque loco ipsius idoneum substituendi?

ARGUMENTUM II.

49. A Uthor Regalis Sacerdotij præcitus argumentatur 2. ab exemplis Iulij II. Gregorij VII. & Alexandri III. Etenim anno 1000. Sylvester II. Pontifex Maximus S. Stephano Hungariæ Duci jus & dignitatem Regiam concedit, & Hungariam Regni iuribus donat. Ex Cartulario Episcopo in Stephani vita.

50. Anno 1076. Gregorius VII. per suos Legatos Demetrium Croatiæ, Dalmatiæque Ducem coronat Regem, iuribus Regni Dalmatiæ concessis. Ex Vaticanâ Bibliothecâ apud Baronium ad hunc annum n. 66. Eodem anno prædictus Pontifex Henricum IV. Germaniæ Regem in Synodo Romanâ, quod Sacerdotia & Ecclesiasticas dignitates mercatui exponeret, quod subditorum facultates prædaretur, quod appellationes ad Sedem Apostolicam impediret, quod habito Wormatiæ conventu, ausus esset, in Gregorium sententiam dicere, eumque Papatu exuere, & denique ob multa alia flagitia excommunicat, Regnoque indignum pronuntiat, & subditos iuramento liberat; unde multis hinc malè actitatis, Germaniæ tandem Principes Henricum redigunt in ordinem, & Rudolphum Suevo Ducem Regem appellant. Ex actis relationis tomo 3. Conciliorum ante Concilium Romanum 1. Anno 1079. idem Gregorius VII. Boleslaum Poloniæ Regem, eod quod beatum Stanislaum Cracoviensem Episcopum ad aras occidisset, diris perculit, Regno, omni que dignitate privatum. Ex Longino in Polonicâ historia. Baronio Anno 779. & alijs. Eodem anno dictus Pontifex adversus Philippum Francorum Regem, cum sacerdotia pretio venderet, proptereaque Episcopum Matiscomensem admittere nolle, rescribit ad Rodericum Cabilonensem Episcopum, ut Regem moneret, quatenus à mercimonio tam turpi abstineret &c. alioquin censuris feriendus, Regnoque casurus. Ex lib. 1. hujus Pontificis epist. 37. Ex cuius verbis etiam patet, Philippum Gregorio paruisse, missisque Legatis, in ejus se potestate futurum respondisse.

51. Anno 1166. cum Fridericus Ænobarbus in Italiam cum exercitu movisset, incendijs & rapinis omnia vastaret, Guidonem Antipa-

pam Alexandro III. opponeret, aderant Constantinopoli ab Emanuele Comneno Imperatore Legati, unionem cum Ecclesiâ Romanâ, ingentemque vim auri, & auxilium spondentes, si Pontifex Maximus Imperium Occidentis Græco restitueret. Exinde Anno 1168. idem Alexander III. Fridericum Ænobarbum perniciosissimo schismate, belloque Italiæ, Ecclesiæ, & Pontifici infestum, sacris & Imperio interdicit. Ex actis Alexandri III. apud Baronium ad dictos Annos, alijsque authenticis monumentis. Sed Fridericus tandem infortunij fractus, pacem cum Alexandro iniit, transmissoque mari, contra infideles ingentibus prælijs & victorijs functus, infelici casu Cydno amne præfocatur aquis.

Anno 1179. Alphonfus I. Dux Portugalliæ ab eodem Alexandro III. ob res adversus Arabes præclare gestas, jura & titulum Regis accipit, annuumque censum Ecclesiæ Romanæ statuit. Ex Spondano, & Baronio ad hunc annum.

Reflexio.

52. Super his reflexionem facienti occurrit mihi haud importuna Authoris Regalis Sacerdotij prope finem disti §. 15. sequens animadversio, quod nempe omnium propè à Gregorio Magno sæculorum decursu, uluque probatum jam sit, etiam Regnis, Imperijsque Summos Pontifices, cum religio id polceret, legem dedisse, juxta illud Ieremia 1. Ne formides a facie eorum, ego quippe dedi te in civitatem munitam, & in columnam ferream super omnem terram, Regibus Iudæ, Principibus ejus, & sacerdotibus, & populo terræ, & bellabunt adversum te. & non prævalebunt quia ego tecum sum, ait Dominus. ut liberem te: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Hic namque spiritus, uti etiam peculiari gratiæ gratis datæ dono erat in Propheta: sic eminenti quapiam ratione est Divinitus annexus pastorali Ecclesiæ sanctæ muneri Oecumenico; uti ex antecedentibus constat, & aequaliter patebit ex sequentibus.

ARGUMENTUM III.

53. A Uthor Regalis Sacerdotij argumentatur 3. ab exemplis Innocentij III. Gregorij IX. Innocentij IV. Gregorij X. Clementis V. Martini V. Julij II. Clementis VIII. Pij IV. Pij V. Sixti V. & Gregorij XIV. Etenim Anno 1210. Otto IV. Imperator, cum Friderico juniori Regi Neapolitano, totique Italiæ bellum inferret, nec à Pontifice admonitus, ceptis abisteret, ab Innocentio III. anathemate perstringitur, Imperio arcetur, permissaque Pontificis idem Fridericus Henrici V. Imperatoris filius à Germaniæ Principibus throno imponitur. Vrspergensis in Chronico, Nauclerus, Spondanus, & Bzovius ad hunc annum.

Anno 1239. Gregorius IX. Fridericum secundum Imperio & sacris interdicit, idemque postea solenni ritu in Concilio Generali Lugduni Anno 1245. ab Innocentio IV. est repetitum. Blondus, Platina, Spondanus ad hunc annum.

Anno 1273. Gregorius X. mandavit Principibus Germaniæ, ut tandem Imperatorem



creent, nisi velint, aliquem à se imponi: sicque Imperium devenit ad Rudolphum Habsburgensem. Spondanus *ad istum annum.*

55. Anno 1307. Interfecto Alberto Imperatore, Philippus IV. Galliarum Rex solenni ad Clementem V. legatione Imperium sibi, vel Carolo fratri petijt, ut sic Imperium rediret ad Francos. Conradus Vecerius in *lib. de gestis Henrici VII.* Bzovius *ad hunc annum.* & Æmilius in *Philippum Pulchrum.* Idem Clemens V. Anno 1310. Venetis, quod occupassent Ferrariam, sacris interdicit, eorumque bona ubique terrarum primo occupanti exponit. Spondanus *ad hunc annum.* Bzovius *ad annum 1309.*

Anno 1420. Martinus V. in Ioannam Reginam Neapolitanam armat Sfortiam Ducem, transferturque jus Regni in Ludovicum III. Andium Ducem, Spondanus & Pandolphus *ad hunc annum.*

56. Anno 1512. Julius II. excommunicat Ioannem Alibretanum, eiusque Regnum primo occupanti donat, quod Ludovico XII. Regi Galliarum opem tulisset. Spondanus *ad dictum annum.*

Anno 1534. Clemens VII. in Henricum Angliarum Regem diras pronunciat, & Regnum abrogat, quod Catharinam legitimam uxorem repulisset, Bolenam in thalamum admisit, Cardinalemque Roffensem, & Morum præcidisset, ac innocentium sanguine Angliam inundasset, non alterius culpæ, quam Religionis Catholicæ reos. Pallavicinus in *hist. Concil. Trident. lib. 3. cap. 15. & lib. 4. cap. 7.*

Anno 1563. Pius IV. Reginam Navarræ propter hæreses in jus vocavit. Pallavicinus *lib. 24. hist. Concil. Trid. cap. 1. n. 3.*

Anno 1569. Pius V. Elisabetham Angliarum Reginam diris perstringit, Regnumque Angliarum proferibit. Spondanus *ad hunc annum.* & alij, addens Anno 1570. ab eodem Pio Cosmum Medicum Florentiæ Magni Ducis Hetruriæ titulo esse honoratum.

Anno 1575. Sixtus V. Henricum Navarræ, postea Galliarum Regem Hæreticum declaravit, & Galliarum Regno inhabilem. Spondanus *ad istum annum.* & alij.

Anno 1591. Gregorius XIV. eundem Henricum Regio nomine indignum pronuntiat, exindeque Anno 1593. Confederati Galliarum occasione potestatis sibi à Clemente VIII. factæ eligendi Regis, qui Catholicus esset, Comitibus Parisiis celebrant. Spondanus *ad hos annos.* At Henricus Divinitus illustratus, abjuratâ hæresi, Religionem avitam amplexus, à Clemente VIII. impetravit absolutionem, ad Regiam proinde Coronam promotus.

#### Reflexio.

57. Reflexionem super hac ratiocinatione facienti, iterum occurrit mihi Author *Regalis Sacerdotij in fine dicti S. 15.* Quamvis, inquiens, aut imprudentiâ, aut abutu in ijs Pontificum gestis aliquando peccatum fuisset: id tamen omni humanæ potentie commune esse, quam si propterea proscriptam quis velit, eò quod excesserit, oportere, omnem tolli potestatem, peiori, quam malum sit, remedio.

58. Verum hæc in re unice cupio intentus esse

in eas Summorum Pontificum adversus Reges, & Imperatores, seu decreta, seu iudicialis sententias, quæ mediante prudentiâ non humane, sed infuse dictamine, per auctoritatem Oecumenicam reducebantur in fidei principia: à quibus si non tam aberratum, quam ad ea attentum non fuisset, non tam Pontificiæ auctoritatis pondus, quam humane infirmitatis labem præferret ordinatio, unce non à Pontifice, quâ Pontifice, sed quâ homine facta: quamquam hoc iudicare, nostrum haud sit, sed Divino iudicio unice reservatum, à nobis consulto prætermittatur.

Sed, inquit, quomodo igitur factum sit, ut Pipini primùm temporibus, nempe Anno à Christo nato 751. cœperint Summi Pontifices ejusmodi jus supra Reges sibi vindicare? Neque enim anteriorum sæculorum ulla hanc in rem exempla proferri poterunt.

#### CONCLUSIO.

Pontificiorum supra Reges actuum exempla, collata cum sacris Canonibus, & constitutionibus Conciliaribus antehac productis, faciunt indubitatum argumentum Pontificiæ super Reges auctoritatis, Theologicè demonstrativum.

Explicatur. Quamvis enim historiæ, quibus narratur acta Summorum Pontificum, & Conciliorum, non excedat metas auctoritatis humane, sunt tamen instrumenta quedam, mediantibus quibus mens reduci potest ad altiora argumenta Theologica; quemadmodum in præsentî contingit, historiæ *supra S. 3.* allatas consonare cum sacrorum Canonum, & constitutionum Conciliarium sanctionibus *pres. 1. & 2. Disquisitione* discussis. Quæ igitur historiæ cum sacris Canonibus collatione factâ, mox probatum exhibetur, eas Canonicas sanctiones sub prudentiali supernaturalis luminis dictamine, eatenus reduci in principium fidei, Oecumenicæ super Reges potestatis demonstrativum, ut auctoritas ejusmodi noscatur hinc certissimo Theologico argumento comprobata.

Neque mirari quisquam debet, cur posterioribus primùm sæculis à Pipini Francorum Regis tempore, Summi Pontifices tantam erga Reges potestatem exercuerint. Etenim ex sacris historijs conspicuum est, ad tempora usque Constantini Magni Imperatoris, Ethnicos dominatos fuisse, sub quibus Pontifices Maximos in sanctâ patientiâ oportuit, magis delitescere, quam suæ auctoritatis virgam ferream in publico exercere. A Constantini porro temporibus Ecclesiam, contigit, tantis continuò hæresum, atque Gentilismi hinc inde adhuc dominantis, vel etiam à fide apostasiæ sanctam Dei civitatem devastantis, gravissimis fluctibus jactitari, ut virgam suam correctoriam latius protendere haudquaquam prævaleret, plerumque compulsa, ad hoc unice esse intenta, ut fidei dogmatum integritas cum Ecclesiasticâ inter Clerum disciplinâ, & qualicunque inter Laicos morum

morum honestate conservaretur; veluti ex varijs Oecumenicis, per illa sæcula celebratis, Concilijs constat.

62. Primogenitus inter Occidentis Christianos Reges Christianissimus Galliarum Rex Clodovæus noſcitur ad fidem Christi conversus primùm 499. anno, cujus Regis potentia Alaricus Rex Visigothorum, & Theodoricus Rex Wandalorum Iobacti, Catholicæ Religioni majora incrementa adferre cœperunt. Hoc defuncto, cum Clotharius Clodovæi filius bona Ecclesiæ sibi vendicaret, à Turonensi Episcopo graviter reprehensus respuit, claro ad eò argumento, virgæ correctoræ, vel ab Episcopo, vel ubi extrema exigebat necessitas, à Summo Pontifice supra Reges protensa; ut videre licet ex *Annalibus Ecclesiasticis ad Annum 540.* Quemadmodum tale argumentum subministrat etiam decantata Divi Ambrosij censura, Theodosium Imperatorem propter eadem Thessalonicensium ab ingressu Ecclesiæ prohibentis. Ad Regis uique dejectionem Pontifices equidem non leguntur processisse usque ad præinlinuata tempora, at neque ratio publicæ necessitatis legitur eòtque illam vel efflagitasse, vel sub Regum & Imperatorum seu infidelium, seu perhorum potentia nimia admittisse, nemine Catholicorum anterioribus sæculis existente, qui majora inde eventura rei Orthodoxæ discrimina avertere prævaluisse. Neque verò Summus Pontifex, nisi à Itatibus Francici Regni requisitus, ob Regni & Ecclesiæ publicas necessitates, sua in Chudenco eiciendo, & Pipino succedendo, clavium auctoritate usus unquam fuisse. Ante hæc igitur tempora casus talem actum, non nisi ex publica necessitate efflagitare potens, non potestas defuit in Summo Pontifice.

PROBATIO I.

63. ETenim in *Regesto Gregorij VII. lib. 2. epist. 21. ad Herimannum Episcopum Metensem* data non pauca ex epistola Gelasij Anastasio Imperatori scripta afferuntur, quæ occasione dederunt Glossæ in *Cap. Alius item. 3. causâ 15. q. 6.* ut induceret Gelasium Papam Anno 492. creatum Pontificem, ac si contra Anastasium Imperatorem scripserit, quod à posset eum deponere propter suam malitiam. Nihilominus hoc tenendo in suspensio, noſcitur præfatus Gregorius VII in *dico cap. 3.* taliter reſcriptisse: *Alius item Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, Regem Francorum, non tam suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tanta potestati erat inutilis, à Regno deposuit: & Pipinum Caroli Magni imperatoris patrem in ejus locum substituit, omnique Francigenas à juramento fidelitatis, quod illi fecerunt, absolvit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit sancta Ecclesia, cum milites absolvit à vinculo juramenti: quod factum est his Episcopis, qui Apostolicâ auctoritate à Pontificali gradu deſiciuntur.*

64. Huic Canonis quoad solutionem à juramento fidelitatis erga illos, qui subſciantur excommunicationi, haud dissimiles sunt Canones Nicolai Papæ in *Cap. Auctoritatem. 3. in Cap. Nos Sanctorum. 4. & in Cap. Juratos milites.*

5. *dicitur causâ 15. q. 6.* Si ergo Summorum Pontificum super juramento vinculo solvendo auctoritatem inquiras, duplex mox se offert difficultas. Una, in quantum eiusmodi vinculum se tenet ex parte jurantis, qui si Laicus fuerit, disquisitio mox enascitur, quomodo iurisdictione Pontificis super eo extendi valeat? Altera difficultas est; In quantum iurisdictionis vinculum in homagio fidelitatis Regibus seu Principibus secularibus, etiam supremis præstitum; speciale in his fundans jus non tam privatum, quam publicum; ut sic subſciantur Clavibus Ecclesiæ per Christum concessis Petri successoribus? Harum equidem difficultatum solutio satis constat ex antecedentibus, at tamen aliquam super hoc puncto reflexionem hic facere, expedit specialiter ex ratione mox deducendâ:

PROBATIO II.

SI vel historiarum superius expositarum de Pontificis erga Reges etiam exauthorandos, atque subditos ipsorum à fidelitatis homagio, per jusjurandum etiam firmato, liberandos, actibus tam concordēs attestaciones, vel sacrorum Canonum, Conciliorumque Oecumenicorum hanc in rem tam frequentes sanctiones expendantur, in aperto sanè est, unanimi tam fidelis populi, quam politicorum etiam Magistratum, Theologiæ insuper, ac Jurisperitorum, ipsorum tandem Principum, Regum ac Imperatorum respicientium consensu, esse humiliter receptas, & magnâ cum veneratione tandem comprobatas. An non ergo hic fidelium cum suo Capite Christi Vicario tantoperè hæc in re concordantium non imperitorum duntaxat, sed maxime peritorum, seu Ecclesiasticorum, seu Politicorum (quandiu obediens Christi oves audire cupiunt) huic Pontificio erga Reges procedendi modo, collatis in unum seu suffragijs, seu consilijs, seu etiam armis se opponere nunquam præsumendum consensus, prævalidum nobis præbeat argumentum, altioris indaginis subesse principium, in ipsâ Christi institutione ac fide Divinâ radicatum?

Si juramenti vinculum in suâ consideretur formali ratione, importat profectò iuris Divini firmamentum. Si spectetur ex parte jurantis hominis Laici, importat obligationem Jure tam naturali, quam civili firmatam. Si expendatur ex parte illius, cui juratur, eo roborandum importat jus, quæsitum Regi, vel Principi, erga quem fidelitatis homagium præstitum fuit. In quo adeò triplici iurisdictionis vinculo cum interveniat tum Divini juris Religio, tum iuris naturalis, ac civilis in jurante obligatio, tum jus seu privatum, seu publicum Regi, cui præstatur, quæsitum, quomodo Pontificis Romani potestas ad hæc universa jura dissolvenda prævalere poterit? Vix credo, ullum, qui verè Catholicus est, hanc auctoritatem Summo Pontifici denegaturum, quoad privatorum saltem juramenta, uti etiam vota, in quibus eadem est ratio.

Hujus ergo rationem solidam investigaturi, undique informamur à viris doctis: Papam solvendo juramenta, neque jus Divinum, neque jus naturale, ac civile, neque jus tertio, maxi-

maximè publicum, Regi scilicet, quæsitum, per se directè ac formaliter tollere è medio. Quid ergo tunc facit Pontifex? Omnes fateri debent, in iuri-jurandi vinculo importari quid morale, super libero hominis actu fundatum, cui sit superstruendum & juris Divini specialis, seu Religionis, & juris naturalis, ac Civilis, & juris seu private, seu publicæ personæ inde quæsitum obligatio. Hoc igitur morale, numquid quoad sui etiam Virtutem perseverantiam æquè ac id, quod in peccatis est morale, subiectum est sanctæ Ecclesiæ clavibus, super quocunque, quod super terram morale est, ad Regnum ad eò cælorum ordinabile, per expressam Christi ordinationem protensis? Quando igitur ex hinc per Christum sibi concessâ autoritate Romanus Pontifex solvit illud morale, juri Divino Religionis, nec non juri naturali ac civili, proprioque etiam, ne dicam privati, sed etiam Regis juri superstratum, numquid erit consequens indirectè, sicque per accidens ac consecuti-vè cessare effectum obligationis ex multiplici illo jure promanantis: sublato enim eo, cui unice superstruitur multiplex illa jurium obligatio, quomodo ista posset adhuc subsistere? Quemadmodum igitur iuri-jurandi per Summum Pontificem solutio reducitur in fidei principium, Oecumenicæ per Christum constitutæ autoritatis demonstrativum; sic pari ratione potestas ob sanctæ Ecclesiæ necessitatem, Religionisque Orthodoxæ publicam utilitatem exauthorandi Regem, ejusque loco alium ex sanctæ fidei inter Christianos Boni Publici exigentiâ, sufficientium, reducenda est in tale fidei principium Pontificæ autoritatis extensionem disertè firmans, super quacunque in terris à Christi ovibus dependente moralitate, cujusmodi in Regnum cælorum ordinabilis moralitatis expers haudquaquam est seu Regiæ potestatis ad certum subiectum applicabilitas, seu illius politica etiam, ac publica exercitia. Quæ proinde universa non quidem directè, per se ac formaliter; sed indirectè, per accidens, ac materialiter eatenus subduntur Ecclesiæ clavibus, quatenus harum potestas super eorum subitrato materiali per Christi constitutionem protensâ, hoc moraliter destruendo, per consequentiam tollit etiam jura eidem superstruata.

## PROBATIO II.

68. EX quibus sic deductis facit jam evanescent, quod in præadducto hujus Disquisitionis §. 2. ex ore Popularis in Comitij Gallicis Anno 1617. celebratis, Oratoris adversus Clerum ac Nobilitatem adferebamus: Nempe diversas habuisse Christum ipsum à gladio Claves; Petriung, ubi in arma, etiam justè proruperat, gladium mittere jussum in vaginam, ne, qui restaurandis instituebatur, truncaret membra. Mansuetè post regnasse Ecclesiam, cui Imperium est in volentes. Summo Pontifici Vicario Christi, neque jus gladij, quamquam Petri successoris, esse, neque jurisdictionem, ubi de privatorum possessionibus agitur: idem de publicis. Nullibi probatam Sedis Apostolicæ potestatem ad eò, ut privatum in heresim, ac


omne nefas prolapsam patrimonio suo deiciat. Cur Magistratum? Cur Regem? Verùm quor sunt in hoc verba asserta, tot supponuntur, minimeque probantur principia falsa. Cùm Christus Lucæ 22. dixerit Apostolis, duos gladios satis fore, nunquid alteruter saltem gladiorum istorum consistere debebat in Ecclesiæ Clavibus, imò uterque; siquidem in ordine ad Apostolos, respectuque ad eò Ecclesiæ, duplicatum hunc gladium designarit? Cùm Christus fideles Ecclesiam audire contumaciter reculantes, jussit Ecclesiæ autoritate avelli à communione Christiana, num Ecclesiæ imperium dici verè potest, non nisi erga volentes exerceri posse? Num istam igitur Ecclesiasticæ Imperij virgam coercitivam super hæreticos Ecclesiam non audientes, extendere nefas est, ut suis quoque bonis ac juribus temporalibus exuantur? Num fortassis Pseudoreformationis hodiernæ Professoribus prætereundè lubet: potestatem Ecclesiæ propriam totam esse merè spirituales, ut, potè spirituali objecto corarctatam? At hoc totum lubens etiam concedo. Nunquid verò, sicut corpus intervire debet spiritui, sic etiam temporalia subordinantur spiritualibus? Numquid homo non quoad animam duntaxat, sed etiam quoad corpus operari debet ad finem spirituales salutis æternæ? Numquid ex statu hominis ad finem supernaturalem elevati ita obligati, universas etiam corporales actiones morales reducendi ad Dei gloriam? Ita profectò pronuntiavit Apostolus, ut omnia, quæcunque facerent homines Christiani sive edendo, sive bibendo, sive aliud quidvis operando, in Dei gloriam ordinarent. Eito igitur, Ecclesiæ potestati merè spirituali per se primò ac directè non subjacere temporalia, autamen ex temporalium ad supernaturalia subordinatione Divinitus constituta, sit consequens, ea secundariè ac indirectè esse subiecta potestati spirituali Ecclesiæ, quæ, dum absolutum habet regimen in ordine ad finem supernaturalem, consequenter habere debet auctoritatem, etiam temporalia tanquam media in hunc finem ordinandi.

## Corollarium

## Finale præsentis Disquisitionis.

Insertur. Habitâ reflexione ad historicas relationes à sape citato Authore tract. Libert. Eccles. Gallicane nervosè traditas, ac egregiè vindicatas, atque à nobis in hujus Disquis. §. 1. relatas, si istæ conferantur cum Canonicis & Summorum Pontificum, & Conciliorum definitionibus præ. 2. & 3. Disquis. adductis, omnino patère circa propositionem potestatis Ecclesiasticæ supra Reges protensâ assertoriam, fidelium cum suo Capite Oecumenico confessionem in tantum, ut hæc in ipsâ fidei principia per eandem fidei Canonicas sanctiones reducatur. Unde haud tutam videri contrariam opinionem, si ne indirectam quidem erga Reges quoad ea, quæ in ipsis sunt moralia, Ecclesiæ potestatem, modis aliis explicatis, seu adhuc explicandis, admittere vellet. Imò præ-

bari hinc posse, quod Summus Pontifex etiam jure prescriptionis tendere possit istam indirectam supra Reg. causis etiam temporalibus, non eadem quâ temporalibus, sed quâ formalitate spiritualis necessitatis supervehlitis auctoritatem; veluti Bertrandus Cardinalis Eduensis in sua contra Petrum de Cugne- nalis actione universaliter probat de potestatis Ecclesiasticæ super temporalibus protensione, eò quod ad præscriptionem non nisi tria requirantur, nempe titulus, qui in præsentia causâ fundatur in ipso jure Divino: bona fides, quæ utpote circa hanc causam in ipsa fidei princi- pia reducibilis, non potest non fuisse certa & securissima; & denique continuïtas temporis, quæ ex adductis exemplis, Summorumque Pontificum erga Reges & Imperatores actua- tis noleatur ultra mille annos protendi: quam- quam supervacaneum foret, ad hunc præscri- ptionis titulum confugere, ubi jus Divinum non verisimiliter duntaxat, sicuti ad præscri- ptionem latius est, sed cum omnimodâ in fidei principia reducibili certitudine, favere digno- scitur.



DISQUISITIO V.

An, & in quantum Pontificia super Re- ges auctoritas probari valeat ex unanimi Ecclesiæ, ac Theologice sacrosanctæ Docto- rum consensu?

S. I.

1. **I**stud probandi genus egregiè prosequitur Author cit. tract. de Libert. Ecclesiæ Gallicanæ lib. 4. cap. 6. exordians à S. Gregorio Magno, qui libro 11. Epist. 10. concessis privilegijs Xenodochio à Brunichilde Regina, & Theodoro ipfius nepote Rege constructo, subjungit: Si quis verò Regum, Sacerdotum, Iudicum, perso- narumque secularium hanc constitutionis nostræ pa- ginam agnoscens, contra eam venire tentaverit, po- testatis, honorisq. sui dignitate careat. Quam clau- sulam continet in duabus quoque sequentibus epistolis, idem Author observat, ibidem præva- lidè confutans Ioannem Launoium, tres illas epistolas suppositas, aut saltem interpolatas ostendere conatum Epist. part. 7. epist. 1. & 6. tametsi ab undecim seculis nemo eas in dubium revocavit, nec solum à Gregorio VII. allegata fuerit prima eorum, sed omnes à plu- ribus, etiam Gallicanorum monumentorum collectoribus, exscriptæ sint; velut eo loco per totum caput ostendere pergit præcatus Au- thor, quò Lectorem, si quo fortassis scrupulo pulsaretur, remittere volui.

2. Idem Author sequenti cap. 7. plures inducit sanctos Doctores, ex quibus probat, prædi- ctam Cleri Gallicani propositionem non esse consonam ipsorum doctrinæ. Sanctus nam- que Bernardus de consid. lib. 4. cap. 3. sic Euge- nium III. alloquitur; Quid tui demum usurpare gla- dium tentes, quem semel jussus es ponere in vaginam? Quem tamen, qui tuum negat, non satis mihi videtur ostendere verbum Domini, dissentis sic: Convertite

gladium tuum in vaginam. Tuus ergo, & ipso tuo forsitan nutu, etsi non tuâ manu evaginandus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret, & is, dicen- tibus Apostolis; Ecce gladij duo hic, non respon- disse Dominus, satis est, sed nimis est. Uterque ergo Ecclesiæ, & spiritualis scilicet gladius, & ma- terialis, sed is quidem pro Ecclesiâ, ille verò & ab Ecclesiâ exercendus est. Ille sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutum sacerdotis, & jussu Imperatoris. Ex quibus S. Bernardi verbis, quæ- cunque adhibeatur interpretatio, necessariò resultat, Ecclesiasticam potestatem, saltem in- directè, ad temporalia Principum ex mente S. Bernardi pertinere. Docet enim aper- tissimè, Summum Pontificem habere jus im- perandi, ut bellum geratur adversus Ecclesiæ hostes. Si ergo Princeps Christianus non solum à fide ipse desisteret, sed etiam subditos averteret, nec aliâ posset ratione comprimî, posset Ecclesiâ contra eum alios ad bellum in- ducere, ac ita eum à dominio deturbandum curare. Hanc tantum Ecclesiasticæ partis po- testatem adstruere visum est S. Bernardo pro temporis sui conditione, nimirum ob expe- ditiones Christianorum Occidentalium in Ter- ram Sanctam contra Infideles. Fulconis Ar- chiepiscopi Rhemensis, & Ivonis Episcopi Car- notensis sententiam retulimus Disquis. 2. S. 1. n. 5. & 6.

Doctrinam illam magis explicat S. Tho- mas Universitatis Parisiensis Alumnus 2. 2. quæst. 12. art. 2. in Corp. Infidelitatem illorum, qui fidem susceperunt, potest (Ecclesiâ) sententialiter punire, & convenienter in hoc puniuntur, quod sub- ditis fidelibus dominari non possint. Hoc enim vergere posset in magnam fidei corruptionem. &c.

S. Bonaventura ejusdem Universitatis Pa- risiensis Alumnus tom. 7. par. 2. de Ecclesiastica Hierarchia cap. 1. Patet, inquit, quod dignitas Cle- ricalis, quæ in sua radice considerata, est penitus spiritualis, merito est consona Ordini dominationis, quæ sic præcedit alios inferiores Ordines, quod illos illuminat, perficit, & purgat, & tamen ab illis non illuminatur, nec perficitur, nec purgatur. Quia sicut spiritus dignitate, & officio præcellit corpus, sic potestas spiritualis dignior est, quàm secularis, & ideo bene sortitur nomen dominationis. Unde Re- galis potestas subjacet potestati, & auctoritatî spirituali, sicut in prima Canonica Petri dicitur; Vos estis gens sancta, Regale sacerdotium, &c. nam temporale Regnum velut quoddam adjectum subjacet sacerdotio in Novo Testa- mento; sed in Veteri Testamento sacerdotium subsuit Regno, unde dicitur in Exodo. Elegi vos in populum peculiarem, in sacerdotale Regnum, ubi Regnum ponitur substantivè, sed Sacerdotium ad- jectivè. Hæc fortè de solâ dignitate & ex- cellentiâ potestatis spiritualis supra secularem intelligi possent, sed continuò addit; Et ideo Reges tunc poterant amovere Sacerdotes, sicut Sa- lomon amovit Abiathar. Iam verò possunt Sacer- dotes, & Pontifices ex causa amovere Reges, & Im- peratores, sicut sæpius accidit, & visum est, quando scilicet eorum malitia hoc exigit, & Republicæ necessitas sic requirit. Summus verò Pontifex, pe- nes quem prima in terris residet auctoritas, non à Rege, non à Principe seculari, non ab homine juda-

gitur

Historia  
Cathedra  
Pontificia  
GVI

catur, sed solius Dei iudicio reservatur.

5. Augustinus Triumphus sanctorum Thomæ, & Bonaventuræ Parisiis discipulus, vir doctrinâ, & pietate insignis, & à plerisque cum Beati titulo nuncupatus, Magistrorum suorum doctrinâ suffragatur, quod adeo est evidens, ut excessisse aliquibus videatur.

6. Difficillimum est, ne dicam impossibile, ut autoritates paris cum jam adductis momenti, proferantur ad confirmandam Cleri Gallicani primam propositionem. Nec video, quomodo etiam universim accepta, probabilis possit evadere doctrina, Conciliorum Oecumenicorum sententiâ, & praxi, & sanctorum Patrum ac Doctorum calculo improbata. Multo minus, quomodo possit, prætextu libertatum Ecclesiæ Gallicanæ, quæ Canonibus & Patrum traditione niti dicuntur, toti Galliæ credenda proponi, advocatâ Principis potestate, ut etiam eam profiteri ac docere, pœnis indictis, Theologi cogantur.

7. Ab eodem Authore seq. 8. cap. inducuntur in hanc rem autoritates aliorum insuper Theologorum Gallorum, vel in Gallia educatorum. Etenim Alexander Alensis, Doctoris irrefragabilis epitheto celebris, in schola Parisiensi Professor, S. Thomæ, ac S. Bonaventuræ Præceptor, Summæ Theologiæ par. 4. quest. 10. tract. de offic. Miss. par. 2. super hæc verba; Et Regem nostrum; Ugonem de S. Victore lib. 2. in Sacrament. par. 2. cap. 4. ferè ad verbum exscribens, Spiritualis, inquit, potestas terrenam potestatem instituere habet, ut sit, & iudicare habet, si bona non fuerit. Spiritualis autem potestas primùm instituta est, & cum deviat, à solo Deo iudicari debet. Vnde spiritualis iudicat omnia, & ipsa à nemine iudicatur. Quod Regalis potestas ordinata est, & instituta per spirituales, patet per hoc, quia adhuc in Ecclesiâ Sacerdotalis dignitas Regalem potestatem sacras, & sanctificans per benedictionem, & formans per institutionem. Unde Regalis potestas jure inferior existimatur.

8. Umbertus ex diocesi Viennensi, Parisiis educatus form. 70. cui titulus est; Sermo in solemnî depositione Magnatum secularium per Ecclesiâ faciendâ. Istâ autem autoritate magnâ utitur Ecclesiâ in depositione Principum, non solum illorum, qui sunt ei subiecti in temporalibus, de quibus clarum est, quod potest, sed illorum, qui subiunt solum in spiritualibus, in quibus propter culpas eorum habet potestatem, quia ratione delicti sunt ei omnia subiecta. Quod autem sic possit facere, patet ex tribus. In mundo enim majori spiritualia, scilicet Angelicæ creaturæ, sunt super corporalem, & eam regunt. Similiter in minori mundo, scilicet in homine, est spiritus super corpus, & ipsum regit. Eadem ergo ratione & in Ecclesiâ Pontificalis potestas, quæ est spiritualis, debet esse super omnem potestatem sacularem. Præterea Papa, qui est super omnes, potest deponi ab Ecclesiâ, quæ tota subest ei in casu, ergo multo fortius quicumque Rex deponi potest à Papa, cui omnes subiunt. Præterea si Rex aliquis, qui nihil tenet nisi à Deo, non possit deponi à Papa, cum interdum expediat, eum deponi, ut offensum est, ergo non reliquisset Deus sufficientem potestatem in Ecclesiâ ad regimen mundi, quod est inconveniens.

Henricus à Gandavo, qui diu Parisiis docuit, ibique scripsit. Quodlib. 6. quest. 23. pag. 244. Reddet, inquit, (Papa) rationem tanquam superior Iudex de rebus etiam temporalibus hominum, si dimittat eas à Regibus malè, & injuriosè tractari; non quia jurisdictionem habeat ordinariam in temporalibus Regibus commissis, sed quia in certis casibus jurisdictionis suæ habeat liberam, imò necessariam executionem, juxta illud, quod legitur Extravag. Qui filij sint legitimi. Per venerabilem. Vbi dicitur, non solum in Ecclesiâ patrimonio, super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem, verum etiam in alijs Regionibus, certis causis inspectis, temporalem jurisdictionem casualiter exercemus. . . . non potest deponere Papa Principes, nisi ratione delicti, aut insufficientiæ. Quod bene exprimitur in illo cap. Alius. Vbi dicitur, Romanus Pontifex Zacharias Regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ potestati inutilis erat, à Regno deposuit, & secundum hoc Sacerdos Apostolicus se habet ad Reges, & Principes, sicut Architector civilis ad alios artifices in civitate. Sicut enim Architectonice est præcipere, qui, & quales debent exercere scientiam medicalem, Rhetoricam, & sic de alijs in civitate, & quosdam admittere, quosdam repellere: sic Sacerdos Apostolicus debet considerare, qui, & quales Regna, & Principatus regere debeant, & bonos honorare, malos autem, & malè regentes deponere, & alios loco illorum substituere. . . . Ad argumentum in hoc positum, quod dignitates distinctæ sunt: dicendum, quod verum est propter Divinam dispositionem, sed non ex natura rei, sicut dictum est, & hoc non penitus distinctæ, quin superior iudicio remaneat penes Papam.

Eandem doctrinam statuit Petrus Paludanus in 3. sentent. distinct. 40. quest. 2. concl. 4. eamque tum alijs, tum illis præcipuè rationibus confirmat; Major potestas includit minorem in ordinatis secundum ordinem finis. Sicut enim in artibus ars, quæ est de fine, imperat illi, quæ est de eo, quod est ad finem r. Ethic. sic debet esse in Principatibus. Vnde cum corporalia ordinentur ad spiritualia, universalis Princeps in temporalibus debet subesse universali in spiritualibus. Præterea talis est ordo inter Prelatos, sicut inter subditos. Sed spiritualia, quibus præest Papa, præsumunt corporalibus, quibus præest Imperator: ut animæ spiritui. Ergo Papa Imperatori præest. Præterea in domo patrisfamilias non debet esse nisi unus Caput, si domus est una. Si diceretur, quod Caput Ecclesiæ non est Papa, sed Christus. Sed tamen videtur, quod universalitas Hierarchiæ Ecclesiasticæ melius regatur, si sit unus Princeps tantum respectu omnium, quam si sint duo æquales. Vnde divisio inter Papam, & Imperatorem multum turbavit Ecclesiâ. Vnde videtur voluntas Christi, qui est Rector sapientissimus, quod non equaliter hi duo principentur, sed unus sub alio, quod absurdum esset dicere de Papa, quod scilicet subesset Imperatori. Videri etiam potest in tract. de causa immediata potestatis. art. 4. ubi eandem statuit sententiam.

Herveus Natalis citatur ab Illustrissimo Cardinali Perronio ferè quasi nimium potestatem Pontificiam extollens; sed eam non minus effecerunt plures alij Doctores Gallicani, Fran-

Franciscus Mayronus in Schola Parisiensi Professor insignis ob inductum morem, ut, qui Doctoris Lauream in Sorbona esset adepturus, à sexta matutina, usque ad sextam vespertinam continuò argumentantibus responderet, cui temporì additæ sunt adhuc duæ horæ, in 4. lib. sent. dist. 19. quæst. 4. inter alia multa de Summi Pontificis autoritate, hanc quartam conclusionem ponit; Plenitudo potestatis secundum utramque jurisdictionem concurret in eandem personam. Hoc patet autoritate Christi dicentis; Quodcumque ligaveris, &c. Dices forte, quod verum est in spiritualibus, sed tunc arguo sic. Quia in subordinatis quidquid potest inferior, potest & superior; sed Papa est superior ad Imperatorem; ergo, &c.

11. Petrus Bertrandi, aut, ut alij volunt, Durandus Episcopus Meldensis in tract. de orig. jurisdictionis seu de jurisdictione Ecclesiasticæ quæst. 3. hæreticos damnat eos, qui negant cognitionem de rebus temporalibus ratione peccati ad Ecclesiasticam spectare. Et sic, inquit, potest intelligi illud, quod habetur in Decretis dist. 21. c. 1. ubi dicitur, quod Christus commisit B. Petro jura celestis Imperij, & terreni. Et qui hoc privilegium Romane Ecclesiæ detrabit, in hæresim labitur, & hæreticus est dicendus. Deinde pluribus explicat, & probat, regimen temporale spiritualis directioni, & correctioni lubelle.

12. Ipsimet Theologi, qui causam Principum adversus Summos Pontifices propugnârunt, non absolute, ac in omni casu potestatem Ecclesiasticam à temporalibus Regum excluderunt, ut animadvertere licet in illis ipsis opusculis, quæ nuper in lucem revocata sunt sub titulo. *Vindiciæ doctrinæ Majorum, &c.* de quibus in libro nono. Nam author quæstionis disputatæ, quæ illic Ægidio Romano, Archiepiscopo Bituricensi tribuitur art. 4. sic scribit; Causæ mixtæ sunt causæ temporales, quæ connexionem quandam habent cum spiritualibus: sicut causa secularis, quæ de se temporalis est, connexionem potest habere cum juramento, vel pacto; sicut patet de dissensione motâ inter Reges Franciæ & Angliæ super Comitatu piccardiensi: Papa, quia non poterat directe cognoscere de causa seculari, indirectè ratione juramenti, vel pacti introrsit se de illa, Extravag. De judicijs. cap. Novit. ubi dicit Hostiensis in Glossa super verbo de feudo; Non intendimus cognoscere de feudo, sed tantum ratione pacti, inducendò illum ad penitentiam, quia illam non potest agere, nisi satisfaciat. Item causa dotis per se temporalis est, & ad secularem iudicem pertinet, si de ipsa tantum agitur: tamen quando iudex Ecclesiasticus cognoscit principaliter de matrimonio, si incidat causa dotis tanquam accessoria, cognoscet de illa, sicut de principali, cui est annexa, ut patet Extravag. De donation. inter virum & uxorem. cap. De prudentia. Vbi dicit Glossa. Quia si non est matrimonium, neque dos, & ita dos accedit matrimonio: ideo qui cognoscit de principali, debet cognoscere de accessorio, ut habetur Extravag. De officio delegati. cap. Præterea. & cap. Prudentiam. Sic etiam de hereditate cognoscit iudex Ecclesiasticus ratione incidentis. Extravag. Qui filij sunt legitimi. cap. Per tuas. & cap. Ex tenore. Alij sunt plures casus speciales,

in quibus iudex Ecclesiasticus cognoscit de temporalibus, quos enumerat Hostiensis. In Glossa Extravag. De Judicijs. cap. Novit. Sic ergo regulariter verum est, quod de causis merè spiritualibus solus Papa, & alij iudices Ecclesiastici habent cognoscere: de causis verò merè temporalibus habent cognoscere Reges, Imperatores, & alij iudices seculares. Et sic Rex Franciæ secundum jura non subest Summo Pontifici, nec ei tenetur respondere de feudo suo; potest tamen ei subjacere incidenter, & casualiter, ratione connexionis alicujus causæ spiritualis, sicut habetur Extravag. De judicijs. cap. Novit. & Extravag. Qui filij sunt legitimi. cap. Per venerabilem.

14. Joannes de Parisijs, quem Cæsar Egallius Bulæus in hist. univers. Paris. tom. 4. ad Annum 1303. pag. 61. dicit scripsisse pro Philippo IV. Rege Francorum adversus Bonifacium VIII. Papam, quantumvis Principibus faveat in tractatu de potestate Regia, & Papali, non potuit tamen aliquam in eos potestatem Pontificis non reservare his verbis cap. 14. Si esset hæreticus, & incorrigibilis, & contemptor Ecclesiæ censura, posset Papa aliquid facere in populo, unde privaretur ille seculari honore, & deponeretur à populo. Et hoc faceret Papa in crimine Ecclesiastico, cujus cognitio ad ipsum pertinet, excommunicando scilicet omnes, qui ei, ut Domino, obedirent; & sic populus eum deponeret, & Papa per accidens. Auctoris tractatus de utraque potestate seculari, & Ecclesiastica; qui Somnium Viridary inscribitur, verba inferius §. 3. n. 94. referemus.

15. Joannes Gersonius Doctor, & Cancellarius Parisiensis tract. de potest. Eccles. considerat. 12. Potestas Ecclesiastica Papalis, inquit, non ita habet dominia, & jura terreni simul, & celestis Imperij, quod possit ad libitum suum de bonis Clericorum, & multò minùs laicorum disponere, quamvis concedi debeat, quod habet in eis dominium quoddam regitivum, directivum, regulativum, & ordinativum. Et infra. Postremò suis terminis ita potestas Ecclesiastica se coerceat, ut meminerit, potestatem secularem etiam apud infideles suâ habere propria jura, suas dignitates, suas leges, sua judicia, de quibus occupare se Ecclesiæ potestas non præsumat, vel usurpet, nisi dum redundat abusus potestatis secularis in impugnationem fidei, & blasphemiam Creatoris, & in manifestam Ecclesiasticæ potestatis injuriam; tunc enim attendere convenit ultimam hujus considerationis 12. particulam, quod in his Ecclesiastica potestas habet dominium quoddam regitivum, ordinativum, & regulativum.

16. Jacobus Almain Doctor Parisiensis Ludovici XII. Regis Franciæ, juxta Richerium defensor tract. de potestate Ecclesiastica & Laicæ cap. 9. Non dedit (Deus) potestatem (Petro) Laicos suis proprietatibus, & dominij privandi, nisi in casu, si contingeret, Principem secularem abuti re suâ in perniciem Christianitatis, vel fidei; ita quod ille abusus esset in maximo nocimento pro consecutione felicitatis æternæ. Non negat, quin in tali casu Papa possit eum deponere, et si alij Doctores hoc negent, qui tamen docent, Papam habere potestatem declarandi, ipsum Principem esse deponendum. Et q. 2. cap. 53. ad

ad caput octavum Guilielmi Occam; Verumtamen, dicit Doct̄or, quod Papa potest Imperatorem deponere, in duobus casibus. Primus pro crimine purè spirituali, ut est hæresis. Secundus, quando illi, ad quos spectat iure ordinario, sunt negligentes illum deponere. Vnde dicit Doct̄or 3. parte Dial. 2. lib. quod universaliter, si negligat iudex secularis exercere jurisdictionem laicam, pro loco & tempore devolvitur potestas exercendi ad Iudicem Ecclesiasticum, &c. Resolutio Doct̄oris in hoc argumento est cum apparentia, quod nunquam potest Papa Principem (seculari sui vasalli) deponere, nisi in duobus casibus prædictis.

17. Ioannes Major Doct̄or Parisiensis alter prædicti Regis ex Richerio defensor in 4. Sent. dist. 24. ad quartum argumentum contra tertiam conclusionem; Si dicatur, quod habet (Papa) dominium in temporalibus casualiter, & quod multum potest agere ad depositionem Regum suadendo, consultando, imò alios provocando in eos gladio manuali, quando Reges sunt labefactores fidei, & Republicæ Christianæ totaliter inutiles: hoc mitius ferendum est, & non esset remota opinio à dictis nostris.

His superaddi possent Iuris tum Canonici, tum Civilis Peritorum sententiæ à prædicto Authore adductæ in cap. 9. sed eas reservamus in finem §. 3.

## §. II.

Referuntur Adversariorum sententiæ, vñ cum responsionibus, & aliquali super eas reflexione.

ARGUMENTUM I.  
Adversariorum.

18. EX parte adversà licet 1. argumentari per auctoritates Petri de Marca, & Petri Puteani, qui ad libertates Ecclesiæ Gallicanæ pertinere volunt, ut Rex Franciæ in temporalibus Romano Pontifici non subjaceat, variæque veterum Regum exempla Summis Pontificibus resistendum in rebus ad dominium, aut regimen temporale spectantibus referunt.

## Responsio.

19. AD hanc partis adversæ argumentationem ab Authore tract. de Libert. Eccles. Gallicanæ. lib. 3. cap. 8. adductam non tam ibi respondet, quam remittit Lectorem idem Authorem ad suum de Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus quartum librum, in quo examinatur prima Cleri Gallicani propositio. Interea prædictus Authorem in præsentem unice inculcat animadvertendum, Principes, dum Jura sua se tueri possidenterentur, libertatem quidem Regni obtendisse, non autem libertates Ecclesiæ, sed potius adversus illos has libertates fuisse allegatas: Quando, inquit Gotfridus in opusc. ad Calixtum Papam cap. 6. Ecclesiæ seculari potestatis subicitur, quæ ante domina erat, ancilla efficitur, & quam Christus Dominus dicitur in Cruce, & quasi proprijs manibus de suo sanguine scripsit, chartam Libertatis amittit. Dixerat autem cap. 4. Rex, & Romanus Pontifex cum unus contra alium,

alter pro Regni consuetudine, alter pro Ecclesiæ libertate exigitur, Regnum illam consuetudinem obtinere non potest, nec poterit; & Ecclesiæ suæ libertatis amittit plurimum. Non à Philippo IV. sed à Bonifacio VIII. Ecclesiæ libertas allegabatur. Rex tantum libertatis nomen ad significandam liberationem à iugo Legis Mosaicæ, aut à diabolicâ tyrannide institutum volebat, ideoque illam Laicis cum Ecclesiasticis esse communem.

In alio sensu Reges Galliæ dicuntur à Clero Gallicano libertatum illius Ecclesiæ Protectores, quia scilicet auctoritate Regi impediuntur, vel reparantur injuriæ, quæ à Curia Romana illius Regni Ecclesiæ inferri præpenduntur. Sed quàm duram servitutem induxerit illa libertatis protectio, & jam in primo libro insinuavimus, & adhuc magis demonstrabimus, ubi de appellationibus tanquam ab abusu differemus.

Nuquam autem in antiquis monumentis legitur, Reges Franciæ Protectorum, ac Defensorum Ecclesiæ, vel libertatis Ecclesiasticæ titulo insignitos, quod Summis Pontificibus resistissent, etiam prætextu amovendæ à Clero Gallicano injuriæ à Curia Romana illata. Rarissima sunt vetera hujusmodi tuitionis exempla, nisi forte aliquando Reges Episcopis, quos diligebant, nomen suum commodaverint, ut Carolus Calvus Hincmaro Rhemensi in virulentis illis ad Hadrianum II. litteris, quæ extant in 2. tom. operum dicti Hincmari sub n. 42. edit. Sirmondi, & in Litteris ad Joannem VII. quæ sunt ibidem n. 47.

## Reflexio.

Reflexionem super hæc faciendum, in memoriam revoco, quæ præcedentibus 2.3. & 4. Disquisitionibus proferebantur Summorum Pontificum, Conciliorumque erga Reges, ac Imperatores auctoritas: unde cuique constare potest, veterum Regum Summis Pontificibus resistendum exempla, si attendatur eorum tandem eventus, non tam memoranda, quàm reprimenda esse ab illis, qui Regum famæ ac honori, publicæque Regnum utilitati consultum volunt, Quibus insuper opponi possent exempla Summorum quoque Principum, Ecclesiæ in temporalia potestatem agnoscendum, aliàs jam producta, ac discussa.

ARGUMENTUM II.  
Adversariorum.

23. EX parte Adversariorum licet 2. argumentari. Quod illustri libertatum Ecclesiæ Gallicanæ propugnatrix sit Academia Parisiensis, cujus summa semper extitit in omnibus negotijs Ecclesiasticis auctoritas, & inter cæteras non solum Galliæ, sed totius Europæ Universitates celeberrima semper fuit fama, summaque in propaganda fide, in extirpandis schismatibus, atque componendis controversijs diligentia & industria. Huic schismatis extirpandi desiderium suavit, præponendum esse Summo Pontifici Concilium Oecumenicum, dum quis legitimus esset Pontifex, non constaret. Postea non esse infallibile Pontificis iudicium etiam circa Jus Divinum, & Ecclesiasticum, à multis ejus alumnis assertum est.

Cum

Cum vel Pontifices, vel Pseudopontifices exactionibus, vel reservationibus Ecclesiam Gallicanam opprimerent, Universitas Studij Parisiensis & quantum potuit, resistit, ac Senatus potestatem implorandam duxit, atque hinc evenit, ut paulatim Magistratus seculares eorum & negotiorum ferè omnium Ecclesiasticorum iudicium sub prætextu conservandæ libertatis, corrigendi abusûs, tuendæ possessionis usurpaverint.

## Responsio.

24. Ad hanc argumentationem responsionis loco hic reponendum videtur, quod dictus Author tract. de libert. Eccles. Gallicana cit. cap. 2. n. 9. adfert: Absit, inquit, à me, ut florentissimæ illius Academiæ famæ aliquid detractum velim, quippe qui sciam, quantum doctrinâ suâ Christianæ Republicæ conferat, tamen dissimulari non potest, celeberrimam illam Academiam ad Principum voluntatem nimium aliquando deflexisse. Id sateri videtur etiam Casar Egassius Bulaeus in historia Universitatis Parisiensis tom. 4. ad annum 1379. tempore schismatis accidisse. Nam licet electio Urbani VI. magis canonica videretur, ejusque partes, secuta primam fuisse, tamen ad Clementem VII. accessit, eò quod Rex Carolus V. & Regni Magnates ejus partes amplexi fuissent. Fatendum tamen est, inquit Bulaeus, plus ipsam Gallicani Status intuitu adductam, quam causæ Clementinæ bonitate convictam consensisse, futuramque fuisse neutrius partis, si Respublica id ferre potuisset, cuius interest, in his præsertim rebus, in quibus de Religione agitur, habere consensum saltem publicum, si non animorum. Papæ iudicium infallibile non esse, tunc facultas Parisiensis decrevit, cum Reges à Romano Pontifice dissiderent. Quâ in re Principum potentissimorum, ac præsentium, desiderio aliquid concessum est.

25. Ne absint fortassis proprii honoris, & utilitatis studium à posterioribus Doctorum deliberationibus. Præmo infallibile Papæ iudicium, sibi injuriosum declarant in censurâ Amadei Guimany Anno 1667. quasi non pari ratione possent Oecumenicorum Conciliorum infallibilitatem suæ injuriæ adscribere. Nec in causis Fidei & Religionis Iudices à Deo instituti sunt, sed Consultores tantum adhibiti Doctores, Episcopali charactere non illustrati, & à Summis Pontificibus, sicut à Concilijs Oecumenicis perinde consulti possunt in difficultatibus, quæ studium & animi perspicaciam desiderant.

26. In Beneficij laborabant illi, ut arbitror, pro Dei honore, & Ecclesiæ utilitate, suspectus nihilominus erat illorum zelus, cum ea suis conferri curabant, quâ in re coacti sunt agnoscere scrupulosam Canonum observantiam aliquando Ecclesiæ obesse. Beneficiorum enim dispensationem liberam Episcopis dimitti, quibus ex iure communi competit, tam agrè tulerunt, ut à lectionibus cessaverint, do. nec illa libertas antiquis Canonibus confirmata abrogaretur. Eodem anno, inquit Bulaeus supra citatus ad 1399. per totam Quadragesimam cessatum est à lectionibus in Universitate, teste Ioanne Iuvenale de Vrsinis, propterea, quod edito Regio redita fuerat Ordinarijs omnimoda Beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio & dispensatio. Videbat

Universitas Prælatorum in distribuendis Beneficij iniustitiam: experta autem antea fuerat Universitas eos famulis, & famulorum amicis ea conferre solitos potius, quam doctis & litteratis. Quæ res plurimas turbas excitasset inter partes, nisi satisfactum fuisset Universitati.

Vnde patet, quam incongruè libertates Ecclesiæ Gallicanæ in ihibata antiquorum Canonum custodia, eorumque adversus Summum Pontificem propagatione collocentur: quandoquidem Universitas Parisiensis antiquis Canonibus Beneficiorum colationes Episcopis adscribentibus derogandum censebat, urgebatque, teste eodem Bulaeo, ut illa collatio Summi Pontifici reservaretur, quem sperabat æquus illa dispensaturum. Sunt alia quam plurima in historia prædictâ, ex quibus constat, Universitatem Parisiensem in suum commodum Canonibus per privilegia derogari, à Summis Pontificibus impetrasse.

## Reflexio.

28. Super hisce reflexionem faciendò, constat Equidem, Universitati Parisiensi, in asserendâ Concilij supra Papam superioritate Authorem fuisse eisdem Cancellarium Ioannem Gersonium, de quo in sequenti articulo disseremus. Quo tamen minime obstante, idem Gersonius par. 4. serm. de pace & unitate Græcorum confid. 5. profiteretur indirectam, Ecclesiæ publicâ necessitate id exigente, Summi Pontificis supra Reges potestatem: Homines, inquit, per hoc, quod unicum principale Caput habent, ad tenendos ipsos tam in bonitate voluntatis, quam bonitate morali, & spirituali, convenientius & divinius se hoc modo in unitate tenent. Nec est ullo modo in præiudicium cuiuscunque dominij temporalis, vel spiritualis sive Regum, sive Prælatorum. Hic sunt duo extremi errores, dicunt aliqui, homines Ecclesiasticos, Papam, vel alios non posse ullam tenere temporalitatem, vel jurisdictionem; alij dicunt, terrenos Dominos nullum profusum jus habere in temporalibus, sed hoc verum non est, nec dicere oportet, omnes Reges, vel Principes hereditatem eorum, vel terram tenere à Papa, ut Papæ habeat superioritatem Civilem & Iuridicam super omnes, quemadmodum imponunt aliqui Beneficio VII. Omnes tamen homines, Principes, & alij subjectionem habent ad Papam, in quantum eorum jurisdictionibus, temporalitate, & Dominio abuti velent contra legem Divinam & naturalem, & potest superioritas illa nominari potestas directiva, & ordinativa potius, quam Civilis, vel iuridica. Ab hac igitur sapientiâ & doctrinâ præclarissimi sui Cancellarij Gersonis haud alienam credimus Academiam, seu Universitatem Parisiensem.

ARGUMENTUM III.  
Adversariorum.

29. EX parte adversa licet 3. argumentari. Post Gersonium, schisma inter Eugenium IV. & Concilium Basileense occasionem præbuit Scholæ Parisiensi se se in celebris illius Cancellarij doctrinâ firmandi, ac nonnullis Doctoribus pro eâ scribendi. Deinde ortu diludio inter Julium II. Summum Pontificem



cem, & Ludovicum XII. Franciæ Regem, Ioannes Major, & Iacobus Almain in Ludovici defensionem eandem doctrinam adhibuerunt, eam ferè seditam initio huius sæculi suscitavit Edmundus Richerius, alij identidem promoverunt, donec Illustrissimi Præsules Parisijs congregati suâ declaratione, ac Regis brachio adversus renitentes invocato, eam ita stabilire conati sunt, ut ab eâ nemo dissentire auderet, & ex modernis, alijs eam profitentibus, alijs impugnare non audentibus, ad poteros tanquam in dubitata transmitteretur.

## Responso.

30. **R**esponsois loco possunt super hac rationatione reponi, quæ præactas Author cit. lib. 3. cap. 10. à n. 2. digessit: Nunquam, inquit, defuerunt in Galliâ, nec in ipsa quidem Scholâ Parisiensi, qui Summi Pontificis causam tueverunt: & quæ veritatis vis est, sperandum est, non desere, qui absque præiudicio, & privato affectu de rebus iudicent, & contemptis pollicitationibus, & minis, quod sentiunt, liberè promant.
31. Non est autem hic de singulis dicendum, qui prædictam doctrinam vel propugnârunt, vel impugnârunt. Cùm enim ejus defensorum opuscula collegerit in suis vindictis Edmundus Richerius, illa simul cum ejus libello de potestate Ecclesiasticâ, & politicâ in libro nostro octavo recensebimus: eorum autem, qui contra senserunt, testimonia circa quàmlibet propositionem referemus.
32. Sed non idem fuit omnium illius doctrinæ propugnatorum aut scopus, aut affectus. Quidam enim, alijs modestius, Patronorum tantum, seu Advocatorum personam sustinuerunt. Quidam nebulonum more pacem turbare studebant: alij injuriam sibi, ut putabant, illatam ulciscentes, dolorem hâc ratione lenire conati sunt: alij vel eximij ingenij laudem, vel præmium aucupati sunt; alij, ut credere par est, putabant, obsequium se præstare Deo, ac veritati testimonium perhibere. Quæ autem cuiusque mens fuerit, Deus scit. Nobis iudicare non licet, nisi quantum eorum verba & stylus significant.
33. Ne quis autem putet, nos temerè dixisse, aliquos eam in partem pravo affectu impulsos, præmittendum est, quod scribit Henricus Spondanus ad annum 1627. num. 2. occasione censuræ libri Antonij Santarelli. Cæterum, inquit, quoniam hæc Doctorum Sorbonicorum diffidia non aliunde procedebant, quàm ex occultis schismatis seminibus, quæ à multis fovebantur; occasione inde sumptâ, Eminentiſſimus pietate, & doctrinâ Franciscus Cardinalis Ruspiscaldus pro suo in conservationem unionis Ecclesiæ, quam isti discerpere studebant, zelo, libellum scripsit in schismaticos, quem Regi dicavit, hortans, ut tanto malo autoritate suâ præverteret.
34. Sed ad Richerium. Prodiit anno 1611. liber De Ecclesiastica & politica potestate, suppresso Authoris nomine. Die nonâ Mensis Martij proximè sequentis damnatus est à Concilio Provinciæ Senonensis, Præside Illustrissimo

Illustrissimo Cardinali Perronio; Ob multas (verba sunt Decreti) quas continet propositiones, expositiones, & allegationes falsas, erroneas, scandalosas, schismaticas, & ut sonant, hereticas, Simili censurâ notatus est die 24. Mensis Maij etiam proximè sequentis à Concilio Provinciali Aquis, scilicet ut continens propositiones, allegationes, & doctrinas falsas, scandalosas, schismaticas, hereticas, & impietatem, gravèque errorem sapientes. Utrumque Decretum refertur à Patre Labbeo tom. ult. Conciliorum.

35. Condemnationem illam narrat Spondanus ad Annum 1612. n. 3. Idemque Richerius auctoritate Regiâ, & Decreto Facultatis depositus est à Syndicatu ejusdem Facultatis, quem gerebat. Fuerunt etiam multi, qui contra eundem libellum scripserunt: plenissimè consultavit Andreas Duvalius insignis Doctor Sorbonicus, & Regius Theologiæ Professor in Universitate Parisiensi primarius; hanc tamen propterea cessante Richerio à suis molitionibus, quibus multos alios in suas partes allegit, cum vehemènti suspitione Schismatis. Illius libelli præcipuum fundamentum contutavit validissime doctissimus Pater Petavius Aurelianensis è Societate Iesu Theologicorum Dogmatum tom. 3. lib. 13. cap. 14. 15. 16.

36. Fuit etiam Romæ damnatus Richerij libellus, primùm sine nomine Authoris, dein de non innotato Authore, ut videre est in Decreto sacre Congregationis Indicis 2. Febr. anno 1622.

37. Illustrissimus Cardinalis Perronius in eâ, quam habuit ad tres Ordines Regni Franciæ anno 1614. oratione; tacito Richerij nomine, illius consilium in curandâ novâ operum Gersonij, in ejus effigie cum elogijs, & inscriptionibus editione, detegit, quod scilicet Gersonius adversus Romanum Pontificem scripsisse videretur. Licet enim, ut diximus, Cardinalis Perronius de industria Richerij nomen subtraheret, prodiit se ipsemet Richerius in suarum Vindiciarum præfatione ad Lectorem his verbis: Cardinalis Perronius eidem (Richerio) in Conventu trium Ordinum Regni Galliarum Anno 1615. grandi vitio dederit, quod Joannis Gersonij Doctoris Christianissimi opera de integro novis typis excudi procurasset anno 1606. Tot sunt in Gersonij vitâ ejus operibus editionis prædictæ præfixâ, sententiæ in alijs Richerij operibus isdem verbis repetitæ, ut tacente etiam Richerio, stylus ipse satis eum indicasset.

38. Accusat autem Illustrissimus Purpuratus eum, vel eos (loquitur enim in numero plurali, fortè ut invidiam minuat) qui Gersonij opera de integro novis typis excudi procuraverant, quod Authores deinde fuerint propositionis illius, contra quam tum perorabat, quæque Romano Pontifici omnem prorsus jurisdictionem tum directam, tum indirectam in temporalia Regum adimebat; cùm antea, scilicet tempore Henrici III. Franciæ Regis, quando bellis civilibus flagrabat Gallia, ipsi quasi antesignani, aut potius faces extitissent seditiosæ doctrinæ, quam adversus Regem defendebant, & vulgabant in thesibus disputatis ac typis excusis. Ex quibus thesibus duas istas refert; Certissimum est, Comitissa, seu Esia.

tus de jure Divino, ac naturali Regibus esse superiores. Licetum fuit cunctis Franciæ propolis, arma capere adversus tyrannum, quo nomine intelligebant Henricum III. Addit autem prædictus Cardinalis, putasse illos, culpam posse diluere, si ad alteram partem, & quidem extremam se transferentes, in Summum Pontificem thylum converterent, ac decertarent.

39. Qua in re, subjungit idem Cardinalis, quoniam cum hostibus Ecclesiæ consentiebant, aut saltem propè ad illos accedebant, multos nacti sunt adjuutores, ac fautores, à quibus inducti sunt, ad emittenda, prætextu obsequij Regi præstandi, schismatis semina. Unde constiat, quàm parum famæ suæ consulant, qui à Richetio præsidium accerunt.

Reflexio.

40. Reflexionem super hisce faciendo, ea, quæ Concilij erga Papam superioritatis punctum spectant, reservabimus in proximè sequentem articulum. Interea in hujus Disquisitionis §. 1. à n. 7. quàmplures videre licet Doctores Gallos, qui Papæ supra Reges auctoritatem egregiè defendebant, ad quos Lectorem remittimus. quosque in sequentibus paragraphis adduxerimus, plures è Gallia etiam oriundorum Doctorum pro eâ propositione stantium auctoritates. Inter quos pro hac vice audire lubeat sanctum Bernardum in Burgundicâ Galliâ natum, & Abbatem Clavallentem, qui præter testimonium dicto §. 7. n. 2. allatum lib. 7. de considerat. cap. 6. ita scribit: *Mibi non videtur bonus æstimator rerum, qui indignum putat Apostolis, seu Apostolicis viris, non judicare de talibus (causis temporalibus) quibus datum est judicium in majora. Quid ut contemnant de terrenis possessiunculis hominem judicare, qui & Angelos judicabunt? Habent hæc infirma & terrena iudices suos & Reges Principes terræ, quid fines alios invaditis? Quid salcem in alienam messem extenditis? Non quia indigni vos, sed quia indignum vobis, talibus insistere: quippe potioribus occupatis. Denique ubi necessitas exigit, audi, quid sentiat, non ego, sed Apostolus: Si enim in vobis judicabitur hic mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis? Ecce igitur, Ecclesiasticæ super causas temporales auctoritatis etiam judicariæ in casibus necessitatis extensionem ab hoc Ecclesiæ Gallicanæ lumine ex ipsomet etiam Apostolo comprobata.*

ARGUMENTUM IV.

Adversariorum.

41. EX parte adversa videtur 4. argui posse à Conventûs Parisiensis quatuor propositiones illas, de quibus hic agitur, circa Pontificiam potestatem sancientis auctoritate, in quo Cœtu Galliarum Antistites emphaticè contestati sunt suam Sedî Apostolicæ debitam observantiam, nec proinde in eo videntur habendi censu, ac si per pravam erga Summos Pontifices affectionem se reddidissent indignos, quibus crederetur. Execrantur enim vel maximè illos, qui Ecclesiæ Gallicanæ libertatum obtentu, Primatum B. Petri, ejusque successorum Romanorum Pon-

tificum à Christo institutum, usque debitam ab omnibus Christianis obedientiam, Sedisque Apostolicæ, in quâ fides prædicatur, & unitas Ecclesiæ servatur, reverendam omnibus Gentibus Majestatem innuere non verentur.

Responsio.

AD hanc adversæ partis argumentationem sæpe dictus Author tract. de libert. Eccles. Gallic. lib. 3. cap. 13. n. 7. respondet in hæc verba. Mirum videri non debet, si hæretici potestatem Summi Pontificis invidiosam & gravem Regibus ac populis ostendent, cum capitalissimi illius hostes sint, & paratiores ad dimittendam Religionis observantiam, quàm ad deponendum erga Ecclesiasticam Monarchiam, odium. Sed mirum est, Catholicos Præsules in deprimendâ potestate Pontificiâ hæreticis excusationem lubministrare. At numquid satis aperte declararunt hæretici, quàm essent etiam civilis Monarchiæ impatientes? Quis credat, eos vero erga Principes sæculares studio adduci ad ferendam graviter Ecclesiæ in Reges jurisdictionem. Num æquiores erga Summum Pontificem, aut Principibus obedientiores fore, sperandum est, si, ut eis prætextus ille præripiatur, Reges Ecclesiasticæ potestati subtrahantur? Ne illi utramque potestatem impatienter ferunt, & si sæcularis jugum excutere perinde illis facile esset, Ecclesiasticæ ope libenter uterentur, eamque tunc, utpote minùs gravem, magis extollerent.

Reflexio.

REFLEXIONEM super istâ responsione faciendo, opportunissimum occurrit mihi dicti Authoris dissertatio ulterior, ibi n. 8. rem hanc ita prosequentis. Dubitari posse, ait, in primis, an legitima fuerit Illustrissimorum Antistitum Gallicanorum congregatio, quandoquidem se mandato Regio congregatos profiterentur, nullâ Ecclesiasticæ potestatis factâ mentione. Equidem si auctoritas aliqua requiritur in convocante Cœtu, necesse est, ut ille superior sit, habitâ ratione non solum personarum, sed etiam negotiorum in Cœtu tractandorum. Non concederetur Episcopo potestas convocandorum Comitiorum ad expedienda negotia politica, sine auctoritate Principis, vel tum, vel jam olim concessâ. Dum ergo congregandi sunt Episcopi ad definendas controversias Ecclesiasticas, non sufficit auctoritas Regis, cum in hujusmodi rebus, Episcopis ipse, non ei Episcopi subsint.

Ut igitur Antistitum Gallicorum decreta universos Regni fideles obligarent, cum nullus inter eos cæteris omnibus superior sit, non sufficeret, ut Regio mandato convenissent, sed saltem ad ligandos illos, qui vel non omnino, vel liberum consensum non præstitissent, requireretur consensus Summi Pontificis, quem tum Ecclesiæ universæ Caput esse, sine hæresi negari non potest, tum totius Occidentis singula em Patriarcham, ipsa etiam Gallia fatetur.

O 3

Id

45. Id suadent plurima antiquitatis monimenta, præsertim facultates à Summis Pontificibus, Vicarijs Apostolicis, ad congreganda Concilia ex universâ Gallia concessa; Legati frequenter missi, &c. Id etiam aperte declaravit Nicolaus I. in Concilio Romano anno 867. scilicet *Concilium generale* (de Concilio Episcoporum Gallicanorum intelligebat, & loquebatur) *sinè Apostolicæ Sedis præcepto, nulli fas esse vocandi.*

46. Multa objecta sunt à Vicario generali Diocæsis Appamiensis adversus Cœtum Parisiensem, quæ illegitimum esse comprobarent. præcipuè, quod ademptâ Concilij Provincialibus libertate, eos eligendi, qui ad Comitia generalia deputandi erant, ab eorum, qui à Curia præscripti fuerant, deputatione Electores abstinere ausi non fuerint; videntes scilicet, severè habitos, qui Curia desiderijs non acquieverant in negotio, cujus potissimum causa congregandus erat ille cœtus. *Secundò*, quod contra jus exclusi fuissent aliqui à Comitij Provincialibus, quos Curia metuerat liberè pro Ecclesiæ juribus vota sua deprompturos. *Tertiò*, quod justis de causis ipse Vicarius Generalis illius Cœtus Congregationi sese opposuisset, Sedemque Apostolicam appellasset.

47. Hæc, & fama publica suadent, Curiam, & Aulicos præcipuas habuisse partes in hoc Cœtu, ex quo Decretorum ejus autoritas plurimum notat, etiamsi aliorum Ecclesiasticorum virorum illius Regni consensus accederet. Quis enim nesciat, quàm paucorum sit perseverantia & constantia adversus potentiam sæcularem? Philippum IV. adversus Bonifacium Octavum egregiè defendisse, sibi visus est Petrus Puteanus, congestis plurimis instrumentis, quibus totum ferè Regnum illius Principis appellationibus & protestationibus adhæsisse perhibetur: cum hinc potius manifestum fiat, non ratione simul omnes, sed metu successivè, prout deficiebat animus, Regis partes secutos, quod etiam confirmant Historici.

48. Verùm, cum potuerit Rex Episcopos convocare, non quidem ut Concilium constitueret, sed ut consilium peteret, imò potuerint, sicut seorsim singula Concilia Provincialia congregari à proprijs Metropolitanis, ita & simul plura Concilia Provincialia, vel ad Regis invitationem, uti loquebatur Concilium Parisiense Anno 557. vel ex communi consensu, convenire, ut diligentius & maturius res discuterentur, non tantoperè laborandum est in inquirendo; *An legitime congregati sint Archiepiscopi, & Episcopi? quàm utrùm negotia, quæ deservierunt, ejusmodi sint, ut de illis judicium ferre potuerit etiam legitimum Concilium Nationale? nec non; Utrùm verum ac justum sit eorum judicium?*

#### CONCLUSIO.

49. **P**ropositio, omnimodam supra Reges autoritatem etiam coercitivam Ecclesiæ, seu Summo Pontifici adimens, minimè favor, sed plurimum officit Libertati Ecclesiæ Gallicanæ.

Explicatur. Ansam & occasionem huic conclusioni dederunt, quòd, uti ex antecedentibus constat, moderni Cleri Gallicani superius allatæ propositiones prætendantur, esse quoddam quasi scutum inexpugnabile ad propugnandam & conservandam eam libertatem. Hæc de causâ operæpretium est visum, prælibare; *In quo consistat illius libertatis ratio? Ecclesiæ nomine sub eâ prætensâ Ecclesiæ Gallicanæ libertate, haudquaquam intelligi universalem Laicorum æquè, ac Clericorum Cœtum, sed unicè comprehendi statum Clericalem, constat ex epistolâ Bolqueti Episcopi Montispelesulani ad Stephanum Baluzium datâ, & insertâ libris Dom. de Marca de concordia Sacerdotij & Imperij, ubi post alia sic habetur: Alia est significatio Ecclesiæ, dum fideles omnes complectitur, ut & libertatis, quâ singulos fonte Baptismatis renatos Christus donavit: alia Ecclesiæ, quæ etiam apud omnes scriptores solum Clericalem Ordinem, ut & libertatis, quæ Ius & facultatem, seu potestatem universam regendâ Ecclesiam Sacerdotali Ordini, in primis Petri Apostolorum Coriphæi successoribus, Divinâ constitutione, traditâ comprehendit.*

Libertatem Statûs Clericalis universaliter sumpti optimè describit S. Antoninus 3. p. tit. 2. cap. 3. quòd. *Immunitas Ecclesiæ sit Privilegium libertatis, vel rerum, vel personarum ad eam pertinentium.* Restringendo autem hujusmodi libertatem ad Gallia Regni nationalem Ecclesiam, ejusve statum Clericalem, Petrus Pithæus in libello les libertez de l'Eglise Gallicane videtur Ecclesiæ Gallicanæ libertatem huic verbis complexam asseruisse: *Esse Papa, iniquiens, in rebus spiritualibus supremus agnoscatur, tamen in Franciâ potestas absoluta & indefinita locum non habet: sed cohibetur & limitatur Canonibus, & Regulis antiquorum Conciliorum Ecclesiæ, in hoc regno receptorum. Et in hoc maximè consistit libertas Ecclesiæ Gallicanæ.*

Huic consonat, quod Christophorus Justellus in epist. ad Leschasserium Codici Canonum Ecclesiæ universæ per ipsum edito præfixâ disserit: *Vetus est, inquit, in Senatu Parisiensi sententia, illam libertatem, quatuor primis Concilijs Occumenicis, & ijs, quæ ab illis confirmata sunt, contineri. Et ea, quæ contra sunt, præcipuas appellationibus ijs causas præbere, quæ velut ab abusu interponuntur.*

Has Ecclesiæ Gallicanæ libertates descripsit, & in brevem summam contraxit Petrus de Marca lib. 3. de concord. cap. 1. n. 7. Patet, inquit, vera & genuina definitio hujus libertatis ex sensu Ecclesiæ Gallicanæ, ut sit nempe usus antiqui Juris communis. Harum igitur libertatis ab Ecclesiâ Gallicanâ prætensæ descriptionum accuratiore discussione rejectâ in tertium operis nostri articulum: in præsentî unicè expendemus; *An Regum ab Occumenicâ Pape auctoritate asserta immunitas, sit conveniens modum, ad tuendam illam Ecclesiæ Gallicanæ libertatem?*

\* \*

\*

PRO-

## PROBATIO I.

In qua fit refutatio primi Adversariorum argumenti.

53. Quandoquidem Petrus de Marcâ, & Petrus Puteanus inducantur asseruisse, ad libertatem Ecclesiæ Gallicanæ pertinere, ut Rex Franciæ in temporalibus Romano Pontifici non subiaceat. Idcirco sciscitor ex illis; an huic libertati conveniat, ut, si Rex quispiam (quod tamen de moderno Christianissimo Rege pronunciare, summum nefas dixerim) adversus sacrorum antiquorum primævæ potissimum Ecclesiæ, Conciliorum, atque Canonum ab Ecclesiâ Gallicanâ concorditer receptorum decreta, ne dicam, dogmata, ex sũæ ab Ecclesiasticâ autoritate in temporalibus immunitatis prætextu, agere pertentaret, quomodo Ecclesiæ Gallicanæ super Concilijs Oecumenicis, & ijs, quæ ab illis confirmata fuerunt, nec non antiquis in Galliæ Regno receptis sanctionibus Canonicis, imò univèrso jure antiquo fundata libertas defendat, ac conservari valeat, ubi neque Politici Ordinis Rege superior extaret, neque Ecclesiastica autoritas super Reges non protensa, prævalere jam posset adversus Oecumenicorum Conciliorum, sacrorum Canonicarum Sanctionum, & quorumvis jurium Ecclesiasticorum violationes ac temerationes extremam etiam Ecclesiæ Gallicanæ ruinam minitantes?

54. Dicit forsan aliquis, Regum ab Ecclesiasticâ, seu Pontificâ jurisdictione immunitatem restringi ad sola temporalia: illas verò Jurium Ecclesiasticorum temerationes esse intra spheram causarum spiritualium, super quibus Rex nihil habet autoritatis. At esto, Regi denegari autoritatem super causis spiritualibus, sicque adeò Conciliorum Oecumenicorum, sacrorumque Canonum sanctionibus, ac juribus Ecclesiasticis: ubi tamen hiæ non tantum immisceret se Rex, sed autoritatem etiam sibi arrogaret, infringendi ea jura Regiæ potestati minimè subjecta, integra maneret illa quæstio; *A quonam tunc cohiberi & coerceri valeret?* nisi saltem pro tali temerationis jurium Ecclesiasticorum, ac usurpatæ Jurisdictionis casu in rebus Ecclesiasticis, causisque propriè, ac merè spiritualibus super ipsum extendi posset Ecclesiastica, supremæ præsertim, autoritatis virga correctoria & coercitiva per Christum Ecclesiæ collata respectu omnis peccati, à quovis sanctæ fidelium communionis consorte fratre patrati.

55. Sed quid, si Rex suam in infringendis juribus Ecclesiasticis, super quibus specificè prætenditur fundata Ecclesiæ Gallicanæ libertas, arrogantiam & protentivam tutari conetur ipso etiam gladij temporalis in Laicos sacrorum Conciliorum ex fidei sanctæ vigore Zelatores, ne dicam, in Ecclesiasticos exercendi rigore? Num in hoc casu negaveris, usum gladij Regij esse quid temporale, sed supervestiri spirituali quâpiam moralitate ad Ecclesiasticæ potestatis forum spectante? Si hoc asse-

rare, luberet seu Petro de Marcâ, seu Petro Puteano; facile conveniret nobiscum, utpotè qui autoritatem Pontificiam ita circumscribimus spherâ moralitatis spiritualis, Regno cælorum tum militanti, tum triumphanti commensurata, ut ejus super temporalia extensionem minimè admittamus, nisi quatenus ista sunt supervestita quâpiam spirituali ad supernaturalis ordinis, seu deordinationis lineam spectatâ moralitate. In statu autem præsuppositæ quæstionis, tam Regiæ illæ jurium Ecclesiasticorum temerationes, quàm harum contrariarum à sanctionibus Canonicis præscriptæ, Ecclesiæque Clavium potestati proportionatæ coercitiones, meritò eòsque protendantur, quòsque se superextendit *moralitatis spiritualis* spherâ per Christum protensa super *quodcunque*, quod in terris morale est ad Regnum cælorum ordinabile. Hæc igitur unica via est, integra & illa conservandi ac tutandi antiquâ Ecclesiastica, in ipso etiam Dei verbo contenta Iura, super quibus, præacti Gallici Doctores ajunt, fundari libertatem Gallicanæ Ecclesiæ. Viderint ergo, ne hanc inverfam, ac extremæ ruinæ expositam velint, qui Pontificiæ, seu Ecclesiasticæ super Reges etiam, *indirecte* potestatis spheram negant, protendi ad temporalia, nisi hujus asserti sensum esse velint coarctatum ad temporalia quæ talia, non verò quæ vestira moralitate spirituali, ut sic enim non nisi *materialiter* dici possunt esse temporalia, *formaliter* autem præferunt rationem causæ verè spiritualis.

## PROBATIO II.

In quâ refellitur secundum partis adversariæ argumentum.

56. Celeberrimæ Universitati Parisiensi sacrarum disciplinarum Matri meritò deferimus universi, eamque fidei Orthodoxæ propugnatricem perpetuam veneramus. At cum non dubitem, quando Christus Petro, ejusque successoribus Pastoralis Oecumenici Officij *indefinitè*, nullo ex Christianis excepto, erga oves suas commisit potestatem, sub illo munere pastoralis comprehendi etiam Regem, maxime Christianissimum; hinc ab illâ Academiâ edoceri cupio, an non ista super cunctas Christi oves Summi Pontificis potestas Oecumenica, ipsissimis illis Petro prius promissis Ecclesiæ Clavibus sit circumscripta? Quomodo enim hæc Clavium potestas potuisset Petro cum perpetuo ad Ecclesiæ, portis nempe inferi numquam superandæ, statum ordinè, promissa fuisse, nisi Christus eandem voluisset protensam ad Petri successores? Numquid autem illa Clavium potestas eatenus pronuntiatur à Christo, habere ordinem ad Regnum cælorum, idque tum militans, tum triumphans, ut munita sit autoritate ligandi & solvendi *quodcunque* super terram? Quid ergo sub isto universalily *Quodcunque*, quæ respectum ad cælorum seu triumphans, seu militans regnū habente vocabulo, intelligi potest, nisi quodvis *morale*, ad supernaturale utriusque illius Ecclesiæ finem seu ordnabile, seu ab istâ ordinatione *deficiens*?

ciens? An verò dicere fas esset, Regem Christianissimum ab hoc erga Regnum cælorum ordine exclusum, vel potius illo contentum esse non tantum quoad animam suam, vel etiam quoad spiritualia duntaxat, sed etiam quoad moralitatem suarum publici quoque ac politici Regiminis actionum, imò quoad ipsammet Regiæ dignitatis ad suam Christi characterem insignitam personam, *subjectivam* applicationem? Numquid verò Christus *Matthæi 18.* Ecclesiæ virgam correctoriam, ad Communionis fidelium Ius tollendum extendi aptam, verè que adeò coercitivam super quocunque fratre, sanctæ scilicet fidelium Communionis per Christi saltem characterem *radicaliter* consorti, si peccaverit, stringendam sancivit? Num autem citra injuriam gravissimam dici posset Rex Christianissimus inter hos Christianæ Communionis fratres non esse comprehensus? Num ergo, dum Christus *indefinitè* super omni fratrum communionis Christianæ consortium peccato protendit illam virgam correctoriam, & coercitivam, excipere hinc liceret peccatum Regis, eo ipso, quòd peccatum sit à debita ad Regnum cælorum ordinatione deficiens? Numquid igitur hoc Regis sub istà debita ad Regnum cælorum ordinationis deficientià spectatum, continetur etiam sub illo *quocunque* super terram *moralis*, super quo per Christum est definita Clavium Regni Cælorum potestas solvendi ac ligandi? Numquid ergo, sub isto *Quocunque* omni nodam ad Regnum cælorum ordinabilem, vel ab isto ordine deficientem *moralitatem* complectente, includitur Regiæ quoque potestatis exercitium, ejusque ad hanc personam applicabilitas, quæ superinduens *moralitatem* in Regnum cælorum à Christiano viro ex intrinseco etiam characteris in Baptismate suscepti debito etiam speciali ordinabilem? Quòd si ergo Pontifex Maximus ex Ecclesiæ sanctæ extremâ necessitate super Ius Regiæ Majestatis non quidem *in se formaliter* spectatum, sed quæ huic individua personæ *subjectivè* inexistens, secundum quod superinduit *moralitatis* in Regnum cælorum ordinabilis, sicque adeò *materialiter* duntaxat consideratum, nempe quæ illà *moralitate* ad Ecclesiæ Claves indubitata supervestitum, extendat virgam correctoriam, ipsamque adeò solvendi potestatem; quomodo fieri potest, quòd non *directè* à tali Rege tollatur Ius Regium, utpote quòd respectu ipsius personæ ex tunc ita sit solutum, ut juxta Christi Domini verbum solutio ejusmodi comprobetur in cælo, ac proinde in foro etiam *conscientiæ* debeat rata haberi? Super hisce igitur disquisitionibus meis cuperem à celeberrimâ Parisiensi Academiâ edoceri, certâ erga hanc fidei propugnatricem perpetuam Universitatem fiducia fretus, meos de Pontificia super Reges autoritate sensus ab eâ non fore alienos: quod enim de illo speciali circa Concilij Oecumenici supra Papam autoritatem articulo propugnabat illa præcipua Schola, id à nobis *sequenti articulo* discutietur.

## PROBATIO III.

In quâ confutatur *tertium* adversæ partis argumentum.

Misso hîc articulo de Concilij Oecumenici supra Papam autoritate, capere haudquam possum, quâ consequentiâ Clerus Gallicanus ex intentione, *principium* aliquid, *vi cuius tunc esset Ecclesiæ Gallicanæ libertas, statuendi,* sanxerit illam de Pontificiâ potestate super Reges non protensâ propositionem? Quomodo enim quidquam Iuris Ecclesiastici residuum tandem remanere poterit? Dum si Reges ejus facere contendant diminutionem, nullâ jam Ecclesiasticâ autoritate defendi poterit adversus temporalem Regiæ autoritatis gladium? Sed de hoc dicebamus in *precedente primâ probatione.*

## PROBATIO IV.

In quâ discutitur autoritas Cœtus Parisiensis super propositionibus præinsinuatæ decernentis.

AUthor *tract. de libert. Ecclesiæ Gallic. lib. 3. cap. 14.* proponit hanc quæstionem; *Vtrum Cœtus Parisiensis potuerit definire quæstiones generales circa potestatem Ecclesiasticam?* Cujus proinde quæstii resolutionem ex eodem Authore proferendam hîc duximus *ibidem*, disserente in hæc verba. Quæ Cœtus Parisiensis declaravit, ejus tunc conditionis, ut, si vera esset Gallorum doctrina de potestate Concilij Oecumenici supra Papam etiam extra casum Schismatis, à Concilio Oecumenico, non autem à Comitibus Cleri Gallicani, vel à Concilio Nationali fuisset determinanda.

Nam agitur de jure non solum Summi Pontificis, sed etiam Concilij Generalis, imò de Ecclesiæ universæ securitate, nempe ad quem pertineat autoritas, Decreta irrevocabilia circa fidem edendi; an potestas Ecclesiastica habeat aliquam potestatem in temporalia Regum, & Principum &c? Quomodo ergo potest Ecclesiæ Gallicana, ubi de fide, de moribus, ac generalibus disciplinæ capitibus est quæstio, sententiam, inauditis etiam partibus, proferre? Numquid causæ istæ inter majores referri non merentur?

Respondent fortassis, se, quod jam à Concilio Constantiensi definitum fuerat, declarasse, ne à fidelibus ignoraretur. Sed primò quoad potestatem Ecclesiæ supra temporalia Principum, Concilium Constantiense contrarium sensit, uti *superius* est monstratum. *Secundò*, quoad autoritatem Concilij supra Summum Pontificem, non solum plurimi Pontifices ( quorum fortasse sententia in suspicionem traheretur, licet non minùs suspecti sint Episcopi, cum sibi non quidem divisi, sed conjunctim supremum Pontificem subijcere conantur) sed etiam quàm plurimi Doctores ex universis Ecclesiæ partibus, decreta Concilij Constantiensis de casu schismatis duntaxat interpretantur. An ergo ad Ecclesiam

Eclesiam Gallicanam pertinet, obsecrum Concilij generalis sensum interpretari? Decretum, inquam, clarum est, verum si fecus alijs videtur, ad quem pertinet hujus controversie iudicium?

61. Nec juvat reponere, Antistites Gallicanos materiam, quæ ad Ecclesiam universalem videtur spectare, pro suis tantum gregibus declarasse, non autem toti Ecclesie articulos Fidei, aut disciplinæ Canones proposuisse. Hoc, inquam, non juvat. Nam primò declarationes illæ generales sunt, & terminis communibus conceptæ. Non enim v. g. declaratur, Reges Gallie in temporalibus non subesse potestati Ecclesiasticæ; sed Reges, & Principes absolute, &c. Secundò, causas illas majores, aut etiam maximas esse, Galli negare non possunt. Nónne ergo ad Sanctam Sedem, vel si suspecta erat, ad Concilium generale antiquis Decretis, & ex ipsis etiam Francorum legibus erant referendæ? Sed suspectum etiam foret Oecumenicum Concilium, cum ejus quoque autoritas trahatur in dubium, nisi ei Summus Pontifex præsideret. Ideo scilicet debuit Ecclesia Gallicana, tanquam suprema, inter Romanum Pontificem, & Concilium Oecumenicum arbitra, controversiam dirimere.

62. Non adeò faciles erant hujusmodi controversiæ, ut omnia Romani Pontificis, aut, si mavis Concilij Oecumenici consultatione, definiti possent; decebatque, ut Episcopi Gallicani apud Curiam his S. Petri Chrylogi Episcopi Ravennatis verbis se se excularent; Nos enim pro studio pacis, & fidei extra consensum Romanæ Civitatis Episcopi, causas fidei audire non possumus, Epist. ad Eutychem inter Acta Concilij Chalcedonensis par. 1. n. 15. Si quid interim, & ut vulgò dicitur, provisionaliter statuendum fuisset, longè majoris erant ponderis rationes, quæ in alteram partem suadebant declinare.

63. Quin etiam hæc declaratio Ecclesie Gallicanæ, vel Clero Gallicano tribui non debet, cum, qui Comitibus intercesserunt, procuratore caruerint, quæ ad res adeò arduas & difficiles specialissima requirebatur; consensus autem, qui fortè ab alijs quibusdam præstabitur, vix liber habebitur, cum intentatis potius, & jam quibusdam insiçtis, exigatur.

64. Accedendum jam ad singularum propositionum examen. Quocirca nisi demonstravero, propositiones in declaratione Cleri Gallicani contentas, universaliter, ut jaçent, acceptas, esse aperte falsas, saltem constabit, longè minus esse probabiles, minùque tutas, quam earum contradictorias. Atque adeò Comita Parisiensis maximam injuriam illius Regni fidelibus erga Summum Pontificem bene affectis intulisse, dum Edicto Regio, pœnitique adjectis, ad assentiendum doctrinæ ad minus de falsitate plurimum suspectæ, atque aliunde Sanctæ Sedi adversæ, cogendos curarunt, Tantumque abesse, ut illa agendi ratio libertas Ecclesie Gallicanæ nuncupari possit, ut potius durissima, & Christianæ libertati infensa servitus vocari debeat.

65. Nec puto, reperiri quemquam, qui hæc de-

claratione speret revocandos ad gremium Ecclesie hæreticos; quippe qui arbitrentur, ut eorum aliqui non sine opprobrio nostræ Religionis jam significarunt, Comitibus Cleri Gallicani non parum ad ipsorum doctrinam accessisse, jam plurimum Summi Pontificis, cujus obedientiam sese ipsi utquequaque sudduxerunt, autoritatem imminuere cœpisse, potiusque Catholicos à visibili Ecclesie Capite defecturos, quam ei sese conjungere illi meditentur. Ego quidem sic habeo, Regem Christianissimum, qui tam gloriose in reducendis ad Christi ovile Regni sui hæreticis incumbit, ex eâ declaratione ad tam præclarum opus, parum accepisse subsidij. Etenim cum Summus Pontifex sit centrum Unitatis, qui arctius illi adhæret, intra sinum Ecclesie arctius stringitur. In ò, ut notavit Hincmarus alias relatus, Rex & Episcopi Christi Vicario obedientes, illo exemplo debuit sibi à proprijs subditis obedientiam facilius obtinent.

## §. III.

Referuntur nostratis sententiæ  
argumenta cum conclusionem super  
ijs reflexivâ.

## ARGUMENTUM I.

66. Auctor Regalis Sacerdotij dicto lib. 1. §. 16. Argumentatur 1. ab autoritate præcipuorum Theologorum, vel Ecclesie sanctæ Doctorum. Inter quos primum hic obtinet locum S. Gregorius Magnus in Privilegijs Monasterio Sueffionensi S. Medardi, & Ecclesie S. Martini concessis, Reges Privilegijs hujusmodi invasores Regnis etiam interdicens; prout videre licet lib. 8. Regesti epistolæ Gregorij VII. epist. 21. relatâ 3. Concil. p. 2. Cujus Privilegij præallegatam clausulam à nonnemine Gallorum vocatam in, dubium prævalidè vindicat Auctor tract. libert. Gal. Eccles. supra §. 1. à n. 1.

67. Succedit Divus Thomas, cujus ex 2. 2. q. 12. art. 2. hæc de re sententiam retulimus §. 1. n. 3. Cui haud dissimilis est sententia 2. 2. q. 60. art. 6. ad 3. prolata: Dicendum, inquit, quod potestas secularis subditur spirituali, sicut corpus animæ. Et ideo non est usurpatum iudicium, si spiritualis Prælatus se intromittat de temporalibus, quantum ad ea, in quibus subditur ei secularis potestas, vel quæ ei à seculari potestate relinquuntur. Idem Doctor Angelicus similia profert in Opusculo de Regim. Princip. lib. 3. cap. 10. & cap. 17. ubi ostenditur, quomodo Imperatorum successio à Carolo Magno, indeque eorundem electio per Summum Pontificem sit devoluta ad Germaniæ Principes &c.

68. Subsequitur Divus Bonaventura Parisijs sacre Theologicæ publicus Lector lib. de Ecclesiast. Hierarchia par. 2. cap. 1. to. 7. operum. Scribens, quæ supra §. 1. n. 4. adducta fuerunt, Consonant, quæ idem S. Ecclesie Doctor in 4. dist. 37. in exposit. textus dubij 4. docet; utrumque gladium, uti dicit Bernardus, esse Ecclesie, sed differenter: qui enim spiritualis, extrahendus est manu Ecclesie, sed materialis non manu, sed nutu &c.

P

Digna

69. Digna sunt etiam, ut proferantur, quæ S. Antoninus p. 3. Summæ tit. 2. cap. 5. §. 13. dicitur: Imperator, inquit, est Minister Papæ, eo ipso, quod est minister Dei, cuius vices gerit juxta Apostolum ad Romanos 13. Est autem Principalis agentis, eligere Ministros & instrumenta ad suum finem. Unde puto, quod Papa, cum universos fideles in præfenti Ecclesiâ ad pacem habeat ordinare, & ad spirituales finem consequendum dirigere & destinare, justâ causâ & rationabili existente, per se ipsum possit Imperatorem eligere, aut propter eligentium negligentiam & discordiam, aut propter populi Christiani & pacis providentiam, aut propter coercendam hereticorum & paganorum audaciam, & potentiam. Possit enim Papæ, sulcitur esse debet veritate, justitiâ, & æquitate: non enim potest adversus veritatem. His conformiter subdit is Ecclesiæ sanctæ Doctor: Potuit enim Papa Electores Imperatoris instituire, & institutos mutare cum causa rationabili: sicut etiam Imperatorem electum potest non confirmare & confirmatum deponere &c. Et infra: Item Papa posset providere de Imperatore per hereditariam successionem, quando videret, populo Christiano pacem dari magis per hereditariam successionem Imperij.

70. Agmen hoc præcipuorum sacre Theologiæ Doctorum claudit Ioannes Gerson, Universitatis Parisiensis olim Cancellarius, cujus sententiam supra §. 2. n. 28. posuimus ob oculos. Hic satis ergo sit, Auhoris Regalis Sacerdotij cit. §. 16. supra Gersonis placito proferre animadversionem. Nempe hoc præcipuum Academiæ Lutetiæ lumen negare quidem Pontificibus potestatem Juridicam & Civilem ac Ordinariam respectu Principum secularium, qualem scilicet habet Rex in suos subditos, & Domini directus in Vasallos, concedere tamen subjectionem Principum respectu Papæ, quando Jurisdictionibus, temporalitate, & dominio abutuntur, quam ipse vocat directivam & ordinativam, nos casualem & extraordinariam. Nec enim voluit Gerson pro casu, quando abutuntur, excludere coercitivam, directivam enim non tantum habet Papa, sed Episcopus quilibet, etiam extra casum abusûs, nec aliam potestatem Pontifici negat Gerson, quam illam ordinariam, quam Summo Pontifici etiam extra casum necessitatis alij concedebant. Et ideo Cardinalis Peronius apud Gramondum lib. 1. bist. Gersonem pro hac sententiâ, quam defendimus, laudat.

#### Reflexio.

71. Reflexionem faciendo super isthac rationatione, in primis occurrit advertendum, quod jam alias monuimus, inscriptum Divi Thomæ librum de Regimine non agnosci genuinum hujus Angelici Doctoris factum. Deinde desideratur, ut ostendatur, ad quæ fidei principia seu proximè, seu remotè reducatur illa Pontificia supra Reges potestatis prerogativa deducta ex præfatis sacre Theologiæ seu Angelicis, seu Seraphicis, seu præcipuâ doctrinæ & sapientiæ laude conspicuis Doctoribus. Quod in probationem primam sequentis conclusionis reservamus.

72. Vnum hic occurrit accuratori discussione dignissimum ex præfegato Gersono, ne-

gante Pontificis Summi supra Reges superioritatem esse juridicam; quemadmodum aliqui Bonifacio VIII. impulerunt, præfatis super cunctos Christianos, ipsosque adeo Reges Civilem & Juridicam Jurisdictionem. De hac Gallis erga Bonifacium VIII. sub Philipo IV. Franciæ Rege ingenti opinione præced. disquis. 2. §. 1. n. 21. egimus, & ostendimus, non tam solido fundamento, quam suspitionis fucosam fuisse. Hoc tamen misso, cum idem Gerson Pontificum erga Reges potestatem, quam prius negabat, esse civilem & juridicam, postea vocet directivam, & ordinativam, sciscitari nunc placeat, an sub istâ directivâ & ordinativâ potestate intelligat comprehensam coercitivâ quoque Jurisdictionis speciem? Moderni namque Pseudoreformatores prætendunt, Deum unicam supremam auctoritatem Civilem jure gladij armatam, Magistratui politico inexistentem instituisse potestatem, cujus Jurisdictioni omnis anima juxta Apostolum Rom. 13. sit subiecta? Hoc à mente Gersonis prorsus alienum esse, patet ex ejusdem præfata sententiâ, magisque patebit infra ex hujus accuratori discussione. At neque ista Neotericorum doctrina cohæret cum sacris Litteris. Si namque Deus unicam autoritativam, eamque Civilem Magistratui politico duntaxat inexistentem, jure gladij armatam potestatem instituisset, quomodo jam subsisteret illud Deuter. 17. effatum Divinum: Qui superbiert, nolens obedire sacerdotis Imperio &c. moriatur.

#### Objectio.

73. Ex parte adversâ excipitur. Hanc sacerdotis potestatem non fuisse supremam, debuisseque Judicis accedere decretum, ut morte dignus esset, qui non obedierit.

#### Responsio.

74. Huic objectioni oppositum est, quod cit. Deuter. 17. cap. supremo Mosaicæ legis sacerdoti tribuatur potestas tali cum auctoritate in dubijs interpretandi leges judiciales, ut ejus sententiæ standum fuerit, debueritque Judex decretum, seu judicium suum huic Sacerdotis sententiæ conformare, reusque adeo pronuntietur, qui sacerdotis imperio & decreto judicis volebat obedire. Ex quibus evincitur, Divinam ordinationem duo genera imperij distinxisse, alterum in Divinæ legis interpretatione, alterum in legis Divinæ sic declaratæ ad decretum ex eâ formandum applicatione consistentem. Et quidem prius ejus erat auctoritatis, ut Judex civilis debuerit eidem subiectus esse, atque adeo oportet, eam sacerdotis sententiâ fuisse supremam, nec proinde subditam civili architectonica potestati, atque adeo hanc non absolutè, sed in suo duntaxat Foro civili supremam fuisse.

75. Quando igitur Rom. 13. v. 1. item Tit. 3. v. 1. Petri 2. v. 13. præcipitur, ut omnis anima sublimioribus potestatibus sit subdita, id de potestate civili locum habet non absolutè, sed in sensu accommodo, inter limites nempe fori Civilis ac Politici. Si namque in legis Mosaicæ statuta præfata

præter Civilem ac Politicum Magistratum fuit Divinitus institutum supremum pro populo Israelitico sacerdotium, cum potestate gubernandi ea, quæ spectabant ad res sacras, & dubiorum circa legem, & causarum judicia occurrentium declarationem, cur non æquæ, imò magis in statu Evangelij dicatur præter supremam Politicæ auctoritatis Magistratum, extraneæ sacerdotem supremum, cui in univèrsis causis Ecclesiasticis sit suprema jurisdictionis auctoritas? Id profectò probat tum luminis naturalis, ac supernaturalis Fidei differentia, cui utrique responderet suum proportionatum regimen, tum aperta Christi Domini ordinatio, Oecumenicum Pastorem, cum indefinita in tali etiam Foro, ligandi & solvendi potestate, pro legis Evangelicæ iatu instituentis.

76. Quibus sic ponderatis, jam facile est, Gersonis mentem, indagare quoad directivam & ordinativam Summi Pontificis supra Reges auctoritatem, dum ipsemet subdit, omnes homines, etiam Principes habere subjectionem ad Papam, in quantum contra Divinam & naturalem legem abuterentur suâ jurisdictione, temporalitate, & dominio: hæc namque verbis clarè denotatur virga per Christum Matth. 18. erga delinquentes Ecclesiæ, concessa potestatis & correctoria, & eoque coercitive, ut non nisi per processum, quoad juris naturæ solennitates substantiales legitime formatum, privarentur jure Communionis fidelium, cum ulteriori adhuc (ex sacro contextu) ordine ad quodcumque super terram ligandi & solvendi potestatem, Apostolicâ auctoritate exercendam.

ARGUMENTUM II.

77. A Uthor Regalis Sacerdotij argumentatur 2. ab auctoritatibus sancti Bernardi Abbatis Clarevallis, Petri Blesensis, Petri Cluniacensis, Alexandri Alesensis, Henrici Gandavensis, Augustini Triumphii, & plurimorum à se allegatorum Theologorum. Divi equidem Bernardi, nec non Alexandri Alesensis, ac Henrici Gandavensis hanc in rem sententia patet ex S. 1. à n. 2.

78. Ita verò ad Cælestinum Papam III. nomine Regina Angliæ Petrus Blesensis natus Gallus scribebat epist. 146. Porro Princeps Apostolorum adhuc in Apostolicâ Sede regnat & imperat, & in medio constitutus est iudiciarius (Anglorum adversus Richardum Regem Angliæ vinculis detentum) rigor, illudque restat, ut exeretis in maleficos Pater gladium Petri, quem ad hoc constituit super gentes & Regna Christi. Crux antecessit Casari, Aquilis, gladius Petri gladio Constantini, & Apostolica Sedes Imperatoriæ potestati.

79. Petrus porò Cluniacensis Abbas lib. 6. epist. 28. ita scribebat: Quamvis Ecclesia non habeat Imperatoris gladium, habet tamen super quoslibet minores, sed & super ipsos Imperatores Imperium. Unde ei sub figurâ Prophetici nominis dictum est. Constitui te super gentes, & Regna, ut evellas & destruas, & disperdas & dissipes, & ædifices, & plantes. Quare si non potest occidere, potest evellere, si non potest occidere, potest destruere.

Augustinus Triumphus q. 1. de potest. Ecclesiast. par. 1. art. 7. dicit: Papam eatenus gerere vicem Christi, saltem quantum ad potestatem & Jurisdictionem, ut art. 8. subiiciat, Bonâ temporalia & spiritualia eatenus posse ad tria comparari, nempe ad productionem, ad eorum ordinationem, & ad eorum motionem, atque actionem, ut secundum ista tria ostendi possit, in Papa esse potestatem super omnia, ut falius postmodum exponit, sic concludens tandem: Papa verò, in quo est potestas spiritualis, habebit per ipsam potestatem spirituales disponere & ordinare de temporalibus. Quibus tam insignibus sacre Theologiæ Doctoribus, ad præsens institutum nostrum dictus Author, circa finem præallegati S. 16. annumerat quàm plurimos alios Theologos, si placeat, sigillatim etiam locis ibi allegatis consulendos.

Reflexio.

81. Reflexionem super hac argumentatione facientem, iterum occurrit mihi præfatus Author, tria notatu digna emphaticè inculcans. Inprimis, quòd omnium scholarum Principes conveniant in nostram sententiam. Ex scholâ namque Franciscanâ Alexandrum Alesensem, & S. Bonaventuram: ex Dominicana SS. Thomam, & Antoninum: ex Augustinianâ Antesignanum Egidium, & beatum Augustinum Triumphum: ex Carmelitanâ Ioannem Baconum: ex Charthusianâ præcipuum doctorem Dionysium; ex insigni, celeberrimæ Sorbonicæ Henricum Gandavensem: ex Societate Iesu Suarez, omnesque ejusdem Societatis Doctores.

82. Deinde omnes, qui ob doctrinam eminentem titulum aliquem, & elogium, maximæque eruditionis characterè sunt consecuti, pariter convenire in nostram sententiam, Hugonem scilicet cognomento Magistrum, Alesensem Irrefragabilem, Thomam Angelicum, Bonaventuram Seraphicum, Egidium Fundamentalem, Mayronem Illuminatum, Gandavensem Solennem, Baconum Resolutum, Gersonem Christianissimum, Doctores.

83. Denique quàm plurimos Sanctis adscriptos in eandem sententiam nostram conspirare, nempe Divum Thomam, S. Bonaventuram, B. Egidium Romanum lib. de potest. Ecclesiast. B. Augustinum Triumphum, S. Antoninum, S. Raymundum lib. 1. tit. de hæreticis. S. Gregorium Magnum, B. Ioannem Capistranum lib. de potest. Papæ. p. 2.

ARGUMENTUM III.

84. A Uthor Regalis Sacerdotij ibidem argumentatur 3. Ecclesia Gallicana non semel, sed aliquoties, & clarissimè potestatem hanc Pontificiam agnovit & professa est. Nempe in Synodo Pontigonensi, de qua Aimonius Rerum Francicarum lib. 5. cap. 33. In Concilij generalibus Viennensi, & Lugdunensi primo. Novissimè hanc ipsam esse Gallicani Cleri doctrinam, contestatus est Gramondus Regij Consistorij Senator, & in Parlamento Tolosanq



fano Praes lib. 1. *hiflor. ad annum 1615. fol. 60. & feq.* Comitia videlicet trium Galliarum Ordinum generalia Lutetiam fuiffe convocata, hoc est, Cleri, Nobilitatis, Tertijque Ordinis, qui ultimis Magistratibus fubalternis, & populo conftat. In ipfo Comitiorum ingreffu tertium Ordinem propofuiffe thefin toties Clero obftrepente agitatam: Nullam effe potestatem in temporalibus fupra Regiam, unquam immediate Deo, debitam coronam à Gallis Regibus, nullis obnoxiam interdicitis. Ubi notatu digna funt ea verba: obftrepente Clero. De illâ thefi pluribus actum, miffosque communibus Tertij Ordinis votis ad Clerum articulos tres: quorum hæc fumma erat: 1. *Sacrilegum effe, Reges unctos Dei quolibet prætextu in necem dare.* 2. *Debitam immediate uni Deo Regum in fubditos potestatem.* 3. *Nullis Sedis Apoftolica interdicitis fubjacere Imperia Regum, fubditosque nunquam f Sacramento fidei exfolvi poffe.* Confenfit primæ propofitioni Clerus, imò perorante doctiffimo Cardinale Perronio, Thefin in tyrannicidas de fide effe, refpondit ex decreto Concilij Conftantiensis Sess. 5. *Alteram de fide negavit.* Difficultatem igitur movit præcipue articulus tertius, vindicabat vir doctus Summi Pontificis in Regum fceptra potestatem certis cafibus: probabat, Romanæ Sedi in Reges hæreticâ labe infectos, fubfcripiffie, quotquot Calvinum antè Theologica tractavere. Contrariam opinionem omninò novam effe, Luthero & Calvino fautoribus, nuper natam, Sacramento vinciri Reges Galliarum, ubi inaugurantur, pellendis Regno fuo hæreticis, fi pejeraverint in hærefin ipfi denegeres, fi fautores hærefiarcharum, fi novi dogmatis afferiores: deberi ultionem Vicario Dei, ad quem unum ex lege fpectat perjurij poena. In eam fententiam exactis fæculis itum, iri & hodie paffim, fi Galliam demas. Ex quâ proinde Perronij Cardinalis, & Gramondi difsertatione, pergît dictus Author argumentari, clariffimè elucere, quodd Clerus Gallicanus, perorante doctiffimo Porronio, in ea fuerit fententia, ut crederet: *Opinionem, quæ potestatem Pontifici in Reges negaret, novam effe, Luthero & Calvino fautoribus, nuper natam, tanquam dogma politicum defendi poffe ad summum: eo errore primam fuiffe viam Henrico VIII. Angliæ Regi in hærefin: ex injufto repudio juftè condemnatum, rebeliffie contra judicem fuum: non aliud præcinere thefin, quàm rebellionem in folium Petri.*

## Reflexio.

85. **R**eflexionem fuper his per nos jam antehac difcuffis facienti, occurrit mihi idem antea citatus Author folidâ fequenti illatione fuâ: Jam, inquiens, prudentum quilibet facile judicaverit, quàm apud omnem pofteritatem Conventui Parifienfi decorum futurum fit, eam propofitionem tanto cum apparatu, curaque, imò graviffimis poenis imperare, quàm fub feleiffimâ & glorioffimâ memoriæ Ludovico XIII. Gallicani cenfuerunt: effe opinionem novam Luthero & Calvino fautoribus, natam, cui veterum nemo fubfcripfit, Recentiorum pauci, quæ Henrico VIII. via in hærefin fue-

rit, quæ apertam rebellionem præcinat in folium Petri, quàm prælo datam, obtento à Rege diplomate, nullâque in Typographum oblitteratum volutere, cui denique in ifdem Comitij omninò contrariam retundè edixerunt, f Sacramento videlicet Reges Galliarum, ubi inaugurantur, pellendis Regno fuo hæreticis obftingi: fi pejeraverint in hærefin ipfi denegeres, fi fautores hærefiarcharum, fi novi dogmatis afferiores, deberi ultionem Vicario Dei, ad quem unum ex lege Dei fpectat perjurij poena.

Hæc igitur Ecclefiæ Gallicanæ fub Chriftianiffimâ memoriæ Ludovico XIII. in Comitij generalibus per Gramondam omni exceptione majorem relata, adversus illam omnem fupra Reges jurisdictionem Summo Pontifici adimentem propofitionem cenfura, moderno æque Clero Gallicano merito cordi efflo.

## CONCLUSIO.

**A**B authoritate Theologorum, & fânctæ Ecclefiæ Doctorem prævalidum petitur argumentum, ad præbandam Pontificiam fuper Reges quoad temporalia, tamen *indirectam* duntaxat potestatem.

Explicatur. Cùm enim Patrum, fea Ecclefiæ fânctæ Doctorem, ac Theologorum authoritas in eo fita fit, quodd ex doctrinâ Divinâ, vel etiam fânctitatis notis intrâ Ecclefiam confpicuis, credantur in rebus fidei explicandis ferre judicium, non proprij duntaxat ingenij, fed fupernaturalis gratiæ viribus effortatum. Idcirco magnum inde pondus prædentialis faltem ad fidei affenfum dirigendum credibilitatis eruitur, dum præcipue veritati fub tali authoritate propofitæ ab ipfifmet Theologis concordî confenfu in quodpiam fidei principium fit refolutio; prout in præfenti rei ftatu fieri, oftendent fequentes probationes.

## PROBATIO I.

Super authoritates Theologorum, Ecclefiæ fânctæ Doctorem fuprà adductorum reflexiva.

87. **S**i expendantur verba S. Antonini præf. S. 3. n. 68. adducta, nec non Divi Thomæ in Opufc. 20. de Regimine Principum cap. 19. defcripta, manifefta hinc elucet fententia, quodd Papæ jus fit, tum fuper ipfo etiam Imperatore confirmando, vel per hæreditariam fucceffionem defignando, ac etiam deponendo, tum fuper poteflate eligendi Regem Romanorum alijs conferendâ, nec non dignitate ifthâc electorali Principibus Germaniæ conceffâ revocandâ, quantum bonus ftatus Ecclefiæ univerfalis, fea populi Chriftiani pax id requireret. At iftud Summi Pontificis jus radicator in eo, quodd dignitatem Imperatoriam pro Occidente Græcis ademptam Sedi Apoftolicæ eatenus vendicârît, ut radicaliter femper adhuc penes iftam fubfiftat, tametsi eam primitus fecundum hæreditariam fucceffionem, poftcâ ve-

rò secundum liberam electionem in Carolo Magno stirpem, deinceps verò in Nationem Germanicam transtulerit. Hæc verò Imperatoris super Occidente dignitas à Græcis in Carolum Magnum, indeque in Germanos translatio per dictos sanctos Doctores reducitur in hoc principium, tum quòd Papa tanquam Vicarius Christi habeat plenitudinem potestatis pro bono statu Universalis Ecclesiæ, tum quòd, cum Papa agat vices Dei, consequenter Imperator sit illius Minister: sic autem principalis agentis, eligere Ministros, & instrumenta ad finem: unde quia Papa habet, universos fideles in præsentem Ecclesiã ordinare ad pacem ac spiritualem finem, sit consequens, posse, existente causâ justâ, & rationabili, per se ipsum eligere Imperatorem, aut propter populi Christiani, & pacis providentiam, aut propter coercendam hæreticorum, & paganorum audaciam, atque potentiam. Atqui tota hæc ratio jam universalis est erga cunctos Christianæ professionis Reges ex vi characteris in sacro Baptismate suscepti, ad sanctæ Ecclesiæ bonum universale obstrictos.

81. Ipsissima verò isthæc ratio per Divum Bonaventuram lib. de Eccles. Hierarch. par. 2. cap. 1. reducitur ad hoc principium; quòd dignitas Clericalis in sua radice penitus spiritualis, meritò sit dicenda esse consona Ordini Dominationis, ita illuminantis inferiores Angelicos Ordines, ut ab illis vicissim non illuminentur. Unde infert hic Seraphicus Doctor, quòd, sicut spiritus dignitate & officio præcellit corpus, sic potestas spiritualis dignior sit, quàm secularis, & ideo benè fortitur nomen Dominationis. Et hinc concludit, Regalem potestatem subjacere potestati & auctoritati spirituali; sicut in 1. Canonica Petri dicitur: *Vos estis gens sancta, & Regale sacerdotium.* Ex hoc autem infert is S. Doctor, temporale Regnum, velut quoddam adjectum subjacere Sacerdotio in Novo Testamento, quamvis in Veteri Testamento sacerdotium subsuevit Regno, juxta illud Exodi: *Elegi vos in populum peculiarem, in sacerdotale Regnum,* siquidem Regnum in hoc sacro textu ponatur substantivè, sacerdotium verò adjectivè, sed ac in Novo Testamento, ubi sacerdotium substantivè, Regnum adjectivè ponitur.

82. Ex quo proinde in sacris Litteris fundato discrimine secundum eundem Seraphicum Theologum conficitur, quòd Reges in Antiquo Testamento potuerint amovere sacerdotes summos ab officio, sicut Salomon amovit Abiathar 3. Reg. 2. e contra verò in Novo Testamento Sacerdotes & Pontifices ex causâ possint amovere Reges, & deponere Imperatores, sicut sæpius accidit, quando eorum malitia id exigebat, & & Republicæ necessitas sic requirebat. Reducendo igitur hanc Seraphici Doctoris illationem ad principium, quòd ab ipsomet prius supponebatur, & ad principium illud, quòd à D. Thomâ 2. 2. q. 13. a. 2. ad 1. traditur, nempe potestatem secularem in Novo Testamento subdi spirituali potestati, perinde ac corpus subjicitur animæ, oportet, hinc totum rei momentum reducere ad istud

fidei principium, quòd Christus Ecclesiam suam eatenus munierit Regni cælorum clavibus, ut, quidquid in ovibus suis Oecumenico pastorali officio commissis, ad cælorum tam militans, quàm triumphans Regnum est ordinabile, ut sic spirituali quapiam moralitate supervestitum, debeat Summi Pontificis, Petro legitime succedentis indefinitæ ad ligandum & solvendum potestati subiectum esse.

## PROBATIO II.

Prioris continuativa.

90. Ex cit. §. 3. n. 78. constat, à Petro Blesensi eatenus in Summo Pontifice gladium Petri reponi, ut sit etiam super Regna, præjudicetque gladio, seu potestati Imperatoris, in vi cujus præminentis Sedes Apostolica super ipsos quoque Imperatores teneat Imperium; uti S. Petrus Cluniacensis habet. Unde Divus Bernardus infert, ipsius etiam Imperatoris gladium materiale subesse Ecclesiasticæ auctoritati, quatenus Summus Sacerdos propriâ manu suum spirituale gladium, suo tamen nutu ac imperio illum imperatorum gladium exercere, ac exercere valeat. Ex vi cujus adeò supereminens spiritualis auctoritatis posse Summum Pontificem instituere, ut sit, & judicare potestatem terrenam, tradunt Hugo de sancto Victore, & Alensis ubi supra allegati. Et hinc Henricus Gandavensis, & Augustinus Triumphus ibidem relati probant, Summum Pontificem esse talem Hierarcham, ut sicut vir, juxta Apostolum 1. Corinth. 2. v. 15. judicet non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus. Quam proinde Papæ auctoritatem idem Gandavensis optimè reducit in Claves Petro, ejusque successori à Christo traditas, & duos eidem commissos gladios, sic ut Regnum Universalis Ecclesiæ, tam in spiritualibus, quàm temporalibus ad ipsum pertineat; juxta Cap. Omnes. dist. 22. junctâ Glossâ ibi concludente, quòd Papa, cui terreni simul & cælestis Imperij Christus per duas Claves commisit, habeat utramque gladium, spirituale ac temporale.

## PROBATIO III.

Reflexiva super ipsius Ecclesiæ Gallicanæ præced. §. 1. à n. 8. adducta testimonia.

91. Spero equidem, modernæ quoque Ecclesiæ Gallicanæ Clerum in sensu concordare, cum ejusdem Ecclesiæ suæ Episcopis & Archiepiscopis coram Rege Philippo Anno 1329. & coram Ludovico XIII. Anno 1614. unâ cum Nobilitate, ipsomet etiam Rege ad stipulante, solidissimis in fidei principia reductis fundamentis comprobantibus in publicæ necessitatis casibus Papæ super Reges, in causis quoque temporalibus, quâ spirituali in Regnum cælorum ordinabili moralitate affectis, auctoritatem indirectam.

Hoc saltem pro indubitato teneo, modernum Clerum Gallicanum non minus reverentiæ, erga Sedis Apostolicæ auctoritatem, ac præmi-

præminentiam habere, quàm professi sint Juris tum *Canonici*, tum *Civiles* periti, quorum hac in re testimonia profert Author *tract. de libertat. Eccles. Gallic. lib. 4. cap. 9.* Juris, inquit, Canonici interpretes, aut tractatores, Ecclesiasticam potestatem in temporalia Principum magis adhuc, quàm Theologi, explicaverunt. Ex quorum infinito propemodum numero paucos tantum Gallos profero.

Guilielmus Durandus Episcopus Mimatensis in *Specul. Jur. particulâ primâ, tit. de Legato. §. Nunc ostendendum, qui est 6. n. 17.* de auctoritate Papæ ita scribit; *Deposit Imperatorem propter ipsius iniquitates, ut Extravag. De re iudicatâ. Ad Apostolicâ, lib. 6. & etiam Reges, ut 15. quæst. 6.* Alius. *Et dat eis Curatores, ubi ipsi sunt inutiles ad regendum, ut Extravag. de suppl. neglig. Prælat. Grandi, lib. 6. n. 32.* Item ipse renovat leges Imperiales, ut in constitutione Gregorij X. Proferendum.

93. Ioannes Monachus è Gallia oriundus in *cap. Grandi, de suppl. neglig. Prælat. n. 4.* sic scripsit; *sed quid ad Papam de Regibus, & eorum Regnis? Videtur immittere falcem suam in messem alienam, quod esse non debet, supra De electio. Venerabilem, in princip. Sed dic, quod Papa in quemlibet habet jurisdictionem, nec est dubium ratione peccati, infra De judicijs. Novit. & in spectantibus ad pacis reformationem. 90. dist. per tot. & vide etiam n. 5. In cap. autem Ad Apostolicâ, de sent. & re iudic. n. 9. notat, quod Papa deponit Imperatorem propter crimen: ut hic: Etiam propter inutilitatem Reges deponit. 15. q. 6. Alius. Etiam ipsis Regibus malè administrantibus Coadjutores & Coadministratores dat. Suprà hoc lib. de suppl. neglig. Prælat. Grandi. Ecclesia etiam Principes compellit exhibere justitiam, 23. q. 5. Administratores. Etiam jurisdictione utitur ex eorum negligentia. Suprà De foro compert. Ex tenore. Oportet enim, ponere unum Principatum, ad quem omnes recurrant. 6. q. 1. In apibus.*

94. Etiam à tempore dissidij inter Bonifacium VIII. & Philippum IV. Regem Franciæ, in quo maximè controversa fuit Jurisdictio Ecclesiastica in temporalia Regum, non solum Doctores Ecclesiasticos, sed ipsos etiam Officiales Regios hanc potestatem confessos fuisse, patet ex *Tractatu De utraque potestate seculari & Ecclesiastica*, qui *Somnium Viridarij* est inscriptus, quem quæ alij Cancellario, alij Consiliario Caroli V. Regis Franciæ tribuunt, & certè in favorem potestatis laicæ scriptum fuisse, constat. In eo tractatu defensor auctoritatis secularis sub nomine Militis sic loquitur; *Concedendum est, quod Principatus Papalis concernit temporalia, prout de necessario concernit spiritualia, cum ab eorum usu, vel abusu surgit peccatum, prout dicunt Textus, ratione peccati omnes causæ spectant ad forum Ecclesiasticum. Cap. Novit. De judicijs. & Cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi. Tamen principaliter disponendo, & autorizando nihil spectat ad Papam, quantum ad temporalia. Et alibi. Nec debet se (potestas Ecclesiastica) de depositione Imperatorum, seu Regum temporalium introumittere, prout in prioribus plenius fuit dictum, quantumcumque Rex, vel Imperator sit*

dignus depositione propter defectum quemcumque, vel crimen, quod non est inter spiritualia crimina computandum. Et ideo si Imperator, vel Rex committit crimen dilapidationis Imperij, vel destructionis Imperij, seu Regni, aut damnabilis negligentie Imperij, vel Regni, vel Tyrannidis, vel quodcumque aliud, propter quod non immeritò deponi meruit, Papa non debet eum deponere, sed populus, à quo suam recipit potestatem tacite, vel expresse. Excipit, nisi illi, ad quos pertinet, nolent, aut non possent, facere iustitiam complementum. Postea adducens exemplum Pontificum deponentium Imperatores, varias affert responsiones; & allatâ opinione improbatum, quod factum fuerat ab eis, addit; *Fatemur tamen, quod Papa potest transferre Imperium, vel Regnum casualiter, ut quia non est alius superior; vel aliter aut Imperium, vel Regnum est transferendum de gente in gentem propter aliquod crimen spirituale gentis, puta, si gens illa inficiatur hereticâ pravitate, vel ad legem Iudaicam, vel ritum Gentilium, vel sectam aliam converteretur, vel propter aliud simile, vel propter crimen seculare, ut propter negligentiam, aut defectum alium, propter quod etiam iudicio sapientium Gentilium, vel Christianorum gens illa non esset digna alias gubernare. Si transferendum esset Imperium, vel Regnum propter crimen spirituale, dicunt quidem, quod Papa potest jure Divino transferre Imperium, seu Regnum, quia ipse in spiritualibus, & annexis eis, habet plenitudinè potestatis, quantum ad ea, quæ sunt de necessitate faciendâ. Alij dicunt, quod Papa in hoc casu non potest transferre Imperium, sive Regnum, nisi laici fuerint damnabiliter negligentes, vel faventes genti, à quâ necesse est, transferri Imperium, vel Regnum, sed in hoc casu spectat ad Papam, de crimine spirituali cognoscere, & denunciare illis, ad quos spectat, ut ipsum deponant. Quod si noluerint, vel non poterint, jure Divino est devoluta potestas ad Summum Pontificem: & hoc, quia ipse habet plenitudinem potestatis, quantum ad omnia, quæ sunt de necessitate faciendâ. Si verò Imperium transferendum esset de gente in gentem propter crimen aliquod seculare, vel defectum alium, Papa auctoritate propriâ talem translationem non posset facere, nisi illi, ad quos spectaret, damnabiliter essent negligentes. Fatetur ergo Author & quidem frequenter, Ecclesiam posse Principes deponere, saltem pro criminibus spiritualibus, & etiam pro alijs colpis, si negligant ij, ad quos jus illud spectat.*

Ioannes de Selya *tract. de Benef. par. 3. quæst. 8. num. 31.* ita censet, *Papa solus potest deponere Imperatorem. cap. Ad Apostolicâ. De sent. & re iudic. in 6. & no. doc. post. gloss. in Cap. Venerabilem. de Elect. & in Clement. Romani. De jurejur. Præterea facit, quod Papa potest deponere Regem, ut alias deposuit Regem Franciæ, quia erat effeminatus. Cap. Alius. 15. q. 6. Ita ille, licet in Senatu Parisiensi Præses.*

96. Consentit, & amplius illam potestatem explicat in Senatu Tolosano Præses Stephanus Anfrierus *tract. de potest. Eccles. super laicis eorum, ac prerogativis Ecclesie, num. 32.* Facit, quod notat Baldus in c. Imperialem. §. fin. 1. col. de prohib. feud. alien. per Feder. ubi dicit, quod, si dominus feudi non recognoscit superioro.

perierem, prout est Rex Franciæ, & Pares Curia  
ei nimis favent, Papa cognoscer. Sed dictum huius-  
modi debet intelligi in causa ardua, quia sic loqui-  
tur allegatum cap. Per venerabilem. num. 52.  
117. Papa deponere potest laicum à sua dignitate.  
Gloss. in cap. Nullus. 11. quæst. 1. 11. 4. Papa po-  
test absolvere laicos vasallos à subiectione Principis  
temporalis. Cap. G. avem. De excess. Prælat.  
115. Papa potest absolvere aliquem ab obligatione  
quæsitâ laico, qui ei non subest quoad temporalem  
iurisdictionem, si talis obligatio solam contrahitur  
ex fidei præstatione, ut in cap. 4. De iurejur.

77. Ioannes Faber in Senatu Parliensi Cau-  
satum Patronus in l. Codicis de Summ. Trinit. &  
fid. Cathol. num. 10. Sed de Papa, inquit, non est  
dubium, quin sit superior omnibus Christianis, &  
in temporalibus, & in spiritualibus: ut plene pro-  
bat Hostiensis dicto cap. Per venerabilem.  
ver. b. Paulus. Et idem Innocentius dicto cap.  
super verbo, non recognovit, quod aliter pro-  
batur potest; nam cum Papa sit Vicarius Domini,  
cuius est plenitudo &c. & qui est Princeps Prin-  
cipum, & Rex Regum secundum Apostolum in princ.  
& cui data est omnis potestas Matth. 7. ridiculo-  
sum esset dicere, quin in omnibus temporalibus  
habeat superioritatem, & potestatem. 12. q. 1. cap.  
Præcipimus. Et num. 11. Et cum omnis iurisdi-  
ctio in Vicarium transeat. Extra. De offic. vicar.  
Quia infra. De offic. ejus, qui vic. alter. ob-  
tinet l. 1. Nusquam enim reperitur, quod Domi-  
nus concedendo potestatem Petro, restrinxit ad spi-  
ritualia. Nullus enim negare potest, quin Iesus ha-  
beret omnimodam superioritatem, si exercere vo-  
lisset, cum sit Creator, & sic Dominus. N. 12.  
Tamen satis credo, quod Papa non se debeat intru-  
mittere de temporalis iurisdictione. Imò debet tene-  
re gladium in vagina: nisi in casibus, qui tangunt  
præiudicium anime, vel iustitiæ subversionem, vel  
alias peccatum. Extra. De Judic. c. Novit. De  
foro competen. &c. 13. In casibus tamen præ-  
missis cum agitur de præiudicio anime, populi &c.  
Papa potest, & debet providere: & si necesse sit,  
quoscumque Reges deponere, vel interdicare eis ad-  
ministracionem; & ex minori causa, quam privatos,  
cum eorum fatuitas, vel malitia plus ledat. Ex-  
tra. De suppl. neglig. Prælat. c. Grandi per  
Archidac. & vide Innoc. dicto c. Li. et. Extra.  
De foro competen. 96. dist. Cum ad verum.  
Extra. De voto, & voti redempt. c. Licet. in fi-  
ne. Sic intellige & determina, quod no. in Authent.  
Quomodo oport. Episc. & Cler. in princ. coll.

96. Ut inter Theologos, ita & inter Juris-  
peritos Catholicos ulque ad hæc postrema  
tempora etiam qui iurisdictionem Ecclesiæ su-  
per Reges, & Principes in temporalibus an-  
gustare conati sunt, eam omnino negare ausi  
non sunt. Petrus Gregorius Tholoianus in  
varijs Academijs Franciæ successivè Juris ut-  
riusque Professor, de Repub. lib. 26. cap. 6.  
Quamvis dicamus, inquit, Imperatorem posse  
privari tanquam inutilem suo Imperio per Sum-  
mum Pontificem, Per venerabilem. De elect.  
& simi. Tamen non sequitur, Papam idem jus habe-  
re in alios Reges omnes. Demo tamen causam  
Fidei. Et inf. a. Excipio semper, ut aliàs dixi, cau-  
sas Fidei, in quibus Principes, cuiuscumque sint li-  
beratis, & potestatis, subijciuntur auctoritati Sedi

Romanæ; & pro delictis in illis commissis puniri  
possunt. Sic tamen, ut, sicut delicta sunt personalia  
& non transeunt personis delinquentes, ita nec  
pœna, quæ delicto debetur, non valet jus successo-  
rum in Regno, vel ex consuetudine recepta; vel  
ex lege Regni, quæ proximi ordine post deficientes  
vocantur. Potest enim qui imperat, per delictum  
suum sibi nocere, & se indignum imperio facere,  
at non potest præiudicare ei, qui successurus ei est,  
etiam eo invito, cum non habeat ab eo, sed à ma-  
joribus, vel ex lege familiæ. Et oppositis sibi  
authoritatibus Innocentij IV. in Concilio  
Lugdunensi relati cap. 1. De homicid. in 6. &  
Bonifacij VIII. cap. Statutum. De heret. in 6.  
& cap. Felicis. De Pœnis. etiam in 6. responderet.  
Quamobrem responderem in prædictis constitutioni-  
bus in Principes quoque seculares ex causa peccati  
statuere, ut in alijs.

§. IV.

Corollarium.

99. Inferitur. Imputationem indignissimam vi-  
deri, ubi de Clero Gallicano dicereur, mi-  
nus potestatis erga temporalia in Papa agnosce-  
cere illum, quam ipsosmet Principes secula-  
res. Nam præallegato Authore in cap. 13. ad-  
ventente, de tali Summi Pontificis potestate  
non dubitabant Principes, quorum exempla  
cap. 10. usque ad præsens cap. 13. sunt allata: Non  
dubitabant etiam Ludovicus Germaniæ, &  
Lotharius II. Austrasiæ Reges, cum Carolus  
Calvus Ludovici frater, & Lotharij Patrius  
pactis inter ipsos conventis stare recusat, de  
invasione aliorum Regnorum cogitabat. Illi  
enim ad Nicolaum Primum confugerunt, ut  
ejus auctoritate hoc damnum propulsari cura-  
rent; Oportet propterea, inquiebant, vestra au-  
thoritatis iubar propter generalem sollicitudinem  
nostros invadere fines, ut, quod nulla pœnis sceler-  
ra, nulla movent fraternæ charitatis viscera, nulla  
nectunt consanguinitatis ligamenta. Apostolica In-  
vestio ad censuram Ecclesiasticam venire compellat.  
Omitto, quæ referunt Historici Gallicani de  
Philippo II. Anglorum Rege, à cuius obedi-  
entia subditos absolverat Romanus Pontifex,  
bellum indicente, atque Ottonem Imperato-  
rem a Papa deponi procurante, & de Philippo  
III. Petro Aragoniæ Regi, à cuius obedi-  
entia subditos exemerat Martinus IV. etiam bel-  
lum inferente.

100. Justinus II. Imperator Cosroæ con-  
querenti de receptis Perlamenis Christianis  
ab eo se se subducentibus; Quotiam, ut ait E-  
vagrius, qui rem narrat lib. 5. cap. 7. à ceteris  
Persis miserè, & potissimum Religionis sue  
gratia vexabantur, justam putavit excusatio-  
nem afferre, cum respondit; præstitum pœ-  
næ tempus effluxisse, nec fas esse, ut Christiani Chri-  
stianos in tempore belli ad se confugientes desertos  
esse patiantur. Quid igitur? nonne melius est,  
ut fideles Principibus non se subtrahant,  
etiam si iustam habeant causam (ut si Religionis  
sue gratia vexati Christiani ad Christianos con-  
fugiant) nisi accedente Ecclesiæ auctoritate &

authoritas  
alexandra  
apostolica  
GVI  
186

101. Sed nunquid ita sentiunt Principes tunc tantum, quanto illa potestas Ecclesiastica sibi commodum est. Henricus licet ita, ne dicam furore, correptus, adversus Gregorium VII. cui scribit. faceret, se in causa hæreticos Ecclesiæ subiacere. Hæc sunt ejus verba; Henricus non usurpative, sed piæ Dei ordinatione Rex Hilibrando non jam Apostolico, sed falso Monacho . . . . me quoque, licet indignus inter Christianos sum ad Regnum vocatus, te teste, quem sanctorum Patrum traditio soli Deo iudicandum docuit, nec pro aliquo crimine, nisi a fide (quod absit) exorbitaverim, deponendum asseruit, &c. Deinde notat, Julianum Imperatorem licet Apollatam, ab Episcopis non fuisse depositum, quod eorum prudentiæ, non potestatis defectui tribuit; Cum etiam Julianum Apostatam prudentia sanctorum Episcoporum non sibi, sed soli Deo deponendum commiserit.

102. Atque ea ratio sufficeret ad vindicandam Ecclesiæ suam auctoritatem adversus illius non alium, quem aliqui obijciunt, negantes, ullam ejus fuisse praxim per multa sæcula. Id enim prudentiæ, seu benignitati piæ illius natis, non auctoritatis defectui, adscribendum esset. Adeo periculosa est Sacerdotij cum Imperio contentio, ut illius vitanda causa, multa mala minora sæpe sustinenda sint.

103. Hæc, ut opinor, sufficiunt, ut unusquisque se videat, non necesse iam fuisse hoc tempore declarationem Cleri Gallicani circa istam Ecclesiæ potestatem, quippe cum ne minimum quidem esset periculum, ne Summus Pontifex eâ uteretur; sed etiam plurimum Conciliorum praxi, sanctorum Patrum, & Doctorum, Theologorum, & Jurisperitorum doctrinæ, Principum, eorumque Officialium professioni contrariam, ut iterum marer, ausos fuisse Illustrissimos Episcopos Cæteris Parisiensis eam negare, suamque sententiam Verbo Dei, Patrum traditioni, & Sanctorum exemplis consonam declarare.

104. Opportuna fortassis fuisset hæc doctrina Cleri Gallicani, etsi (absit verbo injuria) minus vera, cum Christiani, martyrij desiderio incensis, occasiones avidè quærebant; at nunc ita refrixit charitas, ut si, quod Deus Optimum avertat, oriretur persecutio, maxima futura esset Religionis ruina. Si enim tam multi injustis potentium desiderijs obsequuntur, ne illorum favore priventur, aut in aliqua temporalia damna incurrant; quid foret Principibus certam mentem intentantibus? Nonne Deus Christianorum debilitati consuloisse existimandus est, qui, ne Judæi veram Religionem averterentur, vetuerat, ne in his Rex infidelis præficeretur, Deuteronom. 17. v. 15.

105. Nescio, an hodie pro Religione omnes Episcopi Galliæ B. Martini pro disciplina constantiam imitarentur, de quo ita scripsit S. Severus Bituric Archiep. in vita B. Martini cap. 23. Atque ut minora tan is inseram (quamvis, ut est nostrorum ætas temporum, quibus jam depravata omnia, atque corrupta sunt, penè præcipuum sit, adulationi Regiæ Sacerdotalem non cessasse constantiam) cum ad Imperat. Maximum ferocis in-

genij virum & bellorum civilium victoriæ clarum plures ex diversis partibus Episcopi convenissent, & sæda circa Principem omnium adulario notaretur, sequè degeneri inconstantia, Regiæ Clientelæ, Sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino Apostolica auctoritas permanebat. Nam etsi pro aliquibus supplicandum Regi fuit, imperavit potius, quam rogavit.

Nescio, an multi ex alijs Ordinibus cum Divo Joanne Damasceno de sacris Imaginibus orat. 1. sub principum, verè dicerent; Nec veritati Regiam amplitudinem prætulit. Loquebar enim, inquit Divinus ille pater David, in conspectu Regum, & non confundebat. Quin etiam ob id magis sum incitatus. Nam ad subiectos decipiendos multum valet Regis auctoritas. Pauci enim, nimirum illi, qui totarum Reges Cælestis Regis Imperio gubernari, & leges debere Regibus imperare sicut, iniqua eorum jussa negligunt, & aspernantur. Et sub finem ejus. Orat. Regio non cedemus Imperio, patrum conanti evertere consuetudinem. Neque enim prius est Regum, Ecclesiastica instituta convellere; his de rebus statuere, atque decernere, non ad Reges pertinet, sed ad Concilia; nam ubi duo, vel tres, inquit Dominus, congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio ipsorum. Ligandi, solvendi que potestatem non Regibus, sed Apostolis, & eorum successoribus, Pastoribus, & Doctoribus Christus dedit.

Si penes Rempublicam manet jus, aliquando Principatum transferendi, ut manere fatendum est, nisi multos Principes Tyrannidis reos facias, quænam occurrere justior ratio poterit eo jure utendi, quam ubi regimen temporale ab æternâ felicitate avertit, ad quam referenda est pax, & tranquillitas civilis, qui proximus est Principatus finis? id autem cum contingit, nonne & Principum severitati, & subditorum saluti omnino necessarium est, ut a fidelitatis juramento absolutio petatur, sicut ab alijs?

Cum autem mutua sit Principum, & subditorum obligatio ad exequenda pacta in institutione Regni conventa, nonne justa erit causa, ut Ecclesiæ præstitæ fidei vinculo eximat lubditos, si Princeps contra datam fidem eos in verâ Religionis custodiâ servandi, a verâ Religione deterreat?

## DISQUISITIO VI.

An, & in quantum ex ratione demonstrari possit Summi Pontificis supra Reges etiam in temporalibus auctoritas?

S. I.

AUTHOR Regalis Sacerdotij præf. lib. 1. §. 17. n. 9. Ecclesiastica, seu Pontificiæ supra Reges in temporalibus auctoritatis præminentiam firmat ex ea quoque ratione, quod ex continuâ, perpetuâque omnium rerum inductione palam sit in omnibus, majus, nobilisque dominari minoribus, ac imperfectio-

fectioribus. Sic namque Angelis est Regium in omnes sensibilibus rerum species dominium. S. Augustinus lib. 83. *quæst.* 76. Damascenus lib. 4. *cap.* 4. Origenes Num. *cap.* 20. Videmus etiam, quæ magis lucent, magis etiam movere, perficere, & agere in hæc inferiora: veluti solem inter planetas, & ignem inter elementa &c. Idem ergo dicendum videtur de potestate Ecclesiastica, illis concessa, quos Christus appellat *lumen mundi*: & Zacharias Propheta *Stellas lucentes in perpetuas æternitates*. Videmus insuper gratiam non animam tantum, sed & corpus perficere, idque virtutes *morales* temperantiæ, atque continentiæ ad virtutem, & æternam felicitatem instruere, & si bonum Religionis exigat, morti & tormentis exponere. Videmus denique jure, & instinctu naturæ omnia sic esse instituta, ut sibi adversantia, & nocentia expellant, exarmentque: & pro conservando bono meliori, universaliorique, imperfecta, & particularia bona, cum propriâ licet pernicie ac etiam interitu, exponant. Sic enim manus ad tuendum caput accurrit, naturalique instinctu vulnus, & dolorem in se recipit: aqua centrum egreditur, & contra impetum naturæ sursum attollitur, ut vacuum impediatur, universo inimicum. Sic quia membra vitæ conservandæ deserviunt, si hujus interstit, ex medici arbitrio amputantur. Sic denique mediæ, & instrumenta omnia fini obtinendo accommodantur, prout huic conducunt, nocentque, ad natum artificis aut amoveantur, aut operi applicantur. Cum ergo Regna, & bona temporalia omnia sint à Deo instituta, ut Religionis, animabus, æternæque felicitati deserviant: tenentur, qui ijs præsumt, hoc facere, & ni faciant, sed potius incommodent, pertinebit ad Caput, Prævidemque Ecclesiæ, illos officij sui admonere, & etiam compellere, nisi velimus dicere, Deum Ecclesiæ suæ, & cuius gratiâ creaturas omnes, sequæ ipsum impendit, minus, quam rebus alijs minimis providisse, negatâ illi, quâ se tueretur, necessariâ potestate: aut contra Providentiæ suæ ordinem tot sæculis obtentum, per miracula tantum conservare voluisse.

Elegans est ista conglobata, non equidem demonstrationis, seu congruentiæ alicujus ratio. Sed numquid Deus in veteri quoque, ne dicam scriptæ, sed etiam non scriptæ Legis; uti vocant naturæ, statu, ex Christi prævisis meritis ad supernaturalem conditionis præminentiam mediante gratiâ sanctificante humanum genus eatenus jam elevaverat, ut in vi hujus ad statum supernaturalem elevationis esset in hominibus debitum quasi connaturale, ut Regna quoque ac bona temporalia Religionis, animabus, æternæque felicitati deserviant? Num verò ex vi hujus Divinæ institutionis pro certo, & indubitato principio statuendum est, politici quoque Regiminis actus universos debuisse non solum ab illius, qui politicum gerebat magistratum, animâ ordinari ad suæ æternæ felicitatis, Religionisque finem, sed ipsis regentibus in statu etiam naturæ, superimpositum fuisse Caput, à quo

ad media fini ejusmodi congruentiâ *authoritative* compellerentur? Imò in statu etiam scriptæ Mosaicæ Legis post institutum Sacerdotium; nam dicere fas esset, politicum quoque regimen, non jam à cujusque Regis propriâ duntaxat animâ ex æternæ felicitatis, Religionisque intentione administrandum fuisse, sed sub isto ad finem supernaturalem ordine Regiam supremam potestatem fuisse subiectam Veteris Testamenti Summo Pontificatui?

Ex præcedentis Disquisitionis §. i. n. 4. constat, Divum Bonaventuram lib. de Ecclesiast. Hierarch. p. 2. *cap.* 1. tenuisse, ac probasse contrarium, nempe in Veteri Testamento Sacerdotium subsistere Regno; ideoque potuisse tunc amovere Sacerdotes summos ab officio; sicut Salomoni amovit Abiathar 3. Reg. 2. Num igitur Seraphicum hunc Doctorem, ex hac doctrina redarguere licebit, ac si Divinum ordinem invertisset, in vi cujus, oporteret, spiritualia, cetera majora, dominari temporalibus, tanquam minoribus? Nequaquam. Sed hic S. Doctor responsurus fuisset, spiritualia ita fuisse cujusque animæ Divinitus demandata, ut temporalia quæque, ipsa quoque Regna à terreno Rege possessa, deberent per gratiâ Divinæ, ex Christi prævisis meritis ipsi destinata, ad salutis æternæ, Religionisque finem ordinari; neque verò hunc ordinem ex connaturali quasi necessitate exigere, ut Caput Ecclesiæ haberet in hoc supernaturali, ac spirituali ordine potestatem, maxime coercitivam erga Reges, sed satis fuisse, si vel ex adhortationibus, Prophetis non raro tunc demandatis, haberet, pro bono Religionis, & felicitatis æternæ fine à Regibus procurando, potestatem *directivam*, & *ordinativam*.

Divus equidem Bonaventura loco cit. ostendit, in Novo Testamento aliter se habere causæ præsentis statum, ita ut temporale regnum, velut quoddam adjectivum jam subiaceat Sacerdotio, possintque adeo Sacerdotes ex causâ amovere Reges ac Imperatores; quando eorum malitia hoc exigit, & Republicæ necessitas sic requirit. Verùm hujus Novi & Antiqui Sacerdotij differentiam is Seraphicus Doctor ex altioribus, non naturalis ordinis, sed fidei Divinæ principijs demonstrat. Merito igitur dubitare licet, utrâ illâ Authoris præcisi ratioinatio aliquid vigoris, ac efficaciam obtineat, cujus adeo dubij resolutionem reservamus in ultimum præsentis Disquisitionis §. 4.

## §. II.

Referuntur partis adversæ Argumenta cum Responsionibus, & Conclusionem super ijs reflexivâ.

ARGUMENTUM I.  
Adversariorum.

EX parte adversâ licet I. argumentari. Totam Pontificiam potestatem contineri illis Christi verbis: *Pasce oves meas*. At munus hoc pascendæ

pascendi peragitur, dum fide Divinâ credenda proponuntur, ac explicantur, & oves, seu fideles à perditionis, corruptorumque morum viâ, monitis, consilijs, interminationibus, censuris revocantur, & diriguntur in viam salutis, quæ omnia sine coactione, & Jurisdictione fieri possunt; veluti Neoterici explicant.

Responsio,

6. **H**Uic argumentationi respondet Author *Regalis Sacerdotij cit. §. 17. n. 1.* Officium Pastoralis circa oves Christi, non tantum versari in pascendo, regendo, & fovendo, sed etiam in separando oves morbosas à sanis, ne infirmetur; abigendo lupos, ne invadant &c. Cum ergo Reges Christiani ad oves Christi pertineant: si eorum aliquis gregem Christi, & Ecclesiam pessumdet, hæreticus evadat, Divinis, ac naturalibus legibus obstinate non pareat, pertinere ad curam Summi Pastoris, nullâ spe correctionis allucente, alijsque remedijs in vanum consumptis, ut hujusmodi Principem ab Ecclesia separet, & potestatem nocendi, veluti furioso gladium extorqueat.

Objectio.

7. **E**X parte adversâ excipitur. Pontificem Romanum in spiritualibus tantum, & quæ Religionem, & animam spectant, esse Regum Pastorem: illique claves Regni caelorum, non Regni terrarum esse commissas.

Responsio,

8. **S**UPER hac exceptione replicat idem *Regalis Sacerdotij* Author. Potestatem spiritua- lem, ac temporalem sic conjunctas esse, ut separari non possint, & separatæ faciliè corumpantur: sicut enim corpore indispotito, organisque corporeis malè affectis, non potest anima suas functiones exercere, ita nec Religionem florere, conservarique posse, Republicâ malè constitutâ, & aliquo perdito Principe imperante. Deum ipsum, quamvis fidem Catholicam, & Ecclesiam per miracula, & specialissimam Providentiam plantaverat, noluisse eam Ethnicis Principibus diu subjacere, sed illis per Constantinum excisis, Imperium ad Christianos transtulisse, sub quibus toto orbe dilatata est, siquidem hominum fragilitate fieri non potuisset, Imperio penes Ethnicos existente, & persecutoribus diu multumque dissimilibus, fidem Catholicam conservari, victâ tandem pœnis patientiâ, quod apertè Christus in persecutione Antichristi eventurum prædixit *Matth. 24.* & exempla Galliarum, Angliæ, Sœciæ, Græciæ &c. plûs nimis ostenderunt, veram Religionem, fidemque Catholicam, turbatâ Republicâ, & infidelibus rerum potitis, excidisse. Cum ergo Imperium, & Religio aded colligata sint, non potuisse unum sine altero, Christi Vicario & Summoque Pastori committi: sicut enim Pastori ovium tantum, non luporum, aut prædonum cura committitur, si tamen isti oves invadant, etiam istos pelleri, & procul arceri, Pasto-

ris officium est: eodem modo nullam in Principes, & Regna potestatem Summo Pontifici esse, nisi quando ex malâ illorum administratione Ecclesia periclitatur, nec alijs remedijs locus est. Eandem utriusque Juris sententiam esse, cum statuunt, concessâ alicui jurisdictione, concedi omnia, quæ ad illam necessaria sunt, & sine quibus exerceri illa efficaciter non potest. *Leg. fin. ff. de Officio ejus, cui mandatur Jurisdictio. Et Leg. 2. ff. de Jurisdicâ omnium Judicum. Et Cap. Præterea. De officio judicis delegati.* Si ergo Principes sæculares ad oves Christi pertinent, quarum cura Petro, ejusque Successoribus commissa est; si & de illorum præcipuè animabus Summo Pontifici reddendæ sunt Deo rationes, tanquam præcipuis Ecclesiæ membris, oportere consequenter, omnem illis potestatem concessam esse, quæ ad eorum animas, subditorumque pascendas, regendas, curandasque necessaria est; nisi velimus, Dei Providentiam, quæ rebus etiam vilissimis necessaria providit, Ecclesiæ non providisse. Esse namque potestatem indirectam in Reges Ecclesiæ, Religionique necessariam, & rem ipsam, & exempla, uti dictum sit, convincere,

Objectio reiterata,

**R**EFLEXIONEM super hisce responsionibus & ratiocinationibus faciendo, occurrit disquisitione dignum: cum sub Ethnicis adhuc Imperatoribus integra in Summis Pontificibus maneret erga Christi fideles cura Pastoralis, & tamen nulla esset Papæ tunc erga Imperatorem, ac Imperium jurisdictione, quomodo verum esse possit, quod ad curam illius officium debito modo exercendum, sit necessaria in Reges, ac Regna jurisdictione coercitiva, seu potestas indirecta ad depositionem usque illorum præpollens? Ex quo equidem Reges Baptismali charactere insigniti, ceperunt esse oves Christi, indubitatum prorsus est, ipsos unâ cum Regnis suis esse commissos Petri, ejusque successorum curæ Pastoralis. Sed per quam rationem, ex hoc præcisio pascendi munere evinci potest, Papæ in illos stricta jurisdictione etiam coercitiva, & non potius Directiva duntaxat per salubria consilia, per Divini Verbi exhortatoriam efficaciam, per æternarum pœnarum, vel etiam à fidelium Ecclesiastico consortio, Sanctorumque suffragiorum communionem exclusionis interminationes? Ex illis igitur Christi Domini ad Petrum prolatis verbis, necdum videtur evinci indirecta illa ad Reges deponendos, suæque Regiæ dignitatis jure temporali privandos, Papæ jurisdictione.


Responsio,

**V**ERUM dubitare nefas est, quod sub sacro illo textu: *Pasce oves meas*, Petro æque commissa sit potestas ovium Christi gubernativa, ac sub istis *Act. 20. v. 28.* Apostoli verbis: *Posuit Christus Episcopus regere Ecclesiam suam*, contineatur veri regiminis auctoritas, atque aded jurisdictione strictè suscepta. Siquidem

Siquidem in hoc ipsissimo textu Apostolico, secundum Græcum idioma, loco verbi *Reges*, invulgatâ versione positi, habeatur verbum *Pascere*: sicut etiam ille Psalmo 22. exaratus versiculus: *Dominus regit me*, juxta Hebraicum textum vertitur, *Dominus pascit me*. Cui proinde conforme est, quod illud ipsum Pastoralis curæ officium, quod Christus Joann. 21. Petro contulit sub hisce verbis: *Pasce oves meas*, eidem Matth. 16. promiserit sub illis vocibus: *Tibi dabo claves Regni cælorum, quodcumque ligaveris, & solveris super terram, erit ligatum & solutum in cælis*. Nequit autem unquam *Pascendi*, quâ conjunctum cum *ligandi, & solvendi* potestate, discrepare ab officio regendi, veram, & strictam importare jurisdictionem. Cujusmodi adeo jurisdictio, seu regendi autoritas ita est in Episcopis, secundum aliquam Pastoralis sollicitudinis partem, ut secundum potestatis plenitudinem sit in Papâ, protendens se super universas Christi oves, ipsosque adeo Reges, ac super quodcumque ovibus Christi super terram inexistentis morale, ad regnum cælorum ordinabile, ac proinde etiam super cuncta Regna Christiana, Regiâque potestatis exercitia, moralitatis in regnum cælorum utique referibilis formalitatem superinduentia. Sub qua proin formalitate fundatur illa Petri successoribus Divinitus concessa, super Regibus, etiam quoad temporalia potestas *indirecta*; uti sæpe jam dictum, & probatum fuit.

ARGUMENTUM II.  
Adversariorum.

EX parte adversa licet 2. argumentari. Si Pontifici in casu publici, Ecclesiæ, seu alicujus Regni fidelibus imminens periculi, esset ad Regem deponendum, *indirecta* saltem potestas, hæc præcipue fundaretur ex jure ac debito naturali, quo Summus Pontifex Christi Ecclesiam, veramque Religionem defendere tenetur. At si ista defensionis necessariæ ratio teneret erga Reges Christianos, cur non æque prævalebat adversus Imperatores Ethnicos, Ecclesiæ capitales inimicos, ita ut Summo Pontifici ex naturalis defensionis jure contra illos tunc esset jus armandi Christianos? Si dicas, illud naturalis defensionis jus obtinere in Papâ erga illos duntaxat Reges, ac Principes Christianos, qui caractere Baptismali sunt insigniti, videtur hinc reddi consequens, ex illâ præcisâ ratione non subsistere *indirectam* Papæ super Reges, quoad temporalia potestatem. Vel si hæc ex jure defensionis necessariæ locum haberet erga Reges non Christianos, cur ergo Divus Thomas 2. 2. q. 12. art. 2. ad 1. respondet: *Ecclesiam in sua novitate, nempe Juliani Apostatæ tempore, nondum habuisse potestatem, terrenos Principes compescendi, & idcirco tolerasse, ut fideles Juliano Apostatæ obedirent in his, quæ nondum erant contra fidem, ut majus periculum fidei vitaretur?*



Responsio.

AD hanc partis adversæ argumentationem videtur, posse Authoris Regalis Sacerdotij *q. 17. n. 2.* deducta responsio accommodari. Quilibet namque Princeps non tantum jus habet, subditos gubernandi, sed ex hoc resultat etiam jus aliud, nempe naturalis defensionis, quo potest alium Principem, etiam non subditum, quia publica commercia turbat, pacta non servat, aliôve modo sibi, suisque infestus est, ad officium compellere, & nisi abstat, bello invadere, regnoque privare. Multo igitur magis poterit Papa, cui Ecclesia concredita est, Principes sæculares Ecclesiæ filios, & quorum potestas temporalis spirituali est subordinata, si Religioni, vel committendo, vel omittendo noceant, & juramentum violent, quo Ecclesiæ se obstrinxerunt, Regno deponere, aliisque modis coercere, idque jure defensionis. Posse enim Ecclesiam non spiritualibus tantum, sed etiam temporalibus pœnis suos hostes comprimere, extra dubium est, modò ipsa non exequatur, & fiat extra sanguinem. *Cap. Inter. 33. q. 2.* Et sunt autoritates Patrum *Cap. De Liguribus. 43. & Cap. Nos vos hominum. 42. Causâ 23. q. 5. & Cap. Iam verò Causâ 23. q. 8.* plerumque enim pœnæ spirituales contemptui sunt impijs, & ludibrio, tantumque abest, ut sint remedio. Et fuisse pœnas temporales etiam ab Apostolis usurpatas; docet S. Hieronymus in *Cap. Legi. 31. Causâ 23. q. 8.*

Reflexio.

REFlexionem super hac præcitati Authoris seu responsione, seu ratiocinatione faciendo, dum dicitur illud jus defensionis pretendi etiam adversus Principem non subditum, videtur omnino evinci, quod Ecclesiæ hoc jus semper competierit contra Imperatores quoque Ethnicos. Cui consonum est, quod nostræ Theologiæ *tom. 9. q. 6. art. 2. cont. 2.* fusè probavimus, Ecclesiæ, ejusve Capiti ex Christi Domini mandato eatenus jus esse, prædicandæ Evangelicæ fidei veritatem, ut, si Principes Ethnici huic prædicationi resisterent, posse Summum Pontificem per Reges Catholicos, armatâ etiam manu adversus ipsos agere; ad vim suo per Christum sancito juri illatam, vi armorum repellendam, ipsosque adeo, si ad illum de Christo annuntiano, finem opus fuerit, Regno suo violenter deiiciendos. Quando igitur S. Thomas *suprà citatus* dixerat: *Ecclesiam in sui novitate non habuisse potestatem, terrenos Principes compescendi*, eo modo accipiendus est, quem mox subjunxit, dicendo: *Tolerasse ideo fideles Juliano Apostatæ obedire in his, quæ non erant contra fidem, ut majus periculum fidei devitaretur*. Ex his namque verbis constat, potestatem, terrenos Principes in sui novitate compescendi, Ecclesiæ eatenus denegari, quatenus cederet in majus fidei periculum. Cum enim claves non sint Petro commissæ, nisi in ordine ad regnum cælorum, atque adeo ad utilitatem fidei, ac Religionis, ubi contingeret, hanc periculo expositum iri per Clavis



in usum, tunc omnino cessaret potestas compescendi Principes, siquidem juri defensionis locus non sit, ubi *moralis* imminet impotentia ad vim repellendam, atque adeo fortiori deinceps manu inferendam. Et hinc non solum erga Ethnicos Imperatores, Ecclesiam haudquaquam subiectos, sed etiam erga Iulianum Apostatam ex vi Baptismalis characteris Ecclesiae subditum, negat S. Thomas, fuisse Papae potestatem, in ejus novitate compescendi, ut scilicet majus fidei periculum evitaretur. Ceterum illius naturalis adversus Reges Ecclesiae sanctae turbatores, defensionis diversa propositio ratio est in illis Principibus, qui fidem nunquam susceperunt, & in ijs, qui sanctae fidei obligationem contraxerunt in sacro Baptismate. De illis enim negat, de his vero asserit Doctor Angelicus *cit. q. 12. art. 2. in Corpore*: *Posse sententialiter puniri ab Ecclesia, & convenienter in hoc puniri, quod subditis dominari non possint, quippe cum hoc vergetur in magnam fidei corruptionem, meritoque adeo propter apostasiam a fide, per sententiam denunciari excommunicatos: atque hinc ipso facto ejus subditos esse absolutos ab ipsius dominio, & juramento fidelitatis, quo ei tenebantur.*

Ex quo proinde conficitur, non tam jure defensionis, quod erga infideles Ecclesiae non subiectos Principes, suo modo potest locum habere, quam jure publicae vindictae, per judicariam auctoritatem procedi posse adversus Principes terrenos, Christi characterem insignitos, si vel a fide, ac Religione deficiant, vel alias sanctae Ecclesiae sint perturbatores, & Regno suo deiciendos; de quo plura inferius in conclusione.

#### ARGUMENTUM III.

##### Adversariorum.

14. **E**X parte adversa licet 3. argumentari. Si quae Pontifici Maximo esset potestas *indirecta* in temporalibus super ipsos Reges protensa, haec dicenda esset fundari in temporalis regiminis subordinatione ad finem regiminis spiritualis. At hanc rationem nullius esse efficaciam, probatur ex imbecillitate fundamenti, super quo construitur illa regiminis temporalis ad regimen spirituale subordinatione. Etenim isthaec petenda esset ex hoc, quod finis Regni, & temporalis gubernationis sit felicitas temporalis, consistens in pace, in divitijs, mutuis commercijs, & quietate rerum suarum possessione, alijsque, quae civem reddere possunt felicem. Haec ipsa vero felicitas temporalis ad finem altiozem, & supernaturalem reduci debet, veram videlicet fidem, Religionem, cultum Dei, exercitium omnium virtutum, quae hominem decent, & quibus ad aeternam felicitatem pervenitur: cum enim Regna sint a Deo instituta, idem finis regnantium esse debet, qui est Dei. At Deus propter seipsum, suamque gloriam, Regna constituit; veluti S. Thomas 1. 2. q. 21. art. 3. & praesertim in *Opusc. de Regim. lib. 1. art. 7.* docuit, Dei igitur gloria eatenus debet Reg-

norum & regnantium finis esse, ut Principes saeculi oporteat, prius quaerere Regnum Dei, & justitiam ejus, quam bona alia temporalia *Matth. 6. v. 33.* quippe cum ista sint media tantum, & illud sit finis. *Deut. 17. v. 18.* Quod proinde Regnum Dei eatenus quaerendum est ex regimine etiam temporali, ut hujus debeat esse subordinatione ad Regnum Dei, atque adeo regimini spirituali intra Ecclesiam Summis Pontificibus conce'dito, subjacere debet. Haec igitur tota est ratio, per quam regimen temporale adstruitur subordinatum regimini spirituali. At vero intelligibile est, quod Reges temporales ex Christi characterem habeant quidem obligationem regiminis sui spiritualis ordinandi ad Regnum Dei, & justitiam ejus, necdum tamen hinc efficitur, quod regimen temporale ex *intrinseca* natura sua habeat istam subordinationem ad regimen spirituale, sed ex parte duntaxat personae operantis, non ex parte operis, seu regiminis, stat istud debitum. Hoc autem posito, rursus intelligibile est, quod Rex, quoad actus suos *morales*, eatenus duntaxat sit in vi Baptismalis characteris obstrictus, ad eos in regnum, seu justitiam Dei referendos, ut tamen hinc nequaquam esse debeat consequens, oportere, ut sit spiritualis quaedam potestas, ejusdem non *directivae* tantum, sed *coercitivae* ordinativa in regnum caelorum, siquidem in jure naturae, vel etiam Lege Moisaica scripta non constat de tali regiminis temporalis ad spirituale regimen *authoritativum* subordinatione. Quare ex illa praecisa temporalis regiminis ad finem regni, & gloriae ac justitiae Dei subordinatione, necdum evincitur, debere in Ecclesia dari regimen spirituale, cum potestate *coercitiva*, & *authoritativa*, protentum super regimine temporali.

##### Responsio.

15. **H**UIC in contrarium adductae ratiocinationi videtur opportunè accommodari posse sequens Authoris *Regalis Sacerdotij cit. §. 17. n. 3.* deducta responsio. Etenim ex omnium consensu, potestas Regia ordinatur ad Religionem, tanquam medium ad suum finem, tanquam minus perfectum ad magis perfectum. Hinc autem fit consequens, ut ille, qui est Caput Religionis, sit etiam Caput Regiae potestatis, in quantum haec pertinet ad Religionem, & qui moderatur fini, ejusque executioni, multo magis moderetur medijs, ad eum finem ex sua natura, & institutione Dei ordinatis. Quia enim sanitas est finis medicinae, liquores, gemmae, ad eandem medicinae artem pertinent, ejusque directioni subjacent: & quia finis nauticae artis est felix ad portum navigatio, idcirco ad eandem pertinet, acum nauticum, ventorum, & stellarum examen, & alia ad hunc finem necessaria instruere, dirigere, mutare &c. veluti multis exemplis alijs eleganter, ac nervose hoc declarat S. Thomas 1. 2. q. 82. art. 4. 1. 2. q. 9. art. 1. 2. 2. q. 23. art. 4. ad 2. & 1. p. q. 57. a. 2. specialiter asseverans:

*Hic.*

Hoc habere rerum ordinem, ut quando aliquid est superius, tunc habeat virtutem magis unitam, & ad plura se extendentem. Pari proinde ratione, cum potestas Regia sit medium, & instrumentum æternæ felicitatis, redditur hinc consequens, illi, cui ex officio istius cura committitur, etiam illius curam esse commissam tanquam inferioris, & instrumenti ex Dei institutione ad felicitatem æternam directi. Si quis enim imaginem suam pictori exprimendam deferat, quis non dicat, hoc ipso factam illi potestatem, colores miscendi, telam poliendi, tingendive radios, & penicillos in omnem partem ex præscripto artis ducendi, & inutiles operi, aut etiam noxios corrigendi, aut, si non possit, omnino projiciendi. Cum ergo Ecclesia militans sit imago triumphantis Ecclesiæ, ad Hebr. 9. quam fide, spe, & charitate, ac præsertim Religione in Deum, velut totidem coloribus imitatur, ejusque pingendi cura Dei Vicario, velut summo pictori sit commendata, Principibus vero tanquam instrumentis, ac penicillis, Divino huic operi deservientibus: ad eundem utique Christi Vicarium pertinebit, inutiles, noxiolque, quibus fœdatur potius, quam perficitur, semovere, aliosque substituere: sic tamen, ut in Principes Ecclesiæ utiles nihil juris exerceat, dicente ipso Christo Phariseis, hoc est, Legis Doctoribus, & Expositoribus: *Date ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.*

## Reflexio.

16. **R**eflexionem super hanc præcitatam Authoris responsione, & argumentatione faciendo, & insistendo præcisè illi principio, quod regimen temporale ex naturâ suâ, & institutione Dei, sit subordinatum regimini spirituali, ad felicitatis æternæ finem adaptato, subintelligit etiam publico, & autoritativo; mox triplex occurrit difficultas, quarum Prima est, quod illud principium minimè fuisset verificandum in statu puræ naturæ, si aliquando extitisset. At hoc necquidquam obstante, Regia potestas, ac regimen temporale quoad *intrinsicam naturam suam* perstitisset prorsus eadem cum autoritate politicâ, quæ jam viget in statu supernaturalis elevationis, illam minimè immutantis, sed solummodo perficientis. De cujuscumque adeo supernaturalis elevationis perfectione semper manet præsentis causæ difficultas, utrum superaddiderit illi potestatem politicam regimini ad regimen spirituale etiam publicum, ne dum autoritativè *directivam*, sed etiam *coercitivam*? Cujus proinde difficultatis resolutio non ex naturâ temporalis regiminis, sed ex altiori fidei principio petenda est.

17. **S**ecunda circa illud principium, hic emergit difficultas ex statu supernaturalis quidem elevationis, sed quatenus viguit sub Lege non scriptâ, seu utriusque mos habet, sub *statu* (non tamen puræ) *naturæ*. In hoc enim subsistebat integra Regiæ potestatis natura, cum subordinatione ad finem æternæ felicitatis, nec non Religionis etiam supernaturalis, in fide scilicet veri Dei radicatâ. Nihilominus

sub isto statu non erat autoritativa regiminis spiritualis super Reges, ad Deum, ejusque justitiam primò quærendam obstrictos, protensa potestas, maximè *coercitiva*. In aperto igitur est, regiminis temporalis ad finem supernaturalem, Deumque verâ fide, ac Religione etiam supernaturali, seu Dei justitiâ, sicque adeo ad Dei Regnum primò quærendum, elevationem, ac subordinationem, ex *præcisâ suâ naturâ* non evincere necessitatem spiritualis regiminis super Reges protensi, cum videndum *autoritativè*, sed etiam *coercitivè* potestatis.

18. **T**ertia difficultas circa præfatum principium, emergit ex statu scriptæ Mosaicæ Legis, Veterisque super hoc fundati Testamenti. In hoc equidem Deus concedebat populo suo leges tum *morales*, tum *cæremoniales*, tum *judiciales* cum sacerdotio, & Imperio. Et tamen illius status proprius finis non felicitas æterna, sed bonorum temporalium abundantia, terrenaque felicitas, cum commissione Christi venturi, Novi que gratiæ. æderis tandem successuri: sicque interioris gratiæ, & sanctitatis ad æternam beatitudinem ordinantis collatio ex Christi prævisis meritis sub isto Mosaicæ scriptæ, & illo non scriptæ Legis statu facta, cum univèrsis supernaturalium donorum effectibus, non ad Antiquum Testamentum, sed ad Christum venturum, atque ad eò ad Legem Evangelicam, cujus ille Divini Fœderis antiquus status erat umbra & figura, reduci debent; uti Theologi tradunt cum S. Thoma cit. q. 106. art. 1. ad 3. Quomodo igitur in hoc Veteris Testamenti statu Regia potestas sub integritate suæ *intrinsicæ naturæ*, unâ cum aliquo etiam præfigurativæ, seu *cæremonialis*, seu etiam *judicialis*, imò, & *moralis elevationis* Divino dotata lumine, dici possit fuisse sacerdotali regimini subiecta, nisi in quantum hæc subordinatione non jam per naturam, sed per specialem Dei institutionem præcepto *judiciali* sancitam, substituisse, ostenderetur. De hoc equidem aliqua differemus in *sequenti conclusionem*. Interea ne in Novo quidem Testamento ex præcisâ temporalis potestatis naturâ, vel etiam quâ in finem æternæ felicitatis ordinabili, evincitur Oecumenicâ spiritualis, non merè *directivæ*, sed *autoritativæ*, & *coercitivæ* supra temporale regimen potestas: sed oportet, hanc ex altiori fidei principio demonstrare; prout fecimus in *antecedentibus*, & aequaliter adhuc faciemus in *subsequentibus*.

## ARGUMENTUM IV.

## Adversariorum.

19. **E**x parte adversâ licet 4. argumentari. Illius in Pontifice erga Reges, Religioni Catholicæ noxios deponendos, potestatis, ratio peti solet etiam ex obligatione, quam omnes fideles habent, veram Religionem, fidemque colendi, & eos, qui eam impugnant, repellendi. Cum enim omnes teneantur jure Divino ad æternam vitam aspirare, ac propterea obligentur ad veram Catholicam Religionem,

Q 3

Dei

Deique mandatorum observantiam, omniaque proinde, quæ hoc impediunt, amolenda, consequens hinc erit, si Princeps aliquis hæreticus fiat, & exemplo, ac præcepto subditos suos in errorem, ac perditionem rapiat, non teneri, nec posse Rempublicam membrum hoc putridum, totum corpus infecturum pati, sed posse, aut debere illud præcidere; juxta illud Christi: *Si oculus tuus, vel pes tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te.*

Verùm si ratio hæc teneret, potius videretur ex eâ evinci, quod subditi fideles propriâ potestate suâ possent inlargere in Regem hujusmodi è medio tollendum, quàm ut appareat, hinc concludi Pontificiæ supra Reges, quoad temporale regimen, potestas *authoritativa*, & *coercitiva*, ad illorum usque depositonem procedere prævalens.

#### Responsio.

20. **S**uper hæc in partem contrariam retortâ ratiocinatione adferri potest responsio ex Authore *Regalis sacerdotij dicto §. 17. n. 4.* argumentum ita profequente. Etenim ex ipsâ naturâ humani præcepti, quod Divino subjacet, obedientia homini delata, si obedientiam Deo debitam impediatur, est hoc ipso abrumpenda. Et ideo *Deut. 17.* prohibetur populus eligere Regem, qui non sit Religione Judæus. Hujus verò præcepti unica causa est, ne Rex à Religione alienus, pertraheret Judæos ad idololatriam. At hæc ratio, cum sit naturalis, tam in Novo, quàm in Veteri Testamento procedit, adeo, ut teste Divo Thomâ ab omnibus recepto. *2. 2. q. 10. art. 8.* etiam infidelibus nullo modo Ecclesiæ subiectis, possit hæc indicare bellum, ne fideles in suâ Religionis exercitio impediatur. A fortiori igitur poterit Ecclesia tali modo procedere erga Regem Christianum, titulo juramenti, & subordinationis illi subiectum. Imò sententiâ Doctorum, præcipue Gallorum, est receptum, Pontifici, si Ecclesiam persequatur, aut in hæresim notoriam incidat, resisti etiam armis posse, ac Pontificatum adimi. Quantò igitur magis Regi notoriè hæretico, & Ecclesiæ persecutori adimi poterit regnum, cum potestas Regalis sit à populo in Reges translata, sitque non *Humani*, sed *Divini* juris? Quinimò Matrimonium, licet jure Divino naturalis institutum, pariat vinculum naturale, sitque indissolubile, si tamen conjux infidelis sine Creatoris injuriâ cohabitare nolit, fidelis liber est, & aliud Matrimonium aggredi potest, *1. ad Corinth. 7. & Cap. Gaudemus. De Divortijs.* Ex cujusmodi adeo argumentis efficaciter probatur, Principem, ubi Religionis detrimento est, exauthorari posse: quod tamen, cum sit prudentiæ, & circumspectionis summæ, & ad illa remedia pertineat, quæ utpote extrema, magnis periculis plerumque conjunguntur, idcirco hujus rei judicium, tanquam gravissimæ, soli Pontifici reservatur, per expressa verba Spiritûs sancti *Deut. 17.* & exemplum habetur in *2. Paralip. 23.*

#### Reflexio.

21. **R**eflexionem super hæc dicti Authoris ratiocinatione faciendo, insignia profectò occurrunt hanc in rem argumenta. Verùm quia ex jure quasi *natura* videtur potestas, exauthorandi Regem hæreticum, concedi populo, officiumque Summi Pontificis in eo duntaxat constitui, ut remedium ejusmodi extremum, singulari cum prudentiâ, circumspectioneque maximâ adhibeatur. Idcirco resultat hæc questio; an, postquam Summus Pontifex Regem declarasset hæreticum, subditorum suorum animos à verâ Religione per vim etiam abalienantem, ipsius exauthoratio à populo eidem subiecto jam fieri posset, vel si hujus quoque sententiâ *judiciaria* deberet, à Summo Pontifice prius lata fuisse, quàm ut populus *effectivæ* exauthorationis executionem adversus Regem suum pertentaret, tunc iterum resultaret questio; *Quomodo ista exauthorandi Regis in Summo Pontifice potestas, evincatur ex præadductâ rationis quasi naturalis efficaciâ, vel, Vtrum in altius fidei principium reducenda sit?*

#### CONCLUSIO.

22. **A**rgumenta ex rationibus petita ad probandam Summi Pontificis erga Reges in temporalibus potestatem, non habent vim demonstrationis, sed alicujus ad hominem congruentiæ, apta tamen sunt elevari ad altiorem vim, ac energiam ex fidei principijs recipiendam; uti in progressu ostenditur.

Explicatur. Si enim Jura, & Bona Ecclesiastica in casu necessitatis statui Politico imminentis subesse possunt dispositioni Magistratûs Politici, non tam *per se*, quàm *per accidens ac indirectè*, prout adversarios prætere, alibi dicitur, ac ex instituto discutitur cum debitis suis moderationibus. Quæ æquitatis ratio supremam Ecclesiæ auctoritatem cohibere posset, ne pro statu gravioris sacrosanctæ Religionis ingruentis discriminis, *per accidens*, ac *indirectè* protendi queat super Jura & Bona temporalia Regis, seu Magistratûs Politici?

#### PROBATIO I.

In qua refellitur prima ex parte adversa deducta argumentatio.

23. **E**X nostra super hanc argumentationem, Authorisque *Regalis Sacerdotij* responsionem, reflexione patet, totam argumenti vim reduci debere in hoc punctum, quod sub voce *Pascendi*, quâ Petrus, ejusque successor est à Christo constitutus Oecumenicus Ecclesiæ Pastor, subintelligatur veræ jurisdictionis potestas gubernativa. Sed in hoc ex sacrâ licet Scripturâ *ibidem* probatum fundamentum, impingunt Neoterici, cum Heideggero in Bullam *Indictionis Concil. Trident. q. 4. cohibita* Argum.

Argum. 1. excipientes: Summum quoque Magistratum politicum esse Pastorem Ecclesie, Petrumque non fuisse universalis Ecclesie Pastorem, ut pote qui majorem reliquis Apostolis jurisdictionem non obtinuerit, neque pascendi munus ipsi delatum fuisse personale, sed commune omnium Apostolorum. In hoc equidem puncto nihil commune est Clero Gallicano cum Neoteriis, quia tamen idem Clerus mox insurgeret adversus illum, qui eam indirectam Ecclesie erga Reges in temporalibus potestatem contenderet, ad universos Apostolos (& hinc foras illis ad cunctos Episcopos) extendendam, ideo specialis quaedam Papae prerogativa ex praeductis verbis: *Pasce oves meas*, est hic eruenda, ne, dum ceteri Apostoli videntur fuisse pares Petro, in hoc, ejusque successore aequae fiat dubia, potestatis Apostolicae supra Reges etiam quoad temporalia, licet indirecta, extensio. Exordiendo igitur a Magistratu politico, venit merito disquirendum, ubi Christus aequae Summo Magistratu politico commiserit Pastoralis erga universos fideles officij curam, ac Petro, cui specificè dixit *Ioan. 20. Pasce oves meas*? Hanc proinde Pastoralis muneris indefinitam, omnes Christi oves complectentem auctoritatem, soli Petro, non autem ceteris Apostolis commissam esse, constat tum ex manifestà illius sacri Textus littera, specificè, ac individualiter directà ad Petrum, tum ex praviâ Christi promissione, Petrum personalitèr complectente hinc verbis: *Tibi dabo claves regni caelorum, & quodcumque solveris, vel ligaveris super terram, erit solutum, seu ligatum in Caelis.*

## Objectio.

14. EX parte adversa excipi potest. Christum Dominum *Matth. 18.* universis Apostolis dixisse: *Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Caelis, & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelis* Quam proinde promissam potestatem Christus actu contulit omnibus Apostolis *Ioan. 20.* dicens: *Sicut misi me vivens Pater, & ego mitto vos.* Et hinc omnes Apostoli respectu totius orbis acceperunt à Christo mandatum docendi, adeoque pascendi omnes gentes, *Matth. ult.*

## Responsio.

25. PRO responsione, oportet, hic bene advertere, illam universalem à Christo commissam solvendi potestatem fuisse cunctis Apostolis collatam per modum legationis, seu missionis, juxta verba Christi *Ioan. 20.* *Mitto vos.* Unde & Paulus 2. ad *Corinth. 5. v. 20.* ait. *Pro Christo ergo legatione fungimur.* Et specialiter de se ipso Paulus ad *Ephe. 6. v. 20.* ait: *Pro quo (Evangelij scilicet mysterio) legatione fungimur.* Atqui ex ipsa naturâ legationis constat, ipsam non esse perpetuam, seu ad successores transferibilem, sed industriam personae, cum qua cohaereat, atque adeo expiret, esse in eâ electam. Econtra verò Christus Dominus *Matth. 16.* ita promissio Petro claves regni caelorum cum indefi-

nitâ ligandi, & solvendi potestate universali, ut apertis verbis suis statuerit hujus potestatis cum Ecclesiâ super petram inviolabiliter, ac perpetuè fundandâ, connexionem. At verò auctoritas cum perpetuo Ecclesie statu coëxa non potest non perpetua, atque adeo in successores transferibilis esse. Hanc ipsam verò indefinitam auctoritatem Christus post Resurrectionem adualitèr commisit Petro, dicens *Ioan. 21. Pasce agnos meos, pasce oves meas.* Hinc autem verbis significatur Pastoralis officij potestas, indefinitè complectens omnes Christi fideles, atque adeo ipsos etiam Apostolos, seu Christi agnos. In quo proinde singulare elucet discrimen potestatis Petro, ac ceteris Apostolis commissae, cum huiusmodi dictum sit, ut essent Christi ovium, & agnorum indefinitè Pastores, sed ut per modum missionis, seu legationis euntes, docerent omnes gentes. Unde concluditur, soli Petro esse commissum pastorale in omnes Christi fideles officium, quâ connexionem cum perpetuo Ecclesiâ itatu. Cum igitur officium Pastorale cum tali perpetuo Ecclesie statu connexionem, Petro commissum, oporteat, esse perpetuum, e contra potestas ligandi, ac solvendi Apostolis per modum legationis concessa de sua naturâ sit restricta ad eorum personas, facile elucet, cur Petri, non autem ceterorum Apostolorum jurisdictionis auctoritas transierit in successores. Et quia ista Petri in successores transiens ligandi, ac solvendi potestas, complectitur quodcumque in terris ordinabile ad regnum caelorum, quomodo fas erit, vel Reges Christianos dicere, non esse de ovibus Christi, vel Regiae potestatis seu exercitiij, seu applicabilitatem moralem non contineri illo quocumque, quoad moralitatis, ex statu supernaturali, in quosvis hominis Christiani actus liberò derivandæ formalitatem, ad regnum caelorum ordinabilem.

## PROBATIO II.

In qua fit confutatio argumentationis ex parte adversâ à n. 11. deductæ.

26. NOSTRA super eâ argumentatione, ac reciproca eidem accommodatâ responsione, reflexio tandem concludebat, non tam iure defensionis, quod erga infideles, Ecclesie non subiectos Principes, suo modo locum habet, quam iure publicæ vindictæ, per judiciariam auctoritatem procedi posse adversus Principes, Christi caractere insignitos, si vel à fide deficiant, vel alias sanctæ Ecclesie sint perturbatores. Cujus assertionis nostræ sequens adstruitur fundamentum. Etenim iure naturæ certissimum est morale hoc principium; quod suprema Regia potestas non tantum in viâ defensionis possit Coronæ suæ, seu Majestatis iurium invalorem per viam defensionis vi etiam armata repellere: sed, quod supremæ potestatis auctoritate possit etiam judicialitèr decernere de injurijs, sibi quoad Majestatis suæ jura illatis, sicque bellum justum offensivè suscipiendum sancire, indeque militari exercitu progredi ad alterum, quantum vis supremum Regem, sibi non aliter subiectum, quam

ex titulo delicti adversus jura sua Regia perpetrati, & armis invasi, e Regno suo deiciendum, cum *reali* simul & *authoritativa* juris Regii, eidem prius competentis, privatione, atque abdicatione. At de fide quoque certissimum est, Oecumenicam Summi Pontificis unã & Concilij, vicariã Christi autoritate muniti, potestatem esse supremam. De cujusmodi adeo autoritate, supremã potestatis veram, & perfectam obtinentis rationem, disquiri potest; *An non pari proportionaliter modo per arma sibi proportionata possit adversus Regem, jurum Divinã Religionis sibi per Christum appropriatorum aggressorem incorrigibilem, & contumacem procedere ad privationem usque Regni, jurisque Regij, ei aliã competentis, abdicationem, & judicialiter decernendam, & ubi decreta est, authoritativè demandandam executionem?* In supremã politicã, & supremã Ecclesiasticã potestate (sub ejusmodi supremã in terris autoritatis ratione) est univoca convenientia: sicque adeo jus illud, quod potestati Regiã adversus alterum, Regem Majestatis iurium aggressorem, diximus convenire, non subilit ex differentiã *specificã* supremã politicã autoritatis, quã lumini duntaxat naturali commensurata, sed quemadmodum ratio virtutis est *genericã*, & univocã respectu virtutum naturalium, & supernaturalium, sic illud supremã in terris autoritatis, quã supremã jus, de seipso adversus alterum, æque licet supremum Regem *judicialiter*, & *militariter* vindicando, est *genericum* & *univocum* respectu cujuscunque, sive naturalis, & politicã, sive supernaturalis Divino lumini fidei proportionate autoritatis, quatenus suprema est.

27.

Ex quo adeo principio ab Ecclesiasticã, & politicã supremarum potestatum *specificis* differentijs abstractivo, ubi per fidei lumen subsumerelicet, Oecumenicam Ecclesiã autoritatem verè supremam esse, per consequentiam Theologicè demonstrativam inferitur prorsus certum, ac indubitatum principium, quod hæc Ecclesiã Oecumenica autoritas suprema habeat sibi *intrinsicum* jus, armis sibi proportionatis vindicandi jurium suorum, Majestatisque suã vicariã, ac Ecclesiã sanctã violationes injuriosas, & sacrilegas, ubi saltem contumacia, & contemptus accesserit. Atqui arma Ecclesiastica supremã potestati proportionata sunt tum vis coercitiva *Matth. 18.* descripta, à correctione fraternã procedens ad censuram illam, per quam Ecclesiam non audiens, instar Ethnici, & publicani sit habendus, tum potestas solvendi quodcumque in terris *sub moralitatis Christiano condignæ* formalitate obtinens vel debitum respectum ad regnum cælorum, vel *moralem* ab hoc deordinatione. In hoc autem ordine *moralitatis* ad Regnum Cælorum ordinabilis, quis negare audeat, cunctos Reges Christianos esse censendos, unã cum suis publici etiam regiminis actibus *moralibus*, Regiãque potestatis ad suam personam subjectivã applicabilitate, quã justitiã & naturali, & supernaturali, Religionique adeo contentantur? Quod si ergo sub hac *moralitatis* ad supernaturalem statum Divinitus elevatã men-

surã per autoritatem Ecclesiã Oecumenicam, proferatur judicium ex *indefinita*, super quocumque ad regnum cælorum ordinabili jure regio, protensã solvendi potestate, quid stante ejusmodi per Christum sanctã, & in cælis ratã solutione, poterit in Rege Christiano per suam nequitiam talis censura Ecclesiasticã condemnato, superesse de Regiã potestatis, non secundum se *formaliter* spectatã supereminentiã, sed qua inexistebat huic supposito, Oecumenicã Ecclesiã autoritati subdito, ac per sententiam legitimè exauthorato?

## PROBATIO III.

IN qua examinatur Autoritatis politicã ad Ecclesiasticã subordinatio, unã cum *terty* Adversariorum à *n. 14.* adducti argumenti confutatione, sitque reflexio super Authoris *Regalis Sacerdotij* ad istam, ex adversã parte argumentationem, responzione.

Statuamus indubitam cunctorum *moralium* in homine circa res spirituales, seu temporale: actuum, subordinatorem ad æternã felicitatis finem supernaturalem, statum usin super temporalium universorum, quã hominis *moralis* dispositioni subjacentium ad spiritualia ex infularum virtutum *moralium* exigentiã quasi connaturaliter congenitam coordinatorem. Nunquid ergo ex vi supernaturalis elevationis cunctis hominibus inerit ista, ex virtute præcipue Religionis ad Dei cultum in fide radicatum, adeoque supernaturalem, obligatio? Ex cujus etiam obligationis contestandæ ratione, erat in Lege naturæ institutum sacrificium, & sacerdotium Abelis, Noemi, Melchisedechi, Abrahæ, Iobi, & aliorum sanctorum virorum. Nunquid verò isti sacerdotio, ipsis etiam Regibus quandoque Divinitus collato, annexã erat potestas supra Reges, à viã salutis æternæ nedum in suis personis recedentes, sed alios insuper à sanctã Divinã fidei Religionis seducentes? In statu Mosaicã Legis altius evehebatur Sacerdotij dignitas, ut haberet potestatem autoritativam, in dubijs interpretandi leges judiciales, debuitque ipsemet politicus Judex suum judicium conformare isti Summi Sacerdotis sententiã, ut proinde pronuntiandus fuerit mortis reus, qui Sacerdotis imperio, & decreto Judicis obedire nolisset. Nunquid verò hæc Summi sacerdotis in Lege Veteri autoritas erat ex temporalium erga spiritualia, per *ius naturæ* determinatã subordinatione, vel potius ex Divinã Lege *positivã* ejus statûs propriã? Sic proinde non ex naturali præcilio supernaturalis elevationis statu, temporaliumque ad spiritualia subordinationis jure quasi connaturali, sed ex jure Divino *positivo* statûs *Evangelicis* proprio, definiendã est Summi in Novo Fœdere Sacerdotij super Reges quoad temporalitates *moralis* supernaturalis Religionis *debito* vestitas, protensã potestas. Quod adeo *positivum*, ex Christi mandato in Petri successore sublitens jus, multis jam expostum fuit,

28.

fuit, aequaliter adhuc exponendum in subsequen-  
tibus.

PROBATIO IV.

Reflexiva super quartum opposita  
partis argumentum à n. 19. expo-  
situm, unà cum responsionibus ibidem ad-  
ductis.

27. Sescitari hinc lubeat ex argumentante, an  
illo suo argumento intendat probare, quòd Rex in vi  
Iuris Divini sit exauthoratus, ac depositus ipso fa-  
cto, si fiat hæreticus, vel alias sit Ecclesiæ no-  
torius persecutor? Nunquid enim ex vi Iuris Di-  
vini Deut. 17. prohibentis, à populo Israelitico  
eligi Regem à Iudaicà, pro tunc verà, Reli-  
gione alienum, talis electio fuisset invalida?  
Nunquid Matrimonij vinculum, si unus infi-  
delium conjugum convertatur ad fidem Chri-  
stianam, altero renuente converti, ex par-  
te illius per Ius Divinum ipso facto invalidatur?  
Num, si Summus Pontifex possit suæ supre-  
mæ autoritatis potestate Regi infideli, Eccle-  
siæ sanctæ, Evangelijque propagationi positivè,  
ac violenter resistenti, bellum indicere, sicque  
devictum ex iustitiæ vindictivæ jure, cuique  
supremo Principi inexistente, indirectè exau-  
thorare, oporteat autem, uti argumentans  
dicit, major hæc in parte esse Ecclesiæ potestatis  
erga Regem Christianum, sui juramenti im-  
memorem, ac perfidum Orthodoxæ Religio-  
nis hostem, num, inquam, sub hac majori-  
tatis ratione credendum est insinuari, quòd  
istud majus exauthorandi Reges jus, ex spe-  
ciali aliquo, ac specifico Iure Divino tam na-  
turali, quam positivo competat Ecclesiæ? Ita  
perfectò est à nobis jam frequentius ostensum,  
Ecclesiæ jus esse positivum à Christo Domino  
constitutum, & annexum Summo Pontifica-  
tui sub verbis: *Quodcumque solveris super ter-  
ram.* Neque tamen in vi hujus Iuris Divini  
ipso facto exauthoratur Rex hæreticus, sed  
per Oecumenicæ autoritatis judicariam sen-  
tentiam faciendâ est talis exauthoratio: pro-  
ut isthæc Summi Pontificis potestas magis ad-  
huc patebit ex dicendis infra à S. sequenti.

§. III.

Referuntur nostratis sententiæ  
argumenta.

ARGUMENTUM I.

30. Auctor Regalis Sacerdotij cit. §. 17. n. 5. ar-  
gumentatur 1. Potestatis super Reges quo-  
ad temporalia etiam protentæ rationem desu-  
mendo ex juramento, quo se Reges Ecclesiæ,  
& subditis obstringunt: quando enim Regi-  
bus habent committuntur, juramento se ob-  
ligant & subditis, de eorum privilegijs non  
infringendis, & Ecclesiæ, de illâ contra ho-  
stes defendendâ; veluti pateat ex juramento  
Caroli Magni apud Spondanum anno 800. &  
Ottonis Imperatoris in Cap. Tibi. 32. dist. 63.

Si ergo fidem, & juramenta fallant, à privâ-  
tis quidem æquo animo sunt tolerandi, autho-  
ritate tamen politicâ coerceri possunt; uti ele-  
gantè docuit S. Thomas de Regim. Princip. lib.  
1. toto. cap. 6. Fidem enim frangenti, fides im-  
punè non servatur, viderique super hoc potest  
Cap. 3. De Iurejurando. Cap. 28. De Simonia. Cap.  
Frustra. De Regulis Iuris in 6. Lex. Cum personas.  
21. Cod. De pactis: Clementina unica. De Iureju-  
rando. Cum ergo causa juramenti, & perju-  
rij sit fori Ecclesiastici. Cap. 1. De Iudic. & Cap.  
34. De Elect. Ideo si hoc à Regibus committat-  
tur, cur à Summis Pontificibus judicari, & pœ-  
nis coerceri non possit? Ergo ex hoc saltem  
capite Summorum Pontificum judicio submit-  
tuntur.

Reflexio.

Reflexionem super hac argumentatione faci-  
ciendo, facile concedet pars adversa, per-  
jurij reatum sive privativè, sive cumulativè  
in personis secularibus esse fori Ecclesiastici,  
sicque ad eò in Regibus subesse iudicio Ponti-  
ficis, ejusque virgæ correctoriæ Matth. 18. per  
Christum lancitæ, in vi cujus super omni Chri-  
stianorum peccato notorio, per viam ibidem de-  
scriptam, procedi potest usque ad separationem  
à Communione fidelium. Sed an ultra hanc  
censuram progredi valeat Ecclesia, decernendo  
exauthorationem, ac depositionem Reg-  
um, alibi quidem fuit discussum ex fidei prin-  
cipijs, attamen ex præciso argumento proxi-  
mè deducto, necdum evincitur. De quo ser-  
mo nobis erit infra.

ARGUMENTUM II.

Auctor præcitatus n. 6. argumentatur 2.  
Pro nostrate sententiâ rationem desumi  
posse ex potestate interpretandi, declarandi-  
que Iuris Divini, & naturalis dubij. Hanc  
enim Summis Pontificibus concedunt Catho-  
lici omnes, quippe cum potestas ejusmo-  
di apertissime deducatur ex Deut. 17. cap. Cum  
ergo detur aliquis casus, in quo Galli faten-  
tur, Principem abdicari posse: imò P. Maym-  
bourg. lib. 2. histor. Iconoclast. hanc abdi-  
candi Reges potestatem Statibus, & Comitijs  
Generalibus concedat; cur non possit Sum-  
mus Pontifex saltem per viam autoritativæ  
declarationis pronunciare, in consensu cæter-  
arum circumstantiarum, & ob gravissima ma-  
la Reipublicæ Christianæ, Religionique, ac  
Ecclesiæ impendunt, juramentum à subditis  
præstitum, non obligare, eosque solutos, libe-  
rosque esse. Si enim concedimus, casum aliquè  
dati, in quo juramentum hoc non obliget,  
quando is contingat, iudicium erit Summi  
Pontificis, ad quem causæ juramentorum spe-  
ctant. Cap. 31. De iudicij. Cap. 34. De elect.  
Quid ergo quoad effectum ipsum differt, sive  
dicamur, jus Pontificium in Reges esse veræ  
potestatis, sive meræ declarationis, & inter-  
pretationis autoritativæ? Quemadmodum  
Summus Pontifex sive dispenset in præcepto,  
sive declaret, præceptum resistendi cessare,  
utroque modo obligatio resistendi sublata est.

R

Quòd

33. Quod si quis hanc ipsam declarandi potestatem Pontifici negaret, in primis negaret, quod nunquam, salva Religione, negatum est. Deinde disquiri exinde posset, ad quem ergo ista declarandi facultas pertineat, an ad subditos universos? Atque tunc miserima est omnium juramentorum, omniumque Regum conditio, si Coronæ, & Imperia voluntati, arbitrio, & declarationi eorum subjaceant: quibus, cum placuerit, & aliter judicaverint, sua erga Regem juramenta solvantur. An nemo sit, qui jurisjurandi dubiam obligationem interpretando solvere valeat? Atque tunc iterum misera erit omnium jurantium conditio, si in tantâ casuum varietate, & alteratione, dum merito dubitatur de juramenti subsistentiâ, nemo sit, qui dubitantes absolvere, dubioque liberare valeat.

Quis ergo Francos juramento, quod Childerico dixerant, absolvit? Quis Romanos, cum à Græcis ad Carolum Magnum Francorum Regem defecerunt? Quis eisdem Francos, cum Hugoni Capeto Regnum detulerant, Carolo I. Lotharingæ Duci, & Regij sanguinis proximo debitum? Quod si proinde concedatur, alicui esse potestatem interpretandi juramentum, nemo jam superest, cui hoc deferatur, nisi Magistratui Ecclesiastico, ei que præcipue, cui dictum est: *Quodcumque solveris super terram &c.* Quod Ecclesia Gallicana aperte professâ est, quam per os Petronij Cardinalis sic locutam accepimus in Comitij generalibus Anno 1615. *Sacramento vinciri Reges Gallie, ubi inaugurantur, pellendis Regno suo hæreticis: si pejeraverint in hæresin ipsi degeneres, si factores hæresiarcharum, si novi dogmatis assertores, debent ultionem Vicario Dei, ad quem unum ex Lege spectat perjurijs pena, Gramondus lib. 1. Histor. ad Annum 1615. fol. 65.*

#### Reflexio.

34. Reflexionem super hac argumentatione faciendâ, videtur opportunum, indagare naturam juramenti, quod Reges præstant. Hoc implicite saltem, ac virtuali pactioni superstruitur, tum Regni bonum politicum, & Ecclesiasticum, justitiamque inter subditos promovendi, & administrandi, tum Religionem Orthodoxæ Fidei servandi integram adversus hæresiarchas &c. Si Rex igitur in hujus pactionis observantiâ deficiat, adeoque factus sit, ipsi frangenti fidem, reciprocè fidem frangere, an pactionis hujusmodi vinculum ex parte illius, cui juratum est, ipso iure naturæ solvitur? Ad quid ergo opus esset declaratione autoritativâ, nisi super pactionis, cui iusjurandum superstruitur, seu observantiâ, seu violatione iuridicè decernendâ?

Num verò, quia talis pactionis vinculum, quod in purâ etiam naturâ statu subsistere, atque iurejurando, quâ lumini naturali consensu, firmari posset, soli Pontifici potestati reservatum dixeris? Ubi verò hujus pactionis per fidei ex parte Regis fractionem invalidatio esset iuridicè declarata, numquid per ipsam rei naturam rueret iurisjurandi, utpote

accessoria obligatio? Ad quid igitur Franci, quando Childericum Regem ineptum regimini in suis Comitij publico etiam iudicio decreverant, recursum habuerunt ad Sedem Apostolicam? An quia dubium super fuerat de causis invalidatæ virtualis illius pactionis? At numquid hoc etiam iudicium, qua politicum illum contractum præcisè concernens, secundum ipsum jus naturæ, erat adhuc propositionatum sphaeræ Tribunalis Civilis? Altius igitur quædam ratio investiganda est, cur iudicium illud de Childerico deiciendo à regimine Franciæ, & subrogando Pipino, delatum fuerit ad Summum Pontificem. Quæ altioris indaginis ratio ab Authore Regalis Sacerdotij rectè reductur in ea Christi verba, ad Petrum, ejusque successores prolata: *Quodcumque solveris super terram &c.* At quomodo ex hoc Divino Christi oraculo deduci valeat illa sublimior investigatio præsentis innotuit nostro specialiter accommodata ratio, necdum apparet ex prædicti authoris argumentatione. Unde præterquam, quod in præcedentibus in hoc indagando laboraverimus, ejus aliqualem adhuc discussionem præsentis rei statui opportunam reliquamus in sequentem conclusionem.

#### ARGUMENTUM III.

A Author Regalis Sacerdotij præcatus n. 71. 35. argumentatur ex hoc, quod Imperatoribus, & Regibus intumbat, esse Advocatos, & Defensores sanctæ Ecclesiæ. Etenim hoc Advocati & Defensoris Ecclesiæ munere obstringi Reges, ac Imperatores, expressè habetur in Cap. Venerabilem. De Elect. & Clement. Romani. De iurejurando: nec non in Cap. 2. in 6. De supplenda neglig. Pralat. Fatentur idiplum etiam Electores Imperij; uti videre est apud Bovium ad annum 1314. & Albertus Austriacus ad Bonifacium VIII. apud Baronium ad annum 996. Ipse Rex Christianissimus tom. 2. *Preuves des libertes de l'Eglise Gallicane* scribitur per Archiepiscopum Parisiensem sic allocutus Clementem VII. quod ipsi tanquam vero Christi Vicario, & Petri successori obedientiam præstet, seque, & sua Regna, & dominia pro sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tuitione offert, & pollicetur. Similia scribit tum Beatus Leo Epist. 73. ad Leonem Augustum, quod Regiam potestatem debeat agnoscere sibi collatam ad Ecclesiæ præsidium: tum B. Gregorius Papa ad Mauritium Imperatorem lib. 2. indist. 11. Epist. 6. quod oporteat, ut terrestri regnû caelesti famuletur. Cum proinde ex allatis textibus certissimum sit, Imperatores, Reges, Principesque omnes advocatos esse, defensores, ministrosque Ecclesiæ, adeo ut ex intentione Dei hic fuerit primus, præcipuusque finis, Reges, Regiamque potestatem instituendi, ut scilicet Ecclesiæ, ac fidei deservirent. Idcirco, si Ecclesiæ noceant, eamque opprimant, cui patrocinium debent, poterit in illos, velut in suos ministros, advocatosque Ecclesiæ, animadvertere, & in officio continere; nam ut bene argumentatur Innocentius III. Cap. Venerabilem. De Electione. *Etiam quid*

quid enim Ecclesia Advocato & Defensore carebit, eorumque culpa redundabit ipsi in poenam?

## Reflexio.

36. Reflexionem super hæc argumentatione faciendo, disquirere lubet; Num advocati Ecclesie officium, seu Regi, seu Imperatori incumbat ex specifico jure alicujus quasi contractus; seu passionis saltem implicitæ? In Occidentis equidem Imperatore videtur talis quasi contractus subsistere, dum Pontifex Romanus Imperium Græcis ademptum, transtulit in Francos & Germanos, sub tacita quasi conditione talis oneris: at tamen hæc ratio locum non habebat olim vel in Orientis Imperatore, vel etiam in Regibus, in quos aliâ viâ, ac independenti à Romanis Pontificibus, prorogatur successio Regiæ potestatis.

37. De his igitur rursus movetur quæstio; An ex aliquo jure specifico Romani Pontificatus proprio, obstringantur ad ejusmodi advocati, seu Defensoris Ecclesie munus, vel potius ex obligatione quasi transcendentali characterem Christianitatis consequente, in vi cuius non privata duntaxat, seu personalia, seu realia, sed publica etiam, ac Regia jura cum Christi caractere in eo subiecto conjuncta, quilibet homo Christianus tenetur saltem non usurpare in perniciem Ecclesie? At ex quo fundamento ostenditur ista Regis Christiani obligatio positiva, ad se cum universis suis potentibus, & juribus pro Ecclesia impendendum in casu saltem necessitatis? An isthæc fortassis obligatio, uti in omnibus Christianis, præcipue in Regibus Baptismali caractere insignitis, fundatur in hoc, quod per istum Christi characterem sint subditi, per fidem sverò membra Ecclesie, sit autem juris quasi naturalis, ut subditi pro suo Superiore, ac membrum pro sui corporis seu naturalis, seu politici conservatione, omni virtute, ac potentia sua impendat se in calu nedum extrema, sed etiam gravis necessitatis? Hoc autem supposito, ex ipsius etiam naturæ lumine principium perspectum est, in quo est talis obligatio, posse, dum illam non præstat, adversus ipsum insitum seu querelam, seu processum publicum: atque adeo Ecclesie potestatem esse, conveniendi Reges Christianos, atque durius contra ipsos agendi, si deficient in illa sua obligatione, quamvis ex illo præciso argumento necdum eluceat, quanta sit Ecclesie, ac specificè Summi Pontificis autoritas in tali defectu procedendi adversus Reges Christianos, Sed istud punctum decidendum venit ex alijs hæcenus deductis fidei principijs.

## ARGUMENTUM IV.

38. Auctor Regalis sacerdotij cit. S. 17. argumentatur 4. ex comparatione temporalis, ac Ecclesiasticæ dignitatis. Hanc enim esse illâ multo majorem, fatentur omnes, elegantèrque docuit Innocentius III. in Decretali ad Constantinopolitanum Imperatorem Cap. sollicitè, de Majorit. & obed. ubi inter aliâ sic habetur: Præterea nosse debebat, quod fecit Deus duo luminaria in firmamento cali, luminare

majus, ut præset diei, & luminare minus, ut præset nocti: utrumque magnum, sed alterum minus. Ad firmamentum igitur cali, hoc est, universalis Ecclesie, fecit Deus duo luminaria, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis, & Regalis potestas, sed illa, quæ præset diebus, id est, spiritualibus, major est, quæ verò carnalibus, minor, ut quanta sit inter solem, & lunam, tanta inter Pontifices, & Reges differentia agnoscat.

Simile habet Gelasius Papa ad Anastasium Imperatorem: Nôsti, inquiens, quod licet præfideas humano generi dignitate rerum, tamen Præsidibus Divinarum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expetis, inque sumendis celestibus Sacramentis: esque, ut competit, dispensandis, subdit te debere, cognoscis Religionis ordinem potius, quam præesse. Nôsti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi velle voluntatem. Etsi cunctis generaliter Sacerdotibus rectè Divina tractantibus fidelium corda convenit submitti: quanto potius sedis illius Præsuli consensus est adhibendus, quem cunctis Sacerdotibus & Divinitas summa voluit præeminere, & subsequens generalis Ecclesie pietas jugiter celebravit?

Hæc ergo suppositâ Ecclesiasticæ supra sæcularem potestatem prærogativâ, & excellentiâ, argumentari sic licet. Ad minus tantum debemus Ecclesiasticæ potestati in sæcularia bona, personasque concedere, quantum conceditur temporali potestati in bona, & personas Ecclesiasticas: cur enim majori potestati, & nobiliori minus concedamus? Videmus verò passim, Principes temporales, in Galliâ præsertim, indirectam potestatem in personas, & bona Ecclesiastica exercere; quæ tamen omni jure Divino, humanoque exempta esse, omnes fatentur.

## Reflexio.

39. Reflexionem super isthæc argumentatione faciendo, disquiro; quia solis super lunam præminencia lunares influxus non valet ex integro moderari, quod minus in hominibus pericæ prævaleant in ordine ad quosdam sublunariis noxios effectus; An majoris erga Regiam potestatem sit Ecclesiasticæ autoritatis efficacia, universis Regiæ Majestatis juribus prævalere potens? Et quia Gelasius Papa Sacerdotij, & a fortiori Summi Ecclesie Pontificatus supra Imperatorem præminentiam videtur definisse præcisè in ordine ad spiritualia, quo jure extendatur ad temporalia, & quidem cum vi coercitivâ, & quasi coactivâ? Certè S. Hieronymus Epist. 2. ad Nepotianum. Ecclesie sanctæ Antistites ita alloquitur: Recordemur semper, quid Apostolus Petrus (sux Epist. 5.) præcipit Sacerdotibus: Pascite eum, qui in vobis est, gregem Domini, procedentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucrû gratiâ, sed voluntariè, neque ut dominantes in Clerum (multo minus in potestatem Regiam) sed forma sacri gregis ex animo. Ex cuiusmodi Patrum sententijs redarguunt Neoterici, quod Deus unicam supremam architectonicam, & autoritativam potestatem, jure gladij armatam instituerit in terris, cujus proinde juris

R 2

dictione



ditioni omnis anima, juxta Apostolum Rom. 13. subiecta, & ad imperata omnia debeat esse obnoxia; atque hoc prætendunt probari, tum quia Christus Magistratibus se subiectum professus est, solvendo pro se, & Petro vespitali Matth. 17. & 27. tum quia veteres Sacerdotes Regibus suis subiectos fuisse, liquet ab exemplo Salomonis Abiatharem deponentis: tum quia in Novo Testamento Rom. 13. v. 1. Tit. 1. v. & 1. Petri 2. v. 13. præcipitur omnibus, nullo excepto. obedientia civilis. Quandoquidem igitur ex hisce subinferant Neoterici, contra jus Dei, & naturæ facere, qui externam, & supremam ejusmodi jurisdictionem civili collateralem, ne dicam, superiorem, & majorem invehunt, & imperium in Imperio ædificant; ex altioribus fidei principijs oportet, Pontificiæ authoritatis super Regiam potestatem majoritatis jus demonstrare, priusquam subsistere valeat illa *dicti* Authoris argumentatio.

## CONCLUSIO.

40. **A**rgumenta quæcunque sive ex sacris Canonibus, sive ex Conciliorum Oecumenicorum sanctionibus, sive ab exemplis Summorum Pontificum, sive ab authoritate Theologorum, ac Ecclesiæ sanctæ Doctorum, sive ex rationibus desumpta, ad ostendendam Summi Pontificis supra Reges quoad temporalia *indirectam* potestatem, non habent vim, nisi in prudentia etiam infusæ, non autem fidei lineâ convincentem, nisi quatenus per hanc resolvuntur in fidei principium subsistens ex hisce *Ioannis 1. Pasce oves meas.* & *Matth. 6.* ad Petrum prolatis verbis Christi: *Tibi dabo claves Regni Cælorum, quodcumque solveris super terram &c.*

Explicatur. Etenim ipsa Canonica, seu Conciliaris sanctionis, Pontificiæque cujuscunque decisionis natura est, ut sit fundata supra Petram, adversus quam portæ inferi non prævalebunt. Hujus autem Petræ fundamentum non est, nisi fidei veritas, verbo Dei vel scripto, vel tradito manifestata. At ipsa quidem Conciliarium, & Canonicarum sanctionum, Pontificiarumque definitionum uniformis traditio validum præbet argumentum Divini traditi verbi, quod tamen, habito saltem respectu ad homines, tantò magis est convincens, quanto efficacius demonstrari valet ex sacris Litteris, quemadmodum ex præadductis Christi verbis posse talem fieri demonstrationem, constat ex dictis *superius*. Et verò Theologicæ quoque demonstrationis, ex qua unice pendet Theologorum, ac Ecclesiæ Doctorum authoritas, est ea natura, ut resolvi debeat in fidei principia. Potest equidem vera quoque demonstratio Theologica subsistere, si ex uno fidei, & altero naturæ lumine noto principio procedat. At tunc naturalis luminis principium combinatum cum fidei

principio ex hoc in tantum sublimatur, ut sob utriusque inter se collatione resultet aliud quoddam *Divine Revelabilis dicit solutum*, lumen objectivum, per quod subsistat vis conclusionis Theologicæ illativa cum certitudine consequentis, licet inevidente, attamen plus, quàm metaphysicâ, proprieque vocatâ Theologicâ, in ipsum fidei lumen reducibili. Cujusmodi adeò Theologicæ demonstrationis vim convincentem hæcenus inquirebamus, ostendimusque, eam non subsistere, nisi ex resolutione in præadducta fidei principia, uti etiam in virgam correctoriam, & coercitivam *Matth. 18.* descriptam. Sub quâ proinde methodo Theologicæ demonstrationis, enitemur præsentis quoque conclusionis probationes expendere.

## PROBATIO I.

Reflexiva super *primum* nostratis sententiæ à n. 30. propositum argumentum.

41. **E**O argumento dicebamus, evinci quidem, quod perjuri reatus subsit coercitivæ virgæ *Matth. 18.* Ecclesiæ per Christum concessæ, ad excommunicationis usque censuram procedere potenti. An verò ad Regum usque exauthorationem, ac depositionem extendi valeat, clariùs evincitur ex præadductis *Ioan. 21.* & *Matth. 16.* sacris textibus Evangelicis, uti mox ulterius ostendetur. Nempe duplex est in Ecclesiâ tribunal à Christo institutum. Unum fori *interni* penitentiale, cui subijciuntur quorumvis Christianorum, cuncta etiam secretissima cordis peccata. Cur hoc? Nisi quia Christus *Ioannis 20.* Apostolis, ejusque successoribus indefinitè dixerat: *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis &c.* In quo autem consistit peccati ratio, nisi in moralitate deviance à regni cælorum, & hinc supernaturalis ordine? At Christus non minus indefinitè dixit, *si peccaverit in te frater tuus* (repudiatâ fraternâ correctione) *demonstret eum Ecclesiæ, quam si non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus.* Hic autem per Christum constitutus procedendi modus denotat ordinem ad forum visibile, ac *externum* Ecclesiæ, cui proinde ex Christi Domini institutione subest omne fratris Christiani peccatum, si tamen respectu illius fori probari valeat. In aperto igitur est, præter secretum concientie forum penitentiale, à Christo institutum, esse alterum quoque forum *externum*, & *judicium* Ecclesiasticæ potestati conceditum. In hoc proinde foro Ecclesiæ *externo*, quis in tertris supremam habet authoritatem, nisi Petri successor, cui omnes Christi oves sunt concredite, & cui commisse sunt claves Regni Cælorum, & triumphantis, & militantis? Quam verò est materia hujus fori, nisi quam Christus definitivè hisce verbis ad Petrum prolatis: *Quodcumque solveris, seu ligaveris?* Hoc verò *Quodcumque*, utpote universalitatis vocabulum, num arctius exponi debet, quàm illæ indefinitæ Christi voces: *Quorum remiseritis peccata: & si peccaverit in te frater tuus.* Si ergo ex vi harum indefinitè positarum vocum, foro Ecclesiæ *tuisi* secreto pos-

certo poenitentialium publico iudiciario sub-  
sit omnis moralitas à Regno Cælorum, seu si-  
ne supernaturali devians, quid nisi sub isto uni-  
versalitatis vocabulo dixeris, denotari quod-  
cumque *Morale*, quâ habens ordinem ad Reg-  
num cælorum seu militans, seu triumphans?  
Quod si ergo illa Petro, ejusque successori  
fori externi potestas superextendi debeat su-  
per *Quocunque*, atque ad eodè regiminis quoque  
politici exercitio & applicabilitate subjectivâ,  
quâ *moralitatis in Regnum Cælorum ordinabilis for-  
malitatem* superinduente, quomodo fas est, di-  
cere talem in Regibus moralitatem *in foro con-  
scientiæ*, non verò in ordine ad *externum ju-  
diciarium Ecclesiæ* forum, esse subjectam Apo-  
stolicæ autoritati, protensæ super *Quocunque*,  
universalitatem designante, cum tamen re-  
spectu fori *interni* subjectio peccatorum non  
nisi sub voculâ indefinitâ definitur? Quod  
si ergo sub illo *Quocunque* super omnem Christi  
ovem, & omnimodam in *externo* foro pro-  
babilem *moralitatis in Regnum Cælorum ordi-  
nabilis formalitatem* protensio, contineatur &  
Rex Christianus, quâ Christi ovis, & cun-  
ctâ ejusdem quoad Regiæ potestatis exerciti-  
um, & applicabilitatem, *moralita*, quomo-  
dò hæc non universaliter dicenda est, subesse  
Pontificis autoritati, seu potestati solvendi?  
Ubi verò Regiæ potestatis jus, quâ huic per-  
sonæ sub *moralitate ad Regnum Cælorum ordina-  
dâ applicabilitate* contingat per illam Apo-  
stolicam autoritatem ex *caulis moralibus*, Reg-  
num Cælorum tam militans, quam triumphans  
recipientibus, Regisque depositionem effla-  
gantibus, solvi, quomodo intelligi potest  
non esse factâ *effectivâ* Regis exauthoratio? In  
aperto igitur est, ex præadductis fidei princi-  
pijs demonstrari Summi Pontificis potestatem  
erga Reges Christianos, à Regni Cælorum  
& militantis, & triumphantis ordine deficientes,  
exauthorandos.

## PROBATIO II.

Reflexiva super *secundum* nostratis sen-  
tentia argumentum.

41. Hujus argumenti vis reducitur ad hoc pun-  
ctum, quod oporteat, Summo Pontifici  
concedere saltem autoritatem *Iuris Divini dubij*  
declaratoriam. At quemadmodum Christi  
verba: *Quorum remisistis peccata*, non impor-  
tant potestatem meâ declaratoriam remissio-  
nis peccatorum, sed verè absolutoriam, sic ista  
Christi ad Petrum dicta verba: *Quocunque sol-  
veris &c.* denotant veram solvendi potestatem.  
Solutio autem juris ejusmodi eatenus tollit  
*materiale* saltem ejusmodi juris substratum, ut  
consequenter ac *indirectè* fiat solutio istius quoque  
juris super tali *materiale* substrato fundati.  
Quia igitur Regia potestas non tam in se *for-  
maliter* spectata, utpote ut sic non dependens  
à moralitate hominum, sed *immediatè* ex Deo  
promanans, quam ex parte juris in hoc subje-  
cto inexistentis, seu *materiale* substrati, per  
quod isti homini sit appropriata, Regia Maje-  
stas, ut sic ad *moralitatis Ecclesiæ* clavibus sub-

jectâ *lineam spectans*, sublit autoritati Ponti-  
ficæ, solvendi potestate munita, ac super  
*Quocunque morali in Regnum Cælorum ordinabili*  
protensæ, evidenter sequitur, posse Regiam  
potestatem *indirectè, materialiter, ac subjectivè* au-  
ferri per Oecumenicam Summi Pontificis au-  
thoritatem.

## PROBATIO III.

Reflexiva super *tertium* nostratis senten-  
tia argumentum à n. 35. deductum.

EX hoc, quod Reges ex *intrinsicco* Christi  
43. caractere subeant talem respectu Eccle-  
siæ obligationem, quæ complectitur omne id,  
quod in ipsis *moralitatis*, ad Regnum Cælorum  
ordinabilis, est particeps, atque ad eodè Regiam  
quoque potestatem, quâ debito modo exer-  
cendam, & applicandam: ex quo etiam fun-  
damento sit consequens, quod Reges Chri-  
stiani habeant munus, seu obligationem Ad-  
vocati, ac Defensoris Ecclesiæ. Idcirco ex  
hoc etiam titulo consequitur, quod Regia po-  
testas tum quoad *morale* sui substratum, tum  
quoad suos effectus *morales* ex *intrinsicco* cha-  
racteris Christiani debito, in Regnum Cælorum  
ordinabiles, *subjectivè* ad eodè, ac *materialiter*  
spectata, sublit præactæ solvendi potestati,  
Pastorali Petri successoris muneri per Christi  
constitutionem annexæ.

## PROBATIO IV.

Reflexiva super *quarto* nostratis senten-  
tia argumento à n. 38. deducto.

Attendendo ad reflexionem *ibidem* à no-  
44. bis factam, occurrit *inprimis* difficultas,  
quod Petrus Apostolus 1. *sue Epist. cap. 5.* vi-  
deatur à potestate Ecclesiastica omnem vim  
dominativam exclusisse. Sed in quo consistit  
ratio potestatis dominativæ, nisi quod vi  
dominij sui possit homo ad placitum agere pro  
sui commoditate, & utilitate propria, eum e-  
contra jurisdictionis, maxime Ecclesiasticæ,  
authoritas ejus sit conditionis, ut, qui eâ  
potitur, unice attendere debeat spirituales  
gregis utilitatem, animarumque sibi com-  
missarum æternam, atque Religionis ac fidei,  
Ecclesiæque sanctæ bonum, sicque ad eodè fieri  
debeat forma gregis, seipsum pro ipsius sa-  
lute lubenter impendens, simul tamen, ubi  
opus fuerit, adversus lupos eidem insidian-  
tes, magno cum Religionis zelo decertans, &  
non tantum extra Ecclesiam eiciens, sed  
autoritate suâ detrudens ad statum, in quo  
amplius nocere nequeant?

Imò ipsa quoque politica autoritas ju-  
45. risdictionis, si in sua præcisâ naturâ spectetur,  
talem vim dominativam propriæ utilitatis, &  
non potius publici boni prolecutricem ab-  
horret in tantum, ut tyrannicum dici soleat  
regimen, in quo non tam Reipublicæ utili-  
tas, quam commoditas propria intenditur,  
si tamen pura sit jurisdictionis potestas, re-  
spiciens subditos, quâ in uno Regno, seu Ci-  
vitate

vitae tum inter se quoad politicam, & socialem vitam, mediante *Justitiâ Commutativâ* & *Distributivâ*, tum in ordine ad bonum Reipublicæ per *justitiam legalem activâ & passivâ* bene coordinatos. Quia verò in plerisque Regnis Regalis *jurisdictio* respectu vulgi non est pura, sed mixta cum aliquâ vi *dominativâ*, cui præter *subjectionem*, politico regimini *correlativam*, responderi in subditis aliqua *servitutis* ad propriam Domini utilitatem reflexa species, idcirco Apostolus monuit quosque Ecclesiæ sanctæ regimini præfectos, ne dominentur in Clero, sed forma gregis facti, hujus & propriam spirituales utilitatem, & commune Christianæ Reipublicæ bonum intendant.

46.

Sed nunquid tali, quantumvis a vi *dominativâ* depurata *jurisdictio*ni, ut ad Ecclesiæ sanctæ publicum, & cujusque Christi ovium privatum bonum, cum ordine ad Regnum Cælorum tam militans, quam triumphans, efficaciter promovendum, prævalere posset, debuerat Divinitus concedi etiam aliquis gladius potestatis Politicæ quandoque adversariæ *coercitivæ*? Unde à ratione veri prorsus aliena est Neotericorum sententia, unicam in terris architectonicam, ut loquuntur, & autoritativam, jure gladij armatam, soli politico Magistratui competentem potestatem adstruens. Num enim, quia Christus pro se & Petro solvit vestigal, ex hoc arguere fas est, Christum noluisse Ecclesiæ suæ prospectum ex gladij spiritualis eidem concedendi *authoritativâ*, & *coercitivâ* potestate? Audi hæc super re Divum Chrysostrum in *cit. cap. 17. Matth. verba Christi Domini: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, aut censum; à filiis suis, non ab alienis? ita explicantem: Quod dicit Christus, tale est. Liber quidem ego sum, atque immunis à præstando censu: si enim Reges terræ à filiis suis non accipiunt, sed ab ijs, quos regunt imperio, longè magis liberum me ab hac repetitione esse oportet, qui non terreni cuiusdam Regis, sed cælorum Regis filius sum, & Rex. Tabet porò in ore piscis inventum staterem pro se, ac illo (Petro) dari, ne cum illi, cum ipse Petrus allatenus offenderentur. Quæ ergo non protervia Neotericorum, ex illo sacro Evangelij textu, Christi erga Magistratum politicum, & consequenter Ecclesiæ, Apostolorumque *subjectionem* probare nitentium?*

47.

In Veteri etiam Testamento non equidem ex *jure nature*, sed ex lege Divinâ *positivâ* præter Regiam potestatem erat sacerdotium, quod secundum spheram suam minimè *subijciebatur* *judicio* politici regiminis, sed hoc debebat esse subordinatum Sacerdotij *judicio*, quatenus juxta *Deut. 17. caput* inerat summo Sacerdoti potestas, tali cum *authoritate* in dubijs interpretandi *leges* judiciales, ut ejus sententiæ standum fuerit, debueritque *judex* decretum, seu *judicium* suum huic Sacerdotis sententiæ conformare, reusque *mortis* adeò pronuntiatu fuerit, qui Sacerdote imperio, ac *judicis* decreto, secundum istius sententiam ferendo, noluisse obedire.

48.

Quæ de Salomonis Abiatharem à Sacerdotio deponentis exemplo proferuntur, de ijs erit *responsio inferius*, ubi etiam illius Pon-

tificæ *authoritatis*, quæ Regiæ potestati suæ *pereminentis* spheræ describetur: interea manifestum jam est redditum, Veteris Legis Sacerdotio fuisse *authoritativam* potestatem, gladij etiam *materialis*, juxta illius imperium, manu regiâ *exerendi* jure armatam. Talis ergo Ecclesiasticæ in Nova Lege, uti *suprà* dictum, gladius est tum vis *coercitiva* *Matth. 18. descripta* sub *authoritate* ad fidelium usque *Communions* *privationem*, contumaci inferendam, *judicialiter* etiam procedendi: tum potestas ligandi, & solvendi *Quodcumque moralitate* ad Regnum cælorum tam militans, quam triumphans *ordinabilis* *supervestitum*: inter quæ *moralia* utique est Regiæ quoque potestatis exercitium, & applicabilitas *moralis*, cujus proinde, si vi illius Ecclesiasticæ potestatis in Rege aliquo Christiano fiat solutio, quid huic superesse poterit de suæ Regiæ *Majestatis* jure?

## Corollarium.

EX dictis inferitur; In quantum ex Veteri Testamento argumentari liceat ad Pontificiæ supra Reges potestatis extensionem probandam? Difficultatem hic ingerit exemplum Salomonis deponentis summum Sacerdotem Abiatharem; uti habetur 3. Reg. 2. Quidni ergo, subinferunt Neoterici, par sit in Novo Testamento Regum erga Papam *authoritas*? Hoc expendens Bellarminus *lib. 2. de Romano Pontifice cap. 29.* respondet in primis; negandam esse *paritatem* inter Antiqui, & Novi Testamenti Summos Pontifices. Cum enim in Veteri Testamento *promissiones* tantum temporales fuerint, in Novo autem Testamento sint *spirituales*, ac *æternæ*; uti SS. Patres tradunt: non mirum esse, si in Testamento Veteri summa potestas fuisset temporalis, in Novo autem *Fœdere* spiritualis.

Deinde in Veteri quoque Testamento Pontificem fuisse Rege majorem, docent Philo de *vidimis*, Theodoretus *q. 1. in Leviticum.* & Procopius in *4. cap. Levit.* quod probatur tum ex *cap. 27. Num.* ubi dicitur, quod ad verbum Pontificis Eleazari tam Princeps Iosue, quam *populus* ingredi, ac egredi deberet: tum ex *Levit. 4.* ubi quatuor sacrificia instituantur, ex quorum ordine, ac magnitudine colligitur *dignitas* personarum, pro quibus fiebant. *Primum* itaque sacrificium erat vituli pro Pontifice: *Secundum* etiam vituli pro toto populo: *Tertium* hirci, adeoque vilius, pro Rege: *Quartum* capræ pro quolibet privato. Quare ad illud Salomonis, Abiatharem summum Sacerdotem deponentis exemplum, esse dicendum, quod Rex iste, non ut Rex, sed ut *Propheta* & *executor* Divinæ *justitiæ* deposuerit Abiatharem, & substituerit Sadochum; siquidem 3. Regum 2. asseratur Salomon, fecisse hanc *amotionem*; ut impletur *sermo Domini, quem locutus est super Heli in Silo.* Nempe Deus Aaroni primitus, indeque Eleazaro quasi primogenito, ejusque posteris destinaverat Pontificatum, traductum postea ad Heli, qui erat ex Ithamar. Ex quo ergo Dominus fecit super Heli sermonem de Pontificatu ejus *familie*

familia adimendo, & restituendo Eleazari posteritati, de qua erat Sadoch, nec Salomon, nisi ex hoc ad Domini sermonem respectu, fecit hanc commutationem, optimo jure dici potest, non esse factam autoritate Regia, sed ex speciali Dei jussu fuisse ab illo Rege peractam executionem justitiæ, a Domino decretæ.

51. Verum quomocunque res ista se habeat, hoc est prorsus certum, quod Antiqui Fœderis Summus Sacerdos in his saltem, quæ ex specifico jure, ac mandato Divino incumbant ipsius officio, præeminuisset Regiæ potestati. Inter hæc autem erat, ferre sententiam autoritativam super iudicij veritate, quando de hoc variabatur inter iudices, cui Sacerdotis sententiæ omnino standum fuerat. Et quia eidem Sacerdotio competeat iudicium inter lepram, & lepram, inter causam, & causam, inter sanguinem, & sanguinem; quoad hoc etiam iudicium haud subdebatur, sed præminebat Regi; sicque adeo ex hac autoritate super Ozia Rege leprâ Divinitus tacto, proferebat sententiam separationis, non corporalis duntaxat, sed Civilis quoque, ac politicæ cum amotione à Regni administratione. Quod si ergo indubitata est Sacerdotij Mosaicæ in his, quæ à jure Divino eidem erant commissa, supra Regiam potestatem præminentia, haudquaquam dubitaret licet de Summi Pontificis supra Reges autoritativâ intra Novum Evangelij Fœdus præcellentiâ, in quantum est ipsi commissa super cunctas Christi oves cum virgâ correctoria & coercitiva, potestatem solvendi quodcumque in terris morale, quod ordinabile ad Regnum Cælorum tam militans, quam triumphans.

## S. IV.

## Articuli præsentis Corollarium finale.

52. EX dictis inferitur; Quam mereatur censuram sententia, Summo Pontifici autoritativam supra Reges Christianos quoad temporalia potestatem denegans? Ex Authore Regalis Sacerdotij cit. lib. 1. in fine S. 9. alias jam proferebamus: cum quaeritur, an Summus Pontifex in Reges, ac Regna temporalem habeat potestatem? Absolutè respondendi posse, nullam habere: cum enim hæc potestas sit indirecta, subsidiaria, per accidens, ac extraordinaria, non denominare subiectum, quod tale dicitur ab ijs, quæ plerumque, non verò, quæ raro accidunt. Per Leg. 3. & 4. ff. De LL. Et in hoc sensu locutum esse Innocentium III. in Cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi. & Cap. Novit. De iudicij. Ubi absolutè Summus Pontifex negat, sibi esse potestatem temporalem in Reges Gallicæ: eaque si uteretur, indebitam, & usurpatam fore.

53. Nunquid verò, si quaestio sit; An Ecclesiæ potestas protendantur super temporalia? Respondere oportet, Summi Pontificis erga temporalia, ac iura Regia, in temporalium censu haberi solita, esse solummodò indirectam, subsidiariam, per accidens, ac extraordinariam. Si er-

go potestas huiusmodi non denominat subiectum; ergo æquè poterit absolutè negari, Summo Pontifici competere potestatem in temporalia; atque adeo iura Regia, utpote ut sic temporalitatem præferentia. Neque deest ratio, quia denominatio sequitur formam, non id, quod est materiale. Atqui Bona temporalia, ac Regiæ iura sæcularia formaliter ut sic non subduntur Pontificiæ potestati, sed materialiter duntaxat, sub altiori scilicet, quibus substernuntur, formalitate moralitatis in Regnum Cælorum ordinabilis. Hæc autem moralitas est quid spirituale, respiciens in proprio suo subiecto salutem æternam, ac respectu Ecclesiæ publicum huius; atque sanctæ Religionis Bonum, Dei que cultum, quâ non mero naturali lumini commensuratum, sed quâ fidei lumini proportionatum: Quia igitur denominatio fit à formali; non verò à materiali; an non, sicuti absolutè dici potest, nullam esse potestatem temporalem Summo Pontifici in Reges, sed spirituales duntaxat, sic pariter negare licebit, Pontificiam potestatem protendi super Regum bona temporalia, seu iura Regia, quâ secundum naturam tuam spectata, sunt sæcularia.

54. Quo tamen minimè obstante, quis Catholicorum infictari ausit, Regis Christiani iura etiam politica, seu sæcularia, cum ipsius personâ ad statum supernaturalem elevata, non lubesse moralitati in Regnum Cælorum ordinabilis? Hoc negare, foret profectò indignissimum Rege Christianissimo. Nunquid verò iura Regiæ, quantumvis sæcularia, quatenus moralitate in Regnum Cælorum ordinabilia sunt supervestita, superinduant formalitatem; sub quâ Regni Cælorum Summo Pontifici conceditis clavibus subiaceant? Hoc negare, foret perinde; ac negare, ijs clavibus lubesse quodcumque hominis Christiani, seu ovis Christi, morale in Regnum Cælorum ordinabile. An non verò istud pugnaret cum apertis Christi Domini verbis Matth. 16. claves Regni Cælorum eatenus exponentis, ut Quodcumque in vi istarum Clavium à Petro, ejusque successore erit in terris solutum; pro soluto habendum esset etiam in cælo? Nunquid verò istud Quodcumque per Summi Pontificis potestatem in terris solubile complectitur temporalia, ac Regia, seu politica quâ sæcularia iura? Neutiquam. An igitur istud Quodcumque in terris per Ecclesiæ Claves solubile admittit aliquam exceptionem? At hoc dicere, foret, universalitatem illius Tô Quodcumque contra disertum Christi verbum è medio tollere. Illius igitur vocis Tô Quodcumque universalitas nullam quidem admittit exceptionem, sed explicationem Christi verbo consentaneam. Nunquid enim istud Quodcumque in terris per Vicariam Christi potestatem solubile ex Christi Domini institutione habet ut sic relationem ad Cælorum Regnum, seu militans, seu triumphans? Nónne verò huius relationis ordo importat moralitatem status supernaturali commensurabilem, de cuius naturâ est, esse ordinabilem in Regnum Cælorum tum triumphans, tum militans? Nunquid autem istius ad Regnum Cælorum ordinabilitatis moralitas radicatur tum in fide, per quam sumus mem-

bra S Ecclesie, ceu unius Corporis mystici, tum in Christi per Baptismum impresso caractere, per quem subijcitur sancte Ecclesie, ejusque Clavibus? Nunquid autem membri ad corpus suam seu politicum, seu mysticum coordinatio, uti etiam erga sanctam Ecclesiam subiectio, ex ipsa connaturalitatis sue proprietate imponat obligationem ad curandum illius Corporis mystici, sancteque Ecclesie bonum publicum? An non igitur in vi hujus erga Ecclesiam, ceu Corpus mysticum coordinationis, seu subiectionis in Rege Christiano, secundum quodcumque in terris morale suum spectato, est debitum ordinabilitatis ad bonum publicum Ecclesie? Quia igitur Quodcumque in terris Regibus Christianis inexistens *Morale* complectitur ipsorum Regia quoque jura secularia, sed *materialiter* duntaxat, ac *indirecte*, seu per *accidens*, nec aliter, nisi qua supervelita *moralitatis* in Regnum Caelorum seu triumphans, seu militans *ordinabilis formalitate*, sub qua *moralitate* eam lubcant denominationem *formalem*, ut dicenda sint spiritualia, nunquid nefas esset negare, esse ut sic contenta sub illius Christi vocis *Ido Quodcumque* universalitate, omne in terris *morale* in Regnum Caelorum ordinabile complectentis? Quia vero haec ad istam *moralitatis* in Regnum Caelorum *ordinabilis* denominationem jura Regia, utpote secularia, se habent solum *materialiter*, ac per *accidens*,

nec adeo dici possunt subjacere *directe* Clavium Ecclesie auctoritati, neque vero denominatio facienda est ex illo, quod solum *indirecte*, praecipue *materialiter* duntaxat, vel etiam per *accidens* competit, nunquid secundum praescripta principia adhuc defendi potest, quod Ecclesie potestas sit spiritualium solummodo, non temporalium.

Secundum haec igitur principia, Regem Christianissimum velle pronunciarie exemptum ab illa Regiorum jurium moralitate, Ecclesie Clavibus *indefinite*, ac *universaliter* subiecta, perinde foret, ac ipsum alienum facere a Christiano caractere, vel si jura Regia, licet relaxata, statuatur esse capacia *moralitatis* in Regnum Caelorum *ordinabilis*, oportebit fateri, ea *materialiter*, *indirecte*, ac per *accidens* subijci Clavibus sancte Ecclesie, non quidem sub ratione sui temporalitatis, sed sub *formalitate moralitatis* in Regnum Caelorum *ordinabilis*. Secundum qua proinde distinctionem, si Clero Gallicano placuerit *primae* propositionis suae intelligentiam moderari, poterit forte sustineri secundum expositionem reflexionis mox exponenda, sin minus, ipsimet sint ejus tenentis Censores, quomodo cohaerere valeat cum *indefinita* super *Quocumque* in terris *Morali*, qua in Regnum Caelorum *ordinabili*, protensa Ecclesie sancte Clavium, Summi que Pontificis Oecumenica solvendi, ac ligandi potestate,

## F I N I S

## ARTICULI PRIMI.



SUM

## S U M M A

P R I M I A R T I C U L I

D E

C A T H E D R A E A P O -  
S T O L I C A E

S U P E R R E G E S

## A V T H O R I T A T E ,

U N A C U M R E F U T A T I O N E  
D I S S E R T A T I O N I S A P R A E T A C T O  
L U D O V I C O E L L I E S D U P I NE D I T A E , A D P R O B A N D U M , E C C L E S I A E N U L -  
L A M I N R E G E S , E O R U M Q U E B O N A E S S E P O T E -  
S T A T E M D I R E C T A M , V E L I N D I R E C T A M .

## P R O L O Q U I U M .




Sciti varia sunt hominum ingenia ; sic non una methodus in ex-  
pendendâ rerum Divinarum, seu Ecclesiasticarum disciplinâ  
placet universis. Quemadmodum enim inter illos, qui alchi-  
misticis studere mineralium sublimationibus, sunt nonnulli,  
qui ejusmodi extractionum quintis quasi essentijs, earumque  
virtutibus unice oblectantur; alij vero sunt, quibus non satis  
est, tales quintas quasi mineralium essentias jam extractas pos-  
sidere, sed ipsas cum eandem virtutibus ad sua principia re-  
ducere contendunt, curiosè indagando; ex quibus materijs, &  
per quas methodos fiant hujusmodi alchimistici extractus. Sic  
reperiuntur aliqui sublimioribus destinati functionibus Ecclesiasticis, quibus minime va-  
cat, ut accuratius intendere valeant principijs Theologicis, per quæ pro instituto præsentis,  
novissimas Cleri Gallicani propositiones contingente, ex sacrae Scripturae textibus, sacro-  
rumque Canonum, atque Conciliorum Oecumenicorum sanctionibus, fusiori methodo  
scholasticâ eruitur veritas illis Cleri Gallicani assertionibus opposita. Quorum adeo sub-  
limiori conditioni merito sufficit Summaria extractio argumentorum, quibus stabilitur  
Oecumenica Cathedrae Apostolicae potestas super Reges etiam, quoad moralitates in reg-  
num caelorum ordinabiles protensa. Quia vero multi haud contenti erunt, talem Funda-  
mentorum, quibus ea nititur, quintam quasi essentiam certesse, nisi eam conferre possint cum  
ipsissimis illis locis, ex quibus Summarius ejusmodi extractus educitur. Idcirco pro utro-  
que illo ingeniorum genere cum tenebo ordinem, ut prioribus seorsim brevi aliquo Opus-  
culo cogitem tradere succinctiorem quandam methodum Summarij circa Gallicani Cleri  
propositiones ex principijs sacris eruendi extractus, in quo fusioris hæc de re Operis quin-  
ta quasi essentia exhibeatur: pro illis vero, qui sacrae Theologiae methodo Scholasticæ ad  
sua principia veritates inde erutas reducere assuetæ, sunt addicti, Summarium circa Cleri  
Gallicani de Romani Pontificis autoritate propositiones extractum sub fine cujusque Ar-  
ticuli exponam, una cum singulorum, ex quibus deducitur, locorum allegatione in mar-  
gine designandâ.

S

Sum-

Summæ huiusmodi subnectetur confutatio Dissertationum Historicarum, quas Ludovicus Ellics Du Pin sacræ facultatis Theologicæ Parisiensis Doctor in suo Opere de antiquâ Ecclesiæ disciplinâ nuperrimè digessit. Quam Summam pariter in quatuor dividemus articulos, quorum Primus de Cathedræ Apostolicæ supra Reges potestate constabit sex Capitibus, quibus videbantur consultò præmittenda, quæ Author Inextinctæ sacri Concilij Tridentini veritatis, huius Operis sui Tomo tertio per modum Præfationis disseruit.



## ARTICULUS. I.

*Declarationis Gallicanæ circa Oecumenicam Romani Pontificis Authoritatem.*



Articulus iste ita se habet: Primum Beato Petro, ejusque successoribus, Christi Vicarijs, ipsiusque Ecclesiæ rerum spiritualium, & ad æternam salutem pertinentium: non autem civilium, aut temporalium à Deo tradita est potestas, dicente Domino, Regnum meum non est de hoc mundo: Et iterum: Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Ac proinde stat illud Apostolicum dictum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt: Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Reges ergo & Principes in temporalibus nulli Ecclesiasticæ potestati Dei ordinatione subijciuntur, neque autoritate clavium Ecclesiæ directè, vel indirectè deponi, aut illorum subditi eximi à fide, atque obedientiâ, ac præstito fidelitatis sacramento solvi possunt. Eaque sententia publicæ tranquillitatis necessaria, nec minus Ecclesiæ, quàm Imperio utilis, & Verbo Dei, Patrum Traditioni, & Sanctorum exemplis consona, omnino retinenda est.

Reflexio,

Verum ac legitimum hujus articuli sensum disquirere satagens.

EX hujus articuli fine dilucidum redditur, Gallicani Cleri in præadducto Articulo sensum esse prorsus conformandum cum Verbo Dei, Patrum Traditione, & Sanctorum exemplis. Ex quo proinde solidissimo veritatis fundamento firma stat duplicis, Ecclesiasticæ scilicet, ac Politicæ potestatis suprema autoritas: cui utrique Divinitus est constituta sua sphaera, ita ut illius limites circumscribantur causis spiritualibus, & ad animarum salutem pertinentibus, hujus verò limites contineantur causis civilibus ac temporalibus. At quemadmodum in homine sunt quidem duæ res disparatæ, corpus scilicet & anima, ab uno eodemque Creatore, absque ullâ quoad primam sui productionem, in principij effectivè eggere, inter se dependentiâ, primitus procedentes, ita tamen inter se combinatæ, ut anima regimen teneat super corpo-

ris affectiones: sic supremo magistratui Politico ita inest autoritas Divinitus constituta, ut hujus tamen exercitium in homine Christiano capax sit ordinis etiam supernaturalis, æternam salutem respicientis; sub quâ adeò formalitate respectum habet ad Ecclesiasticam Divinitus constitutam autoritatem. An non igitur secundum talem ordinabilitatem, suprema Politica potestas saltem materialiter indirectè subiacet supremæ Ecclesiasticæ autoritati, modo statim exponendo?

## CONCLUSIO.

IN præsentî puncto concernente supremam Ecclesiasticam, in Romano Pontifice, vel in Concilio Oecumenico subsistentem, super Regiam supremam temporalem potestatem supereminentiâ autoritatem, circumspicere distinguenda est tum Regiæ potestatis ratio Formalis, tum ejusdem ad hoc individuum suppositum applicationis, nec non ejusdem Exercitij Materialiter spectati conditio.

Explicatur status Quæstionis. Ejusmodi namque supremæ Regiæ potestatis ad supremam Ecclesiasticam autoritatem comparatio eo modo se se habere videtur, quo modo rationis lumen naturale comparatur ad Divinum supernaturale fidei lumen. Sicuti namque utrumque hoc lumen est immediatè à Deo, quâ auctore partim naturali, partim supernaturali; & ideo utrumque est supremum in suo genere: sic res se habet circa Politicam & Ecclesiasticam autoritatem supremam. Unde utrique huic supremæ potestati eatenus competeit legislativa autoritas, ut legum à potestate Politicâ latarum obligatio formaliter spectata, non subsit autoritati Ecclesiasticæ potestatis, sed sit per se subsistens in suâ lineâ. Et quemadmodum verum non repugnat vero, nec adeò potest ulla esse contrarietas inter luminis naturalis ac fidei Divinæ veritatem: sic lex Politica & Ecclesiastica, in quantum unaquæque legitimè procedit ex autoritate sibi commensuratâ, nequeunt inter se repugnare. Tamen verò in hoc rursus sit paritas inter Ecclesiasticam & Politicam supremam potestatem, ut leges utrinque, prædicam lumini seu supernaturali, seu naturali commensuratam veritatem obtinentes, id est, ab honestate seu fidei, seu rationis non declinant, ita sint per se in genere suo subsistentes, ut Ecclesiastica suprema potestas legitimis, (id est à ratione naturali non deviantibus) legibus politis.

6. licis, minime se possit ingerere, eas vel abolendo, vel immutando. Nihilominus quia suprema Ecclesiastica authoritas, in legibus pro universa Ecclesia ferendis, est infallibilis, tali vero in ordine ad statum politicum infallibilitate caret suprema Civilis potestas: idcirco fieri potest, leges à Politico Magistratu latas ita dissonare cum fidei lumine, ut consequenter à naturalis quoque *practicæ* veritate sint alienæ: cum contra leges pro universa Ecclesia, à suprema potestate Ecclesiastica promanantes, neque a fidei, neque consequenter à rationis naturalis, utpote cum illa pugnare haud potentis, veritate *practicæ* aberrare valeant. Ex quo rursus fit consequens; supremam Ecclesiasticam authoritatem posse ex fidei principijs, supra legibus civilibus à recta ratione dissonantibus ferre iudicium, easque *Directè*, quæ cum fide pugnant; *Indirectè* vero, quæ cum ratione naturali, utpote cum fidei lumine nullam contrarietatem habente, dissonantes abolere, atque re ipsa nullas & invalidas pronuntiare: cum contra supremam Politicam authoritatem in nullo prorsus casu quidquam valeat adversus Ecclesiasticam potestatis leges, siquidem ista suprema Ecclesiæ authoritate munita, eam sub infallibilitate obtineant cum fidei principijs conformitatem, ac honestatem *moralem*, ut impossibile sit, ipsas unquam contrariari *practicæ* luminis naturalis veritati, atque adeo Politicæ cum hac commensurate authoritati.

8. Inter utramque porrò seu Ecclesiasticam, seu Politicam authoritatem supremam, in hoc fiat æqualitas, ut ambæ quidem sint *immediatè* Juris Divini, utriusque tamen ad certam individuum personam applicatio *materialis*, pendeat ex hominum constitutione. Nam ipsemet Imperator *in iustis*, fatente, suprema Politicæ potestas erat primitus in populo, atque ab hoc primum translata est in unam certam personam: cuiusmodi etiam personæ designatio est vel per successionem hæreditariam, vel per diversissimi generis electionem: qui uterque adeo succedendi modus est pendens ab humanâ constitutione. In supremæ equidem Ecclesiasticæ authoritatis ad certam personam applicatione *materiali*, intervenit *pauca modo* electio hominum, ex humanâ constitutione dependens, ita tamen, ut successio ipso Jure Divino sancita, eatenus conferat Electo Oecumenicam ejusmodi potestatem, quatenus hujus collatio est *immediatè* Juris Divini, secus, quam sit in collatione Regiæ ac Imperatoris authoritatis, in qua non Electio duntaxat, seu successio hæreditaria, tanquam personæ ad supremam Politicam authoritatem designatio, ac deputatio *materialis* (quod supremæ Oecumenicæ quoque Ecclesiasticæ potestati commune est) sed ipsa etiam collatio dignitatis hujusmodi est Juris humani, tametsi authoritas *in se formaliter* spectata, sit *immediatè* Juris Divini. Sub cuiusmodi adeo & Divini & humani juris distinctione, immobiliter est servanda æqualitas inter authoritatem utramque, ut, quod *immediatè* spectat ad Jus Divinum, non subit alterutri illi authorita-

ti, quatenus homini cupiam inexistenti. Id verò, quod Humani Juris est, eatenus pendet ex hominum dispositione, ut Summi Pontificis non nisi per homines electione facta, ex Ecclesiæ adhuc iudicio, seu fidelium unânimi consensu pendeat certitudo *moralis*, per quam fiet evidentia credibilitatis, sub quâ credere fas sit, hunc hominem esse illum, quem contingit verbum Christi, Petro sub perpetuo successione Jure, ejusque adeo successoris legitimo, conferentis Oecumenicam Ecclesiæ authoritatem, Evangelio sacro definitam. Quandoquidem ergo non designatio duntaxat *Materialis* personæ ad Regiam seu Imperatoriam authoritatem vocatæ, sed hujus potestatis collatio sit Juris humani, superest hinc decidendum, an circa hanc saltem *Indirectè* possit aliquid disponere suprema Ecclesiastica potestas?

In quo equidem videtur partem *Negativam* sanxisse præadducta Cleri Gallicani propositio, *Christi Vicarijs, ipsique Ecclesiæ taliter adimentis rerum temporalium ac civilium potestatem, ut dilucidis verbis concludat, Reges & Principes in temporalibus nulli Ecclesiasticæ potestati, Dei ordinatione subijci, neque authoritate clauvium Ecclesiæ, Directè, vel Indirectè deponi, aut illorum subditos eximi à fide, atque obedientiâ ac præstito fidelitatis sacramento solvi posse.* Num igitur Clero seu Catholico, seu Christianissimo istud edicere fas sit? Minime: nisi ea conclusio redigatur ad limites *superius* positos, quod scilicet in hoc puncto *circumspèctè distinguenda sit tum Regiæ potestatis ratio formalis, tum ejusdem ad hoc individuum suppositum applicationis, nec non ejusdem exercitij materialiter spectati conditio.* Etenim quis neget, Magistratûs Politici authoritatem Verbo Divino sancitam esse de fide? Ergo super hac ejus est authoritatis iudicium, cujus est, fidei decreta ex Verbo Dei sancire adversus ingruentes hæreses. Quandoquidem igitur suprema Ecclesiæ potestas Oecumenica adversus hæreticos, Magistratum Politicum exauthorare contententes, ejusque potestatem *perfidè* negantes, noscatur tulisse iudicium, talis authoritatis definitivum, quis jam neget, Ecclesiæ authoritatem se extendere ad ejusdem Politicæ potestatis, quæ Verbo Divino assertæ, manutentionem? Libenter equidem damus, talem Ecclesiæ definitionem haud nisi præcisâ luminis naturalis ratione, sed *formaliter* fundari super Verbi Divini autoritate; eo ipso tamen, quod tangat punctum Juris Divini, per quod habetur Divinitus constituta Politicæ potestas, consequens est; ipsissimam hanc authoritatem subesse Ecclesiæ iudicio, non ut eam vel immutet, vel quoad *formalem* ejusdem, Verbo Divino definitam, rationem, de ipsa disponat, sed ut ex Dei Verbo eam firmet, & adversus hæreticos defendat, atque communit. Quod Clerus quoque Gallicanus ita præstitit, ut eam Dei Verbo constitutam, ac Jure Divino sancitam ostendat. Quæ proinde suprema Politicæ authoritas non quidem *Formaliter* vel *Directè*, vel *Indirectè* subest Iurisdictioni Ecclesiasticæ, siquidem ista non extendat se super Jure Divino *Formaliter* spectato, neque Ecclesia pro arbi-



trio, sed pro Iure Divino, cui subest, ferre debeat iudicium de illâ, per expressum Dei Verbum constitutâ potestate: nihilominus hæretica prævitâ, quatenus conatur eam eliminare, omni modo subijciatur jurisdictioni ac iudicio Ecclesiæ; sicque ad eò huic *Indirectè* subditur ipsissima illa Politica autoritas, quatenus est materia vindicationis, quæ iusto Ecclesiæ iudicio exercenda est, pro manutenendo Iure Divino, per quod habetur sancita ea potestas. Quare Ius hoc Divinum in se ipso *Formaliter* spectatum, eatenus est regula iudicij, quod Ecclesiæ exercere debet adversus ejusdem temeratores, ut sub *concretionem quasi materialis*, quatenus nimirum subest hæreticæ sui temerationi, per *Indirectum & Materialiter* subjaceat etiam iudicio Ecclesiæ. Quemadmodum igitur suprema Politica autoritas Divino Iure sancita, *objectivè* se habens ad hæreticam sui temerationem, *Indirectè materialiter* subditur Ecclesiæ iudicio: sic pro secundo dicendum est, eandem potestatem, quatenus *subjectivè* est in homine Ecclesiæ subjecto, *Indirectè materialiter* subjacere ejusdem S. Ecclesiæ iudicio, modo statim explicando. Nunquid enim quodlibet hominis baptizati peccatum subest Ecclesiæ sanctæ foro non tantum *interno*, sed etiam *externo*? Christus namque *Matth. 18.* disertis verbis pronuntiavit, de quocunque peccatorum genere, ubi correctio fraterna non profecerit, denuntiandum esse Ecclesiæ, cui ad rescissionis usque sententiam, fas esset, adversus inobedientem procedere. Quamdiu igitur suprema Politica potestas stat intra spheram suæ autoritatis in ferendis legibus iustis ac æquis, dici equidem potest, nihil contra talem potestatem habere, quod agat Ecclesiastica suprema autoritas, tamen si curæ ipsius incumbat providere, ut, sicuti homo ad statum supernaturalem est erectus in suis actionibus, eò etiam tendat dicta Politica autoritas, sicque ejus exercitium non tam *Formaliter*, quam *Materialiter* spectatum, ratione scilicet ejus ipsam extra rationis legitimam spheram exercitæ applicationis quasi *materialis*, *Indirectè* subest Ecclesiasticæ auctoritati.

13. Dices. An igitur præacta Cleri Gallicani Declaratio in eò sensu accipi ac tolerari potest, quod nempe suprema Regia autoritas, ne quidem *Indirectè formaliter*, bene tamen *materialiter Indirectè* sit subjecta Ecclesiæ supremæ jurisdictioni ac iudicio? At dictæ Declarationis verborum generalitas non videtur admittere talem distinctionem.

14. Contra. Nam istius Declarationis propositio stat sub hisce verbis: quod nempe *Beato Petro, ejusque successoribus Christi Vicariis, ipsique Ecclesiæ sit à Deo tradita potestas rerum spiritualium, & ad æternam salutem pertinentium, non autem civilium ac temporalium.*

At verò Politicæ potestatis ad salutis æternæ finem reductio, & à peccato cohibitio ita est pertinens ad salutem æternam, ut hæc ratio sit in censu rerum spiritualium: quippe cum ex eo, quod est *formale*, non ex eo, quod est *materiale*, fiat denominatio: sic enim cuncta Sacramenta, ritusque Ecclesiastici *Materia-*

*liter* quidem sunt quid corporale, & tamen ex *formali suâ ratione* computantur inter res spirituales.

Deinde dictæ Declarationis principium nititur sacra Scripturæ verbis, quorum clarus extat sensus de autoritate Politicâ *formaliter* spectatâ, quâ spectante Imperiû Civile, & quâ secundum hanc suam spheram Divinitus constitutâ, & ut sic differente ab autoritate, *Regnum non de hoc mundo, sed quæ Dei sunt*, respiciente. Quæ universa ostendunt, ibi esse sermonem de duplici Politicâ nempe, ac *Ecclesiastica* potestatis *formali* discrimine ac ratione.

Quandoquidem igitur conclusio ita debeat commensurari cum principiis sui illativis, ut termini non aliter sint accipiendi in conclusione, quam in præmissis, juxta conditionem ad eò Medij in hisce propositi: consequens est; in sensu quoque *formali* esse duntaxat accipienda verba illationis, sub sequenti tenore factæ: *quod nempe Reges & Principes* (id est, quoad supremam suam potestatem *formaliter* spectatam, & ut sic Iure Divino constitutam) *in temporalibus* (quæ Divinæ hujus constitutionis spheram non prætergredientibus) *nulli Ecclesiasticæ potestati Dei ordinatione subjiciantur*: cum quo tamen optimè cohereret, quod de *indirectâ* ejusdem potestatis, *secundum materiale* quamvis *concretionem* spectatæ subjectione, prius dictum fuit.

Replicabis. Hanc benigniorem Cleri Gallicani Declarationis interpretationem vix concordare cum ejusdem propriis verbis, quibus disertè dicitur, *Reges & Principes neque autoritate Clavium Ecclesiæ Directè, vel Indirectè deponi*, neque illorum *subditos eximi à fide, atque obedientia ac præstito fidelitatis Sacramento solvi posse.*

Contra. Disquiramus enim pro rei hujus explicatione, ex ipso Clero Gallicano, quando Christianissimus Rex jure Belli (per supremam Regiam suam autoritatem ex Juris ac Facti fundamentis, virorum prudentiorum, æquè ac piorum iudicio solidis, ac in rei veritate subsistentibus) iusti declarati, sibi vindicat jus ejus ipsam Principatûs, an non Principem seu Regem talis Principatûs ex legitimo Juris titulo possessorem, spoliando Dominij, seu Principatûs sui possessione, sibi que tale Dominium plenè addicendo; Principem hæc de causâ sibi infensum *indirectè saltem* deponat, & re ipsâ cum effectu subditos ipsius eximat à fide atque obedientiâ, ac præstito fidelitatis juramento? Si neget Clerus Gallicanus, hoc ex æquitatis ac Iustitiæ jure fieri à suo Rege, ipse viderit, ne infimulandus sit læsæ Regiæ majestatis. Si ergo idem Clerus affirmet, id iustè fieri à suo Rege: mox reincident quæstio: quandoquidem Regum, & Principum suprema autoritas Politica sit *immediatè* à Deo, quomodo Christianissimus Rex possit super isto Divinitus constituto Iure habere aliquid Juris: imò cum ex eo, quod suprema Politica potestas ex ordinatione Dei subsistat, Ecclesiæ, nulla sit super illam jurisdictionis, atque ad eò in Regibus ac Principibus etiam *indirectè* deponendis, ac subditis ab homagio solvendis auctoritatè

thoritas, quomodo id facere licebit invictissimo Galliarum Regi?

19. Ad quam proinde interrogationem meam, indubie respondebit Gallicanus Clerus, hoc iustissime fieri à Christianissimo suo Rege ex sequenti fundamento. Nempe Regem non extendere se super Principum auctoritate Politicā formaliter spectatā, quatenus est Iuris Divini, sed super materialis ejus exercitio, extra hujus Iuris Divini sphaeram exorbitante, dum scilicet ex supremæ suæ potestatis iudicio, secundum Iuris & Iustitiæ rationem fert in primis, ac deinde contra reluctantes exequitur sententiam, de tali Principatu seu Dominio iustissime sibi vendicando. In quo adeo rerum statu, consequens est, ut, quando Rex Dominium Principatus, unā cum subditis sibi vendicat, hi cententur soluti sacramento fidelitatis, quo alteri Principi erant obstricti, atque tunc iste *indirectè* quidem deponitur, non rament *formali*, sed *materiali* duntaxat depositione.

20. Explicatur hoc assertum. Etenim *formalis depositio* est Iuris legitimi per superiorem auctoritatem facta à principatu abdicatio. Quomodo autem Galliarum Rex prætere potest auctoritatem superioritatis super altero supremo Principe, si hujus dignitas ita subsistat ex Iure Divino, ut nulla sit in humanis auctoritas, cui talis Princeps subiciatur, & per quem etiam *indirectè* deponi valeat? En igitur Clerum Gallicanum ex Christianissimi sui Regis exemplo compelli ad fatendum, aliam adhuc inesse viam, per quam supremus Princeps possit destitui jure sui Principatus. Edisserat igitur Clerus ille, quænam sit ista via, atque hanc mire licebit Ecclesiasticæ quoque auctoritati supremæ. An fortè ex eo, quod talis Princeps se opponat iustis Christianissimi Regis armis, contrahitur aliquod delictum, super quo extendat se Regis ejusdem iudicium? Quidni ergo id ipsum dicere fas sit pro Ecclesiæ auctoritate erga Reges, potestate suâ Politicā abutentes, ad Ecclesiæ, fideique Orthodoxæ in suis subditis subversionem, ita ut pro illo fatem casu, ex causâ talis contra Ecclesiæ delicti, fas sit procedere ad Principis alicujus supremi depositionem? Sed dum Princeps, adversus quem Christianissimus Rex bellum movet, pro se habet fundamenta Iuris æque probabilis, unā cum possessione legitimâ Principatus, quid ex Principatus sibi competentis defensione, facinoris intervenire potest, supra quod Galliarum Regis suprema majestas jus habeat, alterum supremum Principem acrius infestandi, & suo Principatu exspoliandi? Quæcumque ergo Clerus Gallicanus hæc super re amplectetur viam, hæc æque patebit pro Ecclesiâ adversus Principes, Fidei Orthodoxæ, ac Ecclesiæ infensos hostes. Fas igitur ètō mihi, ominari, quid Clerus Gallicanus tandem respondeat: nempe in dicto casu Christianissimum Regem legitime uti jure defensionis naturalis adversus illum, qui ex fundamentis tam *Iuris*, quam *Facti*, publico iudicio inventus est Coronæ suæ Regiæ Iurium usurpator, & ex probabili equidem Iuris prin-

cipio, Coronæ tamen suæ Regiæ prætenfionibus præjudicare haud potente, bonæ fidei possessor. Quia proinde ista Iurium ad Coronam Regiam spectantium, defensio subsistere haud potest sine eorundem armatâ vindicatione, atque adeo alterius Principis supremi (jura ejusmodi ex probabili, Coronæ tamen Regiæ haud præjudicante; Iuris principio possidentis) ejectione, ideo talis Princeps tunc non equidem *formaliter*, sed *materialiter indirectè*, iusto titulo non tam deponitur, quàm *vi vim repellente* deicitur de suo Principatu. Quid ergo? An non simile quid dicere licet de Ecclesiâ, dum nempe Rex non tantum ex delicto hæreseos, est obnoxius reatui per sanctæ Ecclesiæ iudicium vindicando; ex quo fortassis præciso respectu, Clerus Gallicanus putabit, vindictam in modum pœnæ indicendam, debere esse in materiâ Ecclesiæ subiectâ, in materiâ nempe spiritali, non in privatione Regni temporarii: sed dum insuper supremus quispiam Princeps in hæresin prolapsus, progreditur ad infestandam Ecclesiæ, & subditos suos à fide Orthodoxâ *violenter*, seu *aliis injustè* abalienandos, an non fas erit Ecclesiasticæ supremæ auctoritati, tunc uti gladio spiritali, non ad præcisam vindictam, sed ad naturalem Ecclesiæ sanctæ, ejusque Iurium defensionem, cui tunc non solum commensuratus & conducibilis, sed etiam necessarius erit talis procedendi modus, ut Princeps hujusmodi non tam *formaliter* etiam *indirectè* deponatur, quàm *solum materialiter*, utpote non in *vi præcisæ Iustitiæ vindicativæ*, sed in *vi naturalis defensionis*, deiciatur à suo Principatu, subditi que adeo solvantur suæ fidelitatis erga ipsum sacramento? Hoc proinde est, quod omniō, responsurum Clerum Gallicanum, attentis ipsorum fundamentis Iuri Divino seu scripto, seu tradito consonis, & antecederet discussis.

24. Ex quibus universis elucet, totam præsentis Articuli summam reduci ad duas assertiones, quarum *prima* est, quod Regiæ potestas *in se formaliter & signatè* spectata, sit Iuris Divini, ut sic minimè subiecta Pontificiæ auctoritati. *Altera* assertio est, quod Regiæ potestatis ad certum Christianitatis caractere insignitum subiectum applicabilitas, unā cum publicis ejusdem functionibus, superinduat quandam moralitatem, quæ supernaturalis elevationis lineam respiciat, subordinatam adeo, ac subiectam clavibus Regni cælorum, Petro, ejusque successoribus per Christum commissis.

Singulas hæc assertiones duobus sigillatim capitibus expendemus, quibus alia quatuor capita subjungentur, ad confutandam præallegati Authoris Du Pin Dissertationem *septimam*.

#### Caput I.

In quo asseritur Regiæ potestas esse Iuris Divini, sitque retorsio argumentorum ex sacris Litteris à parte adversa productorum.

## S. I.

1. Circa primam igitur superiùs positam assertionem, haud discordo à Clero Gallicano: in vi enim luminis naturalis, quod in statu puræ etiam naturæ, esset insitum humano intellectui, cognoscitur necessitas regiminis Politici, ad homines in unam societatem civilem coadunatos, benè ordinandos, non ad privatam duntaxat virtutum Moralium honestatem, sed ad communis quoque Boni, vitæ politicæ Finis, prosecutionem. Et hinc in statu etiam puræ naturæ subsisteret illud Apostolicum dictum: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt: itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* In vi cujus proinde ordinationis Divinæ, Christus iussit reddere Cæsari, quæ Cæsaris sunt. At quia ipsissima hæc ex Dei ordinatione consistens potestas Politicæ, mensuranda est ex sphaera luminis naturalis, publicum Politicæ statûs regimen inter homines exigentis, quò in unam civilem communitatem coordinati, ad hujus Bonum Commune legibus & statutis, nec non pœnarum comminationibus, ac prætorum pollicitationibus dirigi valerent; quæstio hinc oritur; *An sicuti lumen naturale in homine jam subsistit sub elevationis supernaturalis sublimiori perfectione, regiminis Politici ratio perinde subternaturæ supernaturalis Fidei infuse lumini, atque virtutibus eidem proportionatis, ac virtutes Morales naturales luminis naturali commensuratur & subordinantur altiori Fidei Divinæ, virtutumque supernaturalium directioni?* Ipsemet Clerus Gallicanus in suæ Declarationis primo articulo Christi Domini doctrinæ conformiter profiteretur, quòd Christi regnum subsistat in hoc mundo, & tamen non sit de hoc mundo: atque hoc ipsum regnum haud obscure concedit Christi Vicarijs, Beato Petro, ejusque successoribus. Et ideo, quæ in vi hujus, Vicarium Christi characterem præferentis potestatis ordinantur, ita Dei sunt ordinationes, ut juxta ipsius etiam Cleri Gallicani sensum, obedientia eisdem debita, Deo reddatur. Merito igitur statuere, oportet, inter homines non in puræ naturæ, sed elevationis supernaturalis statu positos, duplicem potestatem à Deo constitutam, Regiam scilicet seu Politicam, & Ecclesiasticam Christi vicariam. Quæ utraque potestas, cum sit laris Divini, in se ipsâ nequit ullius hominis ordinationi esse subiecta.

2. Tamen verò cujuscumque Politicæ æquæ, ac Ecclesiasticæ ordinationis principium, sit latus Divinum, seu potestas à Deo immediatè constituta, utraque tamen ordinatio hujusmodi, ex hominis alterutrâ illarum potestatum prærogativâ præeminentis, iudicio & arbitrio permanens, in se formaliter ac immediatè spectata, est actus humanus. De cujusmodi adeò actu, Politici licet regiminis sphaera circumscripto, quæstio est; *An perinde ac ejusdem subiectum Christianitatis characterem insignitum, subordinetur potestati Ecclesiasticæ Summi in terris Christi Vicarij Romani Pontificis?*

## S. II.

3. Primum igitur Regi Christiano indecorum esset, negare, Regiam potestatem ex Chri-

stianitatis characterem, nihil de altiori perfectionis supernaturalis gradu participare, perinde ac si in eo collocaretur loco, quo esset in statu puræ naturæ, ac etiamnum reperitur in Regibus Ethnicis. Totius autem lineæ supernaturalis fundamentum est lumen fidei, cui superstruitur supernaturale prudentiæ sublimioris lumen. Quis ergo neget, sicuti lumen naturale indita habet virtutum semina, quibus non privatæ duntaxat honestatis, sed Politici etiam publicum Bonum respicientis Boni sit moderatio, sic supernaturale in fide Divinâ radicatum lumen objectivum est ordinis supernaturalis, non in singulari duntaxat, cujusque honestatem moralem in Regno Cælorum ordinabilem spectantis: sed, quia ex ipso Fidei lumine profitemur unam visibilem Ecclesiam, sub Christi Vicario coadunatam in aliquod publicum, & mysticum, & sub altiori ratione quasi Politicum Regnum, ipso Ecclesiæ nomine à Patribus Orthodoxis insignitum, oportet, in vi hujus supernaturalis luminis agnoscere cunctarum potestatum etiam naturalium, seu physicarum, seu politicarum, quæ moralis Regnum Cælorum ordinabilitatis capacium, coordinationem ad Regnum Cælorum, non privatim solummodo à fidelibus particulariter participandum in cælis, sed quâ in terris ex hierarchico sanctæ Ecclesiæ regimine consistens, cunctos complectitur fideles, ceu domesticos Dei, & civis Sanctorum. De quâ proinde moralis etiam publicæ, & quasi politicæ in Regno Cælorum ordinabilitate communicat etiam Regia potestas, non equidem secundum suam præcisè naturam spectata, sed quâ sublimata ex characteris Christiani elevatione, in vi cujus Rex est constitutus vicariæ Christi autoritatis instrumentum, ad publicum Ecclesiæ sanctæ Bonum, in suo præcipuè Regno, æternæque salutis in suis characterem Christiano æquè insignitis subditis commodum, pro viribus promovendum. Quidni ergo Regia potestas ex characterem Christianitatis, participans de activa in Regno cælorum in terris Ecclesiæ nomine insignitum subditorum coordinativâ autoritate, in suâ etiam personâ, quâ publicæ & Regiæ, communice de passivâ in Regno cælorum ordinabilitate per eum dirigendâ, cui Regni cælorum claves sunt à Christo commissæ?

Hinc pro secundo dicere fas est, Regnum quoque Politicum characterem Christianitatis condecoratum, participare de Regno Christi, quod asseritur non esse de hoc mundo. Hoc namque Christi in terris Regnum, obtinet normam publici etiam regiminis, fidelium sub uno Pastore Oecumenico in unitatem Fidei coadunatorum, sicque unam Republicam Christianam constituentium, in salutem æternam ordinantis. Num verò hujus ad Regnum cælorum atque salutem æternam ordinis tum privati, tum publici capacia negaveris Regiæ potestatis in Christiano Principe residentis exercitia, & actus Morales etiam publicos?

Quare pro tertio nefas est, duas supremas in terris gubernandi Ecclesiasticam & Politicam potestates ita statuere, ac si essent proflus disparatæ, nullam habentes inter se subordinatio-

nationem; ed quod utraque sit immediatè à Deo. Numquid enim lumen naturale cum suis homini naturaliter inditis *Moralibus* principijs, est immediatè à Deo? Num verò propter à si lumen naturale non tam in suis principijs, quam in horum contra Fidei supernaturalis dictamen applicatione deprehendatur aberrare, Fidei lumini, ejusque directioni, imò & correctioni subjacere debet? Sic profectò, dum ubi homo est elevatus ad statum supernaturalem, nulla jam dari potest iniquitas, seu falsitas cum fidei supernaturali lumine, ejusque *Moralibus* principijs pugnans, quin ipsi etiam naturæ lumini, & cum hoc commensurate naturali æquitati repugnet, nefasne erit potestati Ecclesiasticæ, super iniquitate hujusmodi se reflectendo, quod eam corrigat, & ad supernaturalis luminis *Moralia* principia, atque horum dictamina, suâ Divinitus sibi concessâ authoritate reducat? Sic enim multimodè olim fuisse practicum, constat varijs argumentis sibi deductis. Quantumvis ergo utraque illa potestas habeat respectu Dei parem immediationem, quoad sui nihilominus usum, vel etiam ad certum seu objectum, seu subjectum applicationem, evincitur potestas *Politica* in certis casibus indiretè subordinata & subiecta potestati Ecclesiasticæ.

Quæ proinde subordinatio pro quarto continetur ipsismet etiam verbis Apostolicis, ex parte adversâ ad suum intentum supra allegatis, quibus cavetur 13. ad Roman. capite, ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Quantumvis enim Angelici spiritus sint æquè immediatè à Deo, eum tamen inter se tenent ordinem, ut unus sit altero sublimior; unde fit consequens, quod inferior in sui intellectus usu subordinetur superioris illustrationi ac moderationi: sic proinde utriusque illius potestatis respectu Dei par immediatio non impedit, quò minus potestas *Politica* quoad sui usum sit subordinata potestati Ecclesiasticæ. Quam subordinationem haud obscure insinuavit Christus Dominus *Matthæi* 22. præcipiens, ita reddenda esse Cæsari, quæ Cæsaris sunt, servando ejus imperia & mandata *Politica*, ut in his major haberetur ratio eorum, quæ Dei sunt, potestatis scilicet Ecclesiasticæ, ad ea, quæ Dei sunt, fidei lumini, ejusque *Moralibus* principijs conformiter curanda, unice intentæ jussiones præferendo.

Verùm pro quinto, posito etiam, sed minimè concessio illo principio, quo *Politica* potestas negatur subordinari potestati Ecclesiasticæ, asseriturque, ad istam prorsus disparatè se habere: ne tunc quidem obtineretur adversæ partis intentio, ac si potestas Ecclesiastica non possit super potestatem *Politica* cum manifesto sanctæ Ecclesiæ, fideliumque detrimento vel malè collocatam, vel perversè impensam protendi.

Numquid enim, si Rex quispiam æquè supremus, Gallicæ Coronæ Jura Regia invadat, Rex Christianissimus julto adversus ipsum indicto bello, victor evadens, non suæ Majestatis duntaxat Jura vindicat, sed Regni sui aggressorem suis quoque Regijs erga urbes æquo prælio occupatas, juribus spoliandum ac-

cernit? Quidni ergo pro eo casu, quo Rex terrenus invadit jura Majestatis Pontificiæ, Ecclesiæque sanctæ Bonum Publicum perturbat, & legitime admonitus; contumaci nequitia pessumdare contendit, jus erit Summo Pontifici, authoritatem suam eousque protendere adversus talem Ecclesiæ sanctæ hostem publicum, quousque Christianissimus Gallicæ Rex præterdit, supremæ Majestatis suæ potestatem prævalere, ad suæ Coronæ Regiæ jurium aggressorem, æquè licet supremum Principem, suis juribus exuendum?

Pro sexto quispiam fortassis hoc argumentum retorquere nitetur, sciscitando, si jus naturæ cuique supremo Regi talem concedat judicialiter & milititer procedendi authoritatem contra quemcunque, supremum licet Principem Coronæ suæ Regiæ invasorem iniquum; an igitur Rex illâ suâ supremâ authoritate æquè uti posset adversus Summum Pontificem; Jurium suorum Regiorum fortè perturbatorem? Verùm præterquam successio in Patru sit Juris *Divini*, adversus quod nulla humana potestas quidquam facere potest; successio autem in Corona Regia sit dependens ex constitutionibus humanis, quoad *moralitatem*, quæ in Regnum cælorum, adeoque Ecclesiæ sanctæ Publicum Bonum ordinabilem, Pontificiæ authoritati universim ac indefinitè subiectis: altera adhuc ex ipsissimo hoc principio responsio in promptu est; quòd, sicut lumen naturale cum totâ *Moralitatis* sibi proportionatæ sphæræ est elevatum ad statum supernaturalem, sic Regia suprema Majestas quoad omnimodam lumini naturali commenturatæ sphæram, sit in vi supernaturalis totam *Moralitatis* naturalis lineam completentis elevationis, jam subordinata supremæ Ecclesiasticæ potestati. Quemadmodum igitur cum hac ad statum supernaturalem universæ *moralitatis* naturalis elevatione haud subsistit, quòd lumen naturale possit sibi arrogare officium quasi Iudicis super fidei lumine supernaturali, sed potius oportet econtra, ut lumen naturale se captiver in Fidei obsequium: sic neque *Politica* Regia Majestas, naturalis luminis sphærâ circumscripta, superextendere se unquam potest super Ecclesiasticam potestatem, præcipuè supremam, altiori Fidei lumini superstructam: nec adeò Rex, seu Imperator sibi arrogare unquam potest vel iudicium, vel bellum adversus Summum Pontificem, ex vicariâ Christi authoritate, supremæque adeò Ecclesiasticæ potestate procedentem, ad Regis Pontificiæ Majestatis hostis, depositionem.

Hinc principia illa ex lumine tum naturali, tum Fidei *supernaturali* petita inter se combinando, pro septimo sequens efformari potest argumentum Theologicum. Nempe luminis naturalis certum & indubitatum est *Morale* principium, quòd supremæ Majestati jus sit, se ipsam, & jura sua propria eousque vindicare, ut sub prævio injustæ aggressionis iudicio etiam publico, possit injustum suæ Majestatis aggressorem, Regem æquè licet supremum, armis suis subigere, cumque sic devictum, ex parte saltem, vel si causæ æquitas, seu

pag. 6.  
4. n. 27.  
6. pag.  
8. n. 40.  
6. pag.

pag. 8.  
4. n. 19.

36

ex pag.  
6. n. 37

19

pag. 10.  
n. 44

Authoritas  
Moralis  
Politica  
CIV  
130

seu necessitas exigat, ex toto deturbare Regno suo, exuereque Regiâ suâ supremâ auctoritate. At Fidei lumine certum est hoc alterum principium, quod vicaria in Ecclesia Christi potestas, saltem unâ cum Concilio Oecumenico (de quo *infra* ex instituto agetur, hoc puncto interea reservato in suspensio) sit suprema quædam auctoritas à Christo Domino instituta, obtinens summæ intrâ Ecclesiam Majestatis jura, nulli alteri in terris subiecta & subordinata, sed soli Christi judiciariæ potestati subdita. Hisce igitur duobus prorsus certis, altero *naturalis luminis*, altero *Fidei principijs præsuppositis*, quæ inde per legitimam consequentiam Theologicam inferenda erit conclusio, nisi quod Oecumenicâ suprema Ecclesiæ potestas, quæ ac Regia suprema Principis auctoritas possit quemcunque etiam Regem, sanctæ Ecclesiæ, ejusque supremæ Majestatis aggressorem, tum judiciariâ potestate, tum spiritalis armaturæ potentiâ suâ persequi usque ad ipsius exaurationem.

II.

Concludendo igitur ex ipsomet Christi Domini pronuntio, & per Clerum Gallicanum ad intentum suum producto principio, quod *Ioannis 18.* exaratum habetur, pro *ostentivo* ita licet argumentari. Num Catholico Theologo digna vox esset, asseverare, quod ulla ex humano arbitrio sit dependens *Moralitas*, cui non superstruatur ordo ad salutem æternam, in tantum, ut quævis deordinatio à luminis *naturalis morali honestate*, ex statu *supernaturalis elevationis*, inseparabiliter importet *deficientiam à supernaturali quoque moralitate*, ejusque *specificativo Fine æternæ salutis*? Num Ecclesiæ porro regimen dicere fas est, consistere in præcisa privatorum, & conjunctis Christiani propriorum actuum ad salutem æternam ordinatione, non verò obtinere normam publici quoque regiminis fidelium, sub uno Capite & Pastore Oecumenico in unitate Fidei coadunatorum, sicque unam Republicam Christianam constituentium, moderantis, atque universale sacræ Religionis Bonum sub publico etiam Dei cultu, *authoritative* ordinantis ad æternæ salutis Finem Ultimum? Num verò ab hoc publico sanctæ Ecclesiæ regimine sub fidei unitate omnimodam honestatem *supernaturalem*, cum æternæ salutis Fine Ultimo, ac publico Religionis cultu *Mysterioso* proportionabilem convenienter ordinante ac dirigente, excludere fas est, qualecunque Principis *læcularis, maxime Christiani* Regnum Politicum? Num autem hujus ad æternam salutem ordinis tum privati, tum publici, *espacia negaveris* Regiæ potestatis in Christiano Principe residentis exercitia, & actus *Morales* etiam publicos? Quandoquidem ergo Regni Christi, nempe Ecclesiæ, spherâ sit quorumcunque Christianorum, *Moraliumque* in his actuum, in salutem æternam, publicamque Dei cultum, commoneque Ecclesiæ sanctæ Bonum ordinabilitas, sub hac autem spherâ contineantur etiam Regna, Regiæ potestates, nec non quicunque Christianorum, ipsorum adeo Regum, actus *Morales*, in salutem æternam, publicaque Religionis Bonum ordinabiles, consequens est,

secundum hanc ordinabilitatem, Regno Christi, nempe sanctæ Ecclesiæ, ejusque Oecumenicæ potestati subesse quoque Regna, Regumque actus *morales*, circa temporalium etiam rerum dispositionem versantes, secundum dictam ordinabilitatem spectatos, atque ad hanc, ceu *specificativum* Ecclesiasticæ potestatis objectum *Formale*, se habentes tanquam objectum *Materiale*.

Exinde denique pro *nono* hunc in modum reasumere licet *adversæ* primum ex *Roman. 13.* capite desumptum principium, quo jubetur, ut *omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita*, quippe cum non sit potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt: itaque qui potestati resistit, Deo resistit. Ex prætatis nempe principijs evincitur, potestatem Pontificiam super omnes Christianos protensam, ita esse à Deo, ut eidem, totam *Moralitatis* lineam complectenti, subordinata sit Christiani Regis *Politica* quoque potestas quoad actuum suorum etiam publicorum, Regiæque dignitatis ad hoc subiectum applicabilitatis *moralitatem* spectata. Si ergo Rex potestati Pontificiæ resistat, an non Dei ordinationi eatenus resistit, ut Deo resistere ex illo Apostolico pronuntio convincatur? Quod si proinde Rex, quantumvis in linea *Politici* regiminis supremus, attamen in linea Regni Christi subordinatus supremo Ecclesiæ sanctæ Pastori Oecumenico, molitur aliquid adversus Publicum Ecclesiæ Bonum, ac regimen, suæ Regiæ potestatis actibus non tantum descendendo à spherâ supernaturalitatis in sanctæ Religionis etiam publicæ, sed istud Ecclesiæ sanctæ publicum Bonum evertere conando, atque per schisma, seu perversa, adversus Oecumenicum sanctæ Ecclesiæ Pastorem, ejusque regimen conamina, turbando pacem & tranquillitatem, unitatemque Fidei, ac Religionis etiam publicæ, an non ex tunc speciali etiam publici Ecclesiæ sanctæ Boni protervè violati titulo, incipit esse subiectus Ecclesiasticæ potestatis judicio, ejusque auctoritati judiciariæ?

Ex quibus universis jam patet, quos Clerus Gallicanus pro suo intento producebat sacros textus, juxta certa Fidei principia ritè expositos, prævalide retorqueri ad Pontificiæ potestatis supra Reges extensionem, deinceps *directè & positivè* comprobendam ex sacræ Scripturæ Divinis Oraculis.

## CAPUT II.

In quo *secunda* assertionis sit demonstratio.

Hujus assertionis summa est, quod Regiæ potestatis ad certum Christianitatis characterem insignitum subiectum applicabilitas, unâ cum publicis ejusdem functionibus, superinduat quandam *Moralitatem*, quæ supernaturalis elevationis lineam respiciat, subordinatam adeo, ac subiectam clavibus Regni cælorum, Petro, ejusque successoribus per Christum commissis.

## S. I.

4. Cujus proinde assertionis probatio prima desumitur ex præinsinuato Matthæi 16. cap. 7. 18. & 19. Ubi Christus isthæc ad Petrum verba proferebat: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalent adversus eam. Et quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis.* Nam 1. ex his Christi Domini verbis evincitur, quod isthæc clavium potestas non fuerit alligata ad Petri personam, sed connexa sit cum perpetuo sanctæ Ecclesiæ, à portis inferi nunquam superanda statu. Ex vi cujus proinde connexionis, potestas illa determinabatur propaganda per successionem. Quisquis ergo legitime designatur Petri successor, ex ipsa Christi institutione, immèdiatè, adeoque ex iure Divino accipit indefinitam potestatem ligandi & solvendi, quodcumque est super terram.

3. Sed quid sub ista voce *Quodcumque* comprehenditur? Non utique id, quod est physicum quidpiam, consistens super terram, sed quod *Morale* est in hominibus. Hoc namque à pertè demonstrat sacer contextus, vi cujus illa ad quodcumque solvendum, seu ligandum super terram protensa potestas combinatur cum clavibus Regni cælorum. Quidquid ergo humani operis ac rei habet respectum ad Regnum cælorum, continetur sub illo *Tò Quodcumque*. Hæc verò humanorum actuum ac functionum in Regnum cælorum ordinabilitas, est ipsissima moralitatis ratio, in homine, Christianitatis caractere præcipuè insignito, obtinens ordinem ad Ecclesiam tum Militantem, tum Triumphantem: ex ordine namque ad hoc utrumque Regnum cælorum, sunt definitæ claves, Petro, ejusque successoribus commissæ, cum potestate solvendi & ligandi quodcumque super terram. Quod quidem igitur Christus nihil de eo genere, quod super terram *Morale* est, aliquo ad Regnum cælorum respectu vestitum, ab illa potestate exceperit, num dicere fas est, de tali Regnum cælorum respicientium rerum genere, non esse Reges, seu potestatem Regiam, non tam in se *Formaliter* spectatam, quoad præcisam naturam suam, quomodo se habuissent in statu etiam puræ naturæ, sed quâ applicatam subiecto insignito Christianitatis caractere, unâ cum Regis hujusmodi universis *Moralibus* actibus, ipsoque adeo Regiæ potestatis exercitio?

4. Quis namque pro secundo ausit Christiano Regi eam inurere ignominiam, ac si ex caractere Christianitatis, quo in sacro Baptismate est insignitus, non æquè ac cæteri homines Christiani, haberet signum Divinitus impressum, coordinativum animæ ad regnum cælorum, subiectæ adeo clavibus Apostolicis, Petro, ejusque successoribus commissis? Harum verò clavium sphæra à Christo Domino describitur ex *indefinitâ* ligandi & solvendi potestate, supra omne *Morale* protensâ, quod ita est super terram, ut tamen respectum habeat ad regnum cælorum. Numquid autem, si actus quicumque *Moralis* in Rege,

publici quoque regiminis, deficiat ab honestate *moralis* etiam *naturali*, eo ipso, quod homo sit elevatus ad statum supernaturalem, & dum Christianus est, talis suæ elevationis signum præferat ex caractere per sacrosanctum Baptisma sibi indito, prorsus hinc redditur consequens, talis actus à naturali honestate deficientis *moralitatem*, contrahere reatum peccati, cum sine quoque supernaturali cælestis beatitudinis pugnantem? Quomodo igitur fas foret, actus *moralis* Regiæ potestatis, ut sic regimen *Politicum* respicientes, excipere à *moralitate*, ex Christi institutione, sanctæ Ecclesiæ clavibus subiectâ.

Sed numquid pro *tertio* excipere licebit, peccati reatum ex Regiæ potestatis perverbo usu resultantem, respicere duntaxat *conscientia* forum, subjacereque Sacramentali solummodo absolutioni? At Christus illis verbis suis commisit Petro, ejusque successoribus *Oecumenicam* solvendi & ligandi potestatem, quæ complectitur Fori quoque *Externi* iudicium, protenditurque ad quodcumque hominis Christiani *Morale*, sub præinsinuato ad regnum cælorum ordine consistens, vinculum. Nefas igitur foret, negare, potestatis Regiæ homini ad statum supernaturalem elevato, & caractere Christianitatis insignito, inexistens, qualiacunque exercitia subesse *Oecumenicæ*, Summi Pontificis Petro succedentis authoritati, Forum quoque *Externum* respicienti: sive hujusmodi Regiæ potestatis actus propriè se habeant per modum legis, sive per modum sententiæ judicariæ, respiciantque non privatum duntaxat subditorum, sed etiam publicum *Politicum* Regiminis Bonum, cum sic etiam obtineant talem super terra *moralitatem*, quæ ipsum regnum cælorum respicere debeat.

An verò pro *quarto* claves regni cælorum cum *indefinitâ* suâ ad omne *Morale*, quod est super terram, protensâ ligandi & solvendi authoritate, Petro, ejusque successoribus per Christum commissas fas est, ita coarctare, quasi instar *economicæ* potestatis privatum, duntaxat salutis æternæ commodum in sibi subiectis ovibus, solum *sigillatim* ac *divisim* spectatis, attendere debeant? Verùm eo ipso, quod claves illæ, secundum Christi Domini sacrorum verborum contextum, habeant respectum ad Ecclesiam, quæ est regnum quoddam ex cunctis Christi fidelibus coadunatum, oportet, illam *indefinitam* ligandi & solvendi potestatem, protendi etiam super publico Ecclesiæ, fideliumque in unum Christi corpus *Mysticum* coadunatorum Bono, quâ in Regnum cælorum, tum æternæ fidelium salutis, tum Divini honoris etiam publici finem, respiciens ordinabili. Hæc autem publici intrâ Ecclesiam regiminis ratio consistere haud potest, absque *Oecumenicâ* authoritate condendi leges publico Ecclesiæ Bono convenientes, & absque judicariæ potestatis in Foro etiam *Externo* exercendæ usu, ubi Ecclesiæ sanctæ necessitas tale quid exigit. Cui proinde publico Ecclesiæ regimini subesse debet, quidquid in Regibus caractere Christianitatis insignitus, est *moralitatis*, in regnum cælorum ordinæ,

bilis. Quia igitur ipsius etiam Regiæ potestatis ad certum subiectum applicabilitas, atque autoritatis ejusmodi in tali subiecto consistentia cum omnimodis, publicis etiam judiciariis actibus, utique *Morale* quid est, in regnum cælorum ordinabile, quomodo à clavis, publicum sanctæ Ecclesiæ regimen importantibus, & ad quodcumque super terram *Morale*, quò in regnum cælorum scilicet ordinabile, protensis, excludere liceret Regiam potestatem, non tam in se formaliter, secundum quod est *juris Divini*, quam subiectivè spectatam, quoad sui ad certum subiectum applicabilitatem, ex *moralis* hominum dispositione pendente, nec non quoad publicos seu Judiciarie, seu Legislative potestatis actus, quò *moralitatis* etiam supernaturalis, in cælorum tam Militans, quam Triumphans regnum ordinabilis participes?

7.  
ex pag.  
44. n.  
p. 2.  
pag. 26.  
n. 11.  
ex cit.  
pag.  
44. n.  
p. 2.  
ibi n.  
p. 4.  
8.

Ex hac proinde super quodcumque in terris *Morale* protensa autoritate Pontificiâ, pro quinto profuxit, quòd Gregorius II. ob publicas Ecclesiæ necessitates, Caroli Martelli Francorum Regis subsidium implorans, eidem detulerit Romanum Consulatam: quòd idem Papa Leoni Isaurico in Catholicos sævienti tributum à Romanis pendi solitum abrogavit: quòd Zacharias Papa Regnum Franciæ Childerico inter otia & voluptates marcenti ademptum, transtulerit in Pipinum, ut scilicet subsidium ferret Ecclesiæ, adversus iteratas Longobardorum molestiones, Copronymo Imperatore nulli aliud bellum, quam cum sanctis Imaginibus gerente: quòd Stephanus Papa III. Jus Regiæ Coronæ ad Pipini quoque successores prorogavit, faciens, ut Franciæ Proceres juramento se obstrinxerint, nunquã ex aliâ, quam Pipini stirpe, Reges à se admissum iri: quòd denique Leo III. Occidentis Imperium a Græcis ademptum, Ecclesiæ sanctæ publicis necessitatibus ita exigentibus, transtulerit in Carolum Pipini filium, ejusque stirpem masculinam.

Horum universorum pro quinto ratio accersiri potest ab Extravagante unicâ, *Si fratrum. Ne sede vacante.* quòd nempe Romano Pontifici in personâ Petri, terreni simul & cælestis Imperij jura Deus ipse commiserit. Sed quomodo, inquit, terreni Imperij jura dici possunt à Deo fuisse Papæ commissa? Non aliâ utique ex ratione, quam prout terrenum Imperium inter Christianos supervestitur ordinabilitate in regnum cælorum tam Militans, quam Triumphans, atque sub hac formalitate *Moralitatis* etiam supernaturalis, subordinatur auctoritati Divinitus constitutæ ad quodcumque super terram *Morale* solvendum, seu ligandum, in regnum scilicet cælorum, atque adeò ad publicum quoque Ecclesiæ sanctæ regimen, ordinabile. Ab hoc namque ordine Divinitus constituto excludere terrenum inter Christianos regnum, perinde foret, atque hoc redigere ad statum seu puræ naturæ, seu Ethnicismi, qui, uti destitutus erat lumine supernaturali, sic eidem haud lucebat ille in Ecclesia Christi Divinitus constitutus ordo ad regnum cælorum, cui omne super terram *Morale*, adeòque ipsum etiam regnum terrenum, quò *Moralitate* ejusmodi inter Christianos supervestitur, subordinari debet.

S. II.

In quo præactæ assertiois secundæ fit confirmatio ex Deut. 17. capite v. 8.

EX hoc namque sacro textu constat, si difficile & ambiguum inter lepram & lepram, inter causam & causam, inter sanguinem & sanguinem perspiceretur judicium, oportuisse, ut judiciaria potestas sæcularis ad summi sacerdotij judicium deferretur, requirendo inde judicij veritatem. Quæ potestatis sæcularis ad sacerdotij Veteris auctoritatem subordinatio, tanta erat, ut omnino fuerit faciendum, quodcumque ex illius judicio fuerat sancitum, Deo statuente mortis pœnam adversus illum, qui noller obedire sacerdotis imperio. Judicisque decreto. Quæ proinde sæcularis judiciariæ potestatis ad sacerdotium subordinatio complectebatur causas tam Civiles, quam Criminales, ubi de judicij ex Divina lege definiendi veritate, in Politico Tribunali ambigebatur. Quidni ergo Novi quoque Fœderis summus Pontificatus, cui commissa sunt claves regni cælorum, ad quodcumque super terram *Morale*, quò in regnum cælorum ordinabile, per Christi Domini verba protensa, dicendus sit habere sibi subordinatum quodcumque inter Christianos Politicum regimen, & judicium, quò *moralitate* hujusmodi supervestitum, nisi regnum ejusmodi politicum excludere malis ab ordine regnum cælorum respiciente?

Si pro secundo quispiam contendat, id discriminis esse inter Novum & Antiquum Testamentum, quòd in hoc leges Judiciales fuerint Divinæ, quarum adeò interpretatio merito petenda erat à sacerdotali auctoritate: at in Novo Testamento leges Fori Civiles sint Juris humani, ab ipsis Regibus & Imperatoribus latæ, ut secundum eorum normam perageretur judicium. Qui ergo dicere fas sit, super eas extendi supremam Christiani sacerdotij auctoritatem?

Verùm hac Novi & Antiqui Fœderis discrepantiâ spontè admittâ, considerandum adhuc superest ex præadducto sacro textu, quòd sacerdotale judicium in Veteri Testamento, directe ferebatur super legis judiciariæ Divinitus constitutæ interpretatione, ut tamen indirectè per modum objecti materialis attingeret ipsas quoque Civiles causas, præviæ de legitimo legis sensu, sacerdotalis sententiæ conformiter dijudicandas: eodem sacro textu dilucidè sanciente: Si difficile & ambiguum apud sæcularis Fori iudices perspiciendum fuerit judicium inter sanguinem & sanguinem, causam & causam verè Civilem, (utpote super quâ intrâ laicæ potestatis portas, seu tribunalia existebat judicium variatio) eatenus debuisse judicij veritatem indagari ex judicio sacerdotis, ut in ejusmodi specificâ causâ oportuerit, iudices laicos, sequi sententiam sacerdotum.

Esti verò leges, secundum quas intrâ statum Novi Fœderis sit judicij Civiles ac Criminalis in foro sæculari moderatio, non jam sint specificè Divinæ, sed ab ipsismet Regibus seu Imperatoribus, pro suo Regno seu Imperio latæ fuerint:

rint: attamen cuiuscumque legis ratio exigi ad essentialem sui valorem, ne sit difformis sed positivè conformis juri Divino, vel naturali, vel positivo. Hæc autem cum jure Divino etiam naturali conformitas, ex statu supernaturalis hominum elevationis, subsistere nequit, si qualemque habeat cum lege Divinâ sacris Litteris nobis patefactâ dissonantiam. Sub quâ proinde cuiuscumque cum honestate sacris Litteris lancitâ, difformitatis formalitate, ad Ecclesiasticâ potestatis spheram spectante, lex à Rege, vel Imperatore lata, per modum objecti materialis indirectè saltem subijcitur sanctæ Ecclesiæ iudicio, & authoritati; siquidem hujus spheræ, secundum dilucidâ Christi verba, complectatur *Quodcumque in terris Morale*, quâ in regnum cælorum ordinabile, sive quâ supervestitum moralitate seu conformitatis, seu difformitatis cum regno cælorum.

Hæc pro tertio reduci potest praxis, intrâ Ecclesiâ quoad leges Imperatorias reformandas, multimodè frequentata. Leges namque Imperatorie olim firmabant validam, etiam malâ fide peractam præscriptionem. Quod, ubi Summi Pontifices agnoscebant, non cum naturali duntaxat honestate, sed cum supernaturalis quoque Moralitatis rectitudine pugnare, ex authoritate Christi vicariâ improbabant tanquam iniquum. Et quia nulla est excogitabilis iniquitas juri naturali repugnans, quin supernaturalis quoque honestatis rectitudini adverletur, ideo malæ fidei præscriptio, non poterat damnari, quâ æquitate supernaturalis moralitatis contraria, quin abolenda decerneretur sub moralitate, quâ præciso etiam luminî naturali adversante. An non igitur sub hoc supernaturalis moralitatis respectu in lege Civili Præscriptionis reformandâ, iudicii veritas ita procedere debebat ex Summi Sacerdotij authoritate, ut hæc *Quodcumque in terris Morale*, quâ ad regnum cælorum ordinabile ambiens, solveret valuerit iniquitatem Juris, à Politicâ authoritate contra æquitatem tam naturalem, quam supernaturalem perperam constituiti.

Sic pro quarto Jura Civilia olim decreverunt, jusjurandum ex metu ininitum, esse invalidum, sacri autem Canonès è contrario vinculum Religionis inde obortum sanxerunt validum, sed authoritate Ecclesiæ rescindendum. An igitur dicere fas est, non attentâ ejusmodi Canonice sanctione, posse intrâ lineam moralitatis naturalis defendi illius jusjurandi invaliditatem, utpote stabilitam ab Imperatoriâ supremâ politicâ authoritate? Hoc si quispiam tueri vellet, profectò tateri deberet, dari honestatem quampiam naturalis ordinis, quæ supernaturali moralitati esset contraria, quod tam impossibile est, quam indubitanter verum est, verum naturalis ordinis pugnare haud posse cum vero supernaturalis ordinis: neque tamen veritas supernaturalis ex naturalis ordinis veritate, sed hæc e contra ex illâ est dijudicanda.

Quintò. Hoc proinde argumentandi genus (quo versus decimus octavus ex Matthæi 16. capite in præcedenti S. nostro adductus, conferretur cum præsentî versu octavo præallegati 17. capitis Deuteronomij) etiam complexus est In-

nocentius III. in Cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi. Ubi Pontifex iste dans rationem, quo jure & authoritate etiam quoad temporalitatem dispensarit in illegitimitate filij Regis Franciæ, hunc in modum argumentatur. *Rationibus inducti, Regi gratiam secimus requisiti, causam tam ex Veteri, quam Novo Testamento trahentes, quod non solum in Ecclesiæ patrimonio, veram etiam in alijs regionibus, certis causis inspectis, temporalem jurisdictionem casualiter exercemus, non quod alieno juri præjudicare velimus, sed quia, sicut in Deuteronomio continetur: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perpexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram &c. venies ad sacerdotes Levitici generis &c. & facies, quæcumque di. erint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisque eorum sententiam &c.*

Sanè cum Deuteronomium Lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, ut, quod ibi decernitur, debere in Novo Testamento servari: locus enim, quem elegit Dominus, Apostolica Sedes esse cognoscitur &c. Is vero super sacerdotalis Officij conductores, iudex existit, cui Dominus inquit in Petro: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis &c. Eius vicarius, qui est, sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, iudex vivorum & mortuorum. Tria quippe distinguit iudicia, primum inter sanguinem & sanguinem, per quod Criminale intelligitur & Civile. Ultimum inter lepram & lepram, per quod Ecclesiasticum denotatur & Criminale Medium inter causam & causam, quod ad utrumque refertur, tam Ecclesiasticum, quam Civile, in quibus, cum aliquid fuerit difficile & ambiguum, ad iudicium est Sedis Apostolicæ recurrendum, cuius sententiam, qui superbiens contempserit observare, mori præcipitur, id est, per excommunicationis sententiam velut mortuus à communione fidelium separari. Quæ igitur in Antiquo Fœdere erat sacerdotij summi prærogativa Deuteronomio, 17. v. 8. sancita, ad iudicii veritatem in causis ambiguis tam Criminalibus, quam Civilibus pro foro etiam seculari decernendam, par, imò major in Novo Fœdere est Summi Pontificatus seu vicariatus, ipsummet Christum repræsentantis, præminentia, vi illius Canonis definita, ad hoc, ut, dum dubitatio, seu queritio oritur de moralitate in regnum cælorum ordinabili, vi constitutionis per Christum Matthæi 16. capite lata, iudicii, seu legis veritas pro causis seu Civilibus, seu Criminalibus in Foro quoque Politico determinandis, referenda sit ad Christi vicariatum, seu Summum Pontificatum.

Pro sexto igitur concludere tandem licet per hanc sequentem argumentationem. Quemadmodum scilicet Deuteronomio, 21. cap. 5. Deus imperavit, ut ad verbum sacerdotum omne negotium, & quidquid mundum, vel immundum est, finiatur. Sic quid moralitati honestatis supernaturalis vel difforme, adeoque immundum, vel conforme, ac proinde mundum sit in omni etiam seculari negotio, quæ tionis hujusmodi definitio spectat ad Romani Pontificis authoritatem super quocumque in regnum cælorum in terris ordinabili à Christo protensam. Quare

A 2

Sacer.



Sacerdotij Regalis, seu vicariatus Christi iudicium super Regijs quoque & Imperatorijs, lineæ *supernaturalis moralitate* necessariò supervestiendis legibus, & consequenter super *Civilibus* ex harum normâ decidendis causis quibuscumque, superextenditur, non quidem *directè ac per se*, sed *indirectè & materialiter*, quatenus scilicet Summi Oecumenici Pastoris officium requirit, providere, ne quid à jure *Divino seu naturali*, seu *positivo* distortum irrepat, siquidem deviatum a naturali æquitate, subsistere nequeat, quin habeat repugnantiam cum fine salutis æternæ, honestatæque etiam supernaturali, ipsiusque Religionis sanctæ decore. Sub quâ adeo repugnantia *formalitate*, si quando in legibus *Civilibus* interveniat, illæ seu *objectum materiale*, necessariò subesse debent iudicio Pontificiæ autoritatis, ad *Quodcumque in terris Morale*, seu *ordinabile in regnum cælorum* protensæ.

## S. III.

*In quo præfatæ assertionis secundæ**Probatio fit ex Christi Domini verbis*Ioannis ultimo prolatis ad Petrum: *Pasce oves meas: Pasce agnos meos.*

18. **N**Am primò, quam Christus Dominus cit. *Matth. 16. cap.* clavium potestatem promiserat Petro, intrâ Ecclesiam ad finem mundi usque duraturam, successione ordine, eam post gloriosam resurrectionem sub præadductis verbis *actualiter* contulit eidem Apostolorum Principi. Hæc namque pascendi potestas ita habet respectum ad singulos Christi fideles, verbo Dei, & correctione salutiferâ pascendos, ut simul habeat ordinem ad publicum Ecclesiæ regimen, Ecclesiamque sanctam, seu Mythicum Christi Corpus, ac Regnum, publicâ adeo autoritate pascendum, sicque gubernandum ad communem sacræ Religionis utilitatem. Cui proinde publici quoque regiminis, seu Christiani regni ordini subduntur, quotquot sunt Christi oves seu agni. Quis ergo Reges Christianos ab hoc Christi ovium ordine, ac regimine etiam publico, exclusos velit, dum tamen Christus nullam suarum ovium, caractere nempe Christianitatis in Baptismate insignitarum, ab illo Pastoralis munere, publici Ecclesiæ sanctæ regiminis normam præferente, exclusam voluerit?
19. Neque pro *secundo* trias movere, fas est, ex verbo *Pasce*, quasi hæc vox mitior videretur, quam ut regiminis publici coercitivam etiam potestatem denotaret. Etenim Psalmi *viginti secundi versus primus*, qui in Vulgatâ ita legitur, *Dominus regit me*, in alia versione hinc constat verbis, *Dominus pascit me*, claro ad eò argumento, verbum *pascendi* esse aptum, significare publici quoque regiminis auctoritatem. Hanc verò significationem habere locum in illis Christi ad Petrum prolatis verbis, evincitur ex hoc, quòd sub illis collata fuerit ipsissima illa auctoritas, quæ *Matthæi 16.* fuerat à Christo promissa Petro sub clavibus regni cælorum, cum *indefinitâ* potestate ligandi

ac solvendi *Quodcumque in terris Morale*. At huiusmodi solentis solvendi & ligandi auctoritas, obtinens ordinem ad regnum cælorum Militantis etiam Ecclesiæ, Hierarchicam publici quoque regiminis normam, uti sacra Fides docet, præferentis, non potest non esse iurisdictionis, cuius sphaera complectatur universam *Moralitatis* lineam *indefinitè*, absque ullâ proinde exceptione spectatam, atque ad eò quidquid in Regiæ potestatis vel ad certum subiectum applicabilitate, vel publici regiminis est *moralitatis*, sinu suo ambientem.

Neque pro *tertio* juvat, quòd sub Concilio Tridentino aliqui Galli objiciebant, verba illa, *Pasce oves meas*, complecti singulas duntaxat Christi oves, *Divisim*, non verò *Collectim* spectatas, quâ *constituente* unam Christi Ecclesiam. Hoc namque objiciebatur, ne inde probari possit Papæ super Concilio universam Ecclesiam repræsentante, sicque oves Christi *collectim* in Episcopis complectente superioritas; de quo puncto agemus *sequenti articulo*. Interea sermo hic est de Regibus *figillatim* spectatis, qui si oves Christi audire velint, utique comprehenduntur etiam sub illis verbis, Petro, ejusque successioribus discretè concedentibus potestatem pascendi, sive regendi universas Christi oves, ex auctoritate protensâ super *Quodcumque in terris Morali*, in Ecclesiæ tam Militantis, quam Triumphantis cælorum regnum ordinabili, à quo *Moralitatis* ordine turpe esset, Christianorum Regum quamcumque, publici quoque Regiminis functionem, ipsiusque etiam Regiæ ad hoc subiectum applicabilitatem excipere.

Quòd si igitur pro *quarto* Rex Christianus non in suâ duntaxat personâ extra sacrosancti regiminis Ecclesiastici, seu universalis Christi ovium pascui, limites aberret, sed alios in super Christi fideles ab hoc Christi ovium grege abducat, imò ipsam Christi Ecclesiam quoad publicum sacræ Religionis propagandæ, atque conservandæ conforme Divinitus constitutum regimen infestet, ejus jura invertat, unitatem Fidei conturbare nitatur, seu ejus perturbatores tueatur, atque defendat, sanctamque Religionis publicæ pacem evertere moliat, quomodò talis Rex, Christianitatis caractere insignitus, quoad omne id, quòd in se super terram *Morale* est, respiciens Regnum cælorum, ejusque claves, non subiacebit, haud privatæ duntaxat correctioni, sed publicæ etiam Oecumenici supremi Pastoris correptioni?

Id pro *quinto* confirmatur ex Bonifacii VIII. Constitutione *Extravagante. Vnam sanctam. De majoritat. & obedientia*. Cujus summa in hanc argumentationem reduci potest. Quando Christus Petro, ejusque successori dixit? *Pasce oves meas*; intelligantur eidem commissa universæ Christi oves, eisque ad eò de necessitate salutis, credere, quòd Romano Pontifici, seu Petri successori, sublit omnia humana creatura in Ecclesiæ unitatem congregata sub uno Capite Christo, ejusque Vicario. Sub eâ autem Pastoralis muneris potestate continentur duo gladij, *spirituales* videlicet ac *temporalis* auctoritas:

thoritas: Christo Domino, ubi Apostoli dixerant: *Ecce duo gladij hic* (id est in Ecclesia) respondente: *Satis esse*. Inter quos adeo binos gladios temporalis potestas fuit à Christo designata: *Allegoricè*, quando dixit ad Petrum: *Converte gladium tuum in vaginam*. Ex hoc namque evincitur, non spirituales duntaxat, sed etiam temporalem potestatem, subesse authoritati Ecclesie, sub eà quidem differentià, ut ille potestatis spiritualis gladius manu sacerdotis, hic vero temporalis potestatis gladius manu Regum, sed ad nutum & patientiam sacerdotis, sit exerendus.

23. Pro sexto firmatur id ipsum præacta *Extravagantis* argumento in hanc formam redacto. Etenim gladium esse sub gladio, & temporalem authoritatem quoad sui exercitium, subijci spirituali potestati, evincitur etiam ex illa Apostoli sententià, quò dicitur non esse potestas, nisi à Deo, quæ autem à Deo sunt, ordinata esse. In vi cuius prout ordinationis Divinæ, oportet, ut eatenus gladius sit sub gladio, quatenus potestas temporalis, utpote inferior, per spirituales, seu superiorem potestatem reduci debet in suprema; sicque adeo potestas terrena, si deviet, judicanda est à potestate spirituali.

24. Pro septimo igitur ex dicta *Extravagante* in hunc modum concludere tandem licet. Quandoquidem inter universas Christi oves Romano Pontifici, seu Petri successori commissas, reputentur etiam Reges Christi charactere insigniti, sub potestate autem pastoralis per Christum suo Vicario Petri successori concessa, continentur duo gladii, authoritatis spiritualis & temporalis, eà tamen cum subordinatione, ut potestas terrena tanquam inferior, per spirituales, seu superiorem, reducenda sit in suprema. Ictico manifestum jam extat ex sacræ Scripturæ textibus, in præacta *Extravagante* deductis, Reges cum suæ potestatis gladio, quoad huius exercitium, subesse Romani Pontificis spirituali authoritati.

25. Nec obstat pro octavo, quòd in *Clementina Meruit*. De privilegijs, caveatur, per istam *Bonifacij VIII. Extravagantem*, nullum generari præiudicium Galliarum Regi ac Regno, seu Regnicolis Galliarum, ita ut in vi huius *Bonifacianæ Extravagantis* amplius subijciantur Ecclesie Romanæ, quàm antea existebant, sed in eodem intelligantur esse statu, quo erant ante præfatis definitionem.

26. Nam totum hoc concedendo, ita licet argumentari. Nempe dici nullatenus potest, quòd præiudicium aliquod sit à *Bonifacio VIII.* illatum, dum Rex Franciæ cum universis Regnicolis suis computatur inter oves Christi. At potestas pastoralis super universas Christi oves protensa, ex Christi instituto, continet duos gladios, potestatis scilicet spiritualis & temporalis, ita ut hæc sit quidem in manu Regum, ad nutum tamen, & patientiam sacerdotis exerenda. Nequit verò, quòd ex Christi instituto est sancitum, non esse antiquius illa *Bonifacianæ* constitutione. Nihil ergo istorum à *Clemente V in Clementina Meruit*. est correctum: quippe cum illa præcisè statuatur, quòd per *Bonifacij VIII. Extravagantem* unam sanctam, nul-

lum Regi, Regno, & Regnicolis Franciæ debeat generari præiudicium, ita ut isti amplius exinde sint subijcti Romanæ Ecclesie, quàm antea existebant, sed intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatis.

27. Quo sic constituto, pro nono licet taliter argumentari. Nempe illa definitio *Bonifacij VIII.* in eo se tenebat, quòd ex ipso iure Divino sanxerit subordinationem gladij temporalis erga gladium potestatis spiritualis, ita ut, si illa deviet à recta ratione, sit iudicanda à potestate spirituali. At istud spirituale iudicium Oecumenici Ecclesie Pastoris potestati concessum, subsistit ex vi clavium Ecclesie, Petro, eiusque successoribus commissarum in tantum, ut, quodcumque ligaverit, vel solverit super terram, sit vel ligatum, vel solutum in celo. Eo ipso autem, quòd Regiæ potestatis exercitium ita sit super terram, ut in Christiano Rege dicat ordinem ad regnum cælorum, oportet, ut sub respectu lux ad æternam salutem, seu sacræ Religionis utilitatem publicam ordinabilitatis, sit inter illa *Quæcumque*, quæ super terram continentur sub Oecumenicâ clavium potestate seu solvendi, seu ligandi. Quoad hanc igitur potestatis Regiæ erga authoritatem Oecumenicam Summi Pontificis, subordinationem, illa *Bonifacij VIII. Extravagans* nullum præiudicium generavit Regi, Regno, & Regnicolis Franciæ, sed hos relinquens in statu, in quo vi *Juris Divini*, ante eam definitionem fuerant, non potest quoad debitam illam respectu Romanæ Ecclesie subordinationem ac subjectionem, per dictam *Clementinam Meruit* esse correctam.

28. Hinc pro decimo istam Regum Christianorum erga Romanos Pontifices subjectionem isto adhuc sæculo, nempe Anno 1615. adversus Oratores Ordinis Popularis in Comitij generalibus Franciæ, strenuè asseruerunt Cleri & Nobilitatis Ordines, Cardinale Perronio horum nomine firmante eandem subordinationem quàm plurimis exemplis; prout videre licet apud *Gabrielem Bartholomæum Gramondum* sacri Regij Consiliorij Senatorem, & Parliamenti Toloiani Præsidem sub actis dicti anni 1615.

29. Sic ergo inducitur ibidem ex Cleri, & Nobilitatis Franciæ manda to diservisse præfatus Cardinalis. Constat, exemplis plena esse historiarum volumina, quibus confirmatur Summæ Sedis in Reges potestas à fide degeneres. Ita *Euphemium Patriarcham Constantinopolitanum Anastasio Imperatori* negasse obsequium, & fidem, donec Concilio Chalcedonensi subscripsisset. Ita eidem Imperatori in *Eurychis hæresim* relapsus, restitisse acriter *Symmachum summum Pontificem*, ita *Clotharum Regem Gallorum*, ob scelus immane in Ecclesia Dei, nec luctu patratum, post mundatum sanguine innocenti altare, fuisse pœnas arbitrio Summi Pontificis condignas culpæ. Ita *Iustinianum secundum*; ita *Philippicum Imperatores à Sergio & Constantino Summis Pontificibus* multatos. Ita *Leonem Isauricum Imperio* dejectum *Gregorij II.* decreto, quia *Iconoclastarum hæresi* infectus, dogma propugnabat exemplo, & vi. Ita *Carolus Magnus* evedum ad Imperium Occidentis ope Romanæ Sedis.

Ita Childericum Regno dejectum: ita substitutum homini per otium enervi, fastigique Regiæ dignitatis impari Pipinum, assensu Sedis Apostolicæ, quam à Gallis consultam, tradunt historiæ monumenta. Ita Fulconem Archiepiscopum Rhemensem intentasse Carolo Simplici minas, velut clienti suo. Ita Philippum primum Gallorum Regem, semotum ab Ecclesia Dei, adulterij manifestam palam commissi, post repudiatam sine causâ uxorem, eventumque in solium pellicem, quâ utebatur ut suâ, marito superstiti. Ita Gregorium septimum sacris interdixisse Henrico IV. Imperatori, subditisque solvisse obsequij nexu. Ita excommunicatos Philippum Augustum Gallorum: Ioannem Anglorum Reges. Ita Ottonem Imperatorem: ita Rymundum Comitem Tolosanum, quorum hic per seccordiam in Albigenisim haresim lapsus, succubuit Pontificiæ potestati, in augmentum Gallici Regni, cui Comitatus Tolosanus adjunctus est dono Provincialium. Ita fidei sacramento solutos olim ab Innocentio IV. Frederici Imperatoris subditos, debitum Lugdunensi tunc Concilio fulmen. Ita dejectum Petrum Aragoniæ Regem, Martino Pontifice procurante, ob insaniam horrendam laeniæ, cui à Vesperis Sicilianis nomen. Ita ab Urbano V. contra Petrum Crudelem, (id illi nominis à sevitia datum) Castellæ Regem, indictam, promulgatamque excommunicationem, quia hæreticus, Ecclesiæque Orthodoxæ hostis erat.

30. Ex isthac proinde Perronij, seu Cleri potius & Nobilitatis Franciæ peroratione fas est, pro undecimo ita concludere. Cùm manifestum jam liqueat, Primam, de quâ hic agitur, moderni Gallicani propositionem à tertio Populari Ordine in Generalibus hujus sæculi anno scilicet 1675. celebratis Comitibus assertam, constanter rejectam ac refutatam fuisse tam à Clero, quàm Nobilitatis Ordinibus, mirum profectò est, Galliæ Episcopos in suo Parisiensi sub annum 1682. habito Conventu, à pristino Gallicano Clero deservisse in apertam Statûs Ecclesiastici perniciem, dum, si quæ deinceps Ecclesijs intentarentur præjudicia, nulla jam autoritas Regem, ejusve ministros in Jura Ecclesiastica involantes, cohibere posset.

## §. IV.

In quo Ecclesiastica supra Reges autoritas sit probatio ex 2. Paralip. 26. capite.

31. Hoc in loco legitur Ozias sanctuarium ingressus, adolevisse incensum super altare thymiamatis, Azariâ summo Pontifice, & sacerdotibus octoginta resistentibus, eumque leprâ percussum festinatò expellentibus, exindeque loco ipsius à regimine dejecti, populum gubernante Ioathan ipsius filio, qui successit in regnum. Hunc igitur sacrum locum cum Deuteronomij sacris textibus supra §. 2. expressis conferendo, hunc in modum licet argumentari. Quia nempe Veteris Testamenti sacerdotibus potestas erat, per Verbi Divini interpretationem formandi ac ferendi sententiam super veritate judicij, causam etiam Civilem, imò & Criminales concernentis. Ex præallegatis Deuteronomij sacris textibus à fortiori dicendum est, id sacerdotium habuisse talem au-

thoritatem super causis spiritualibus Veteris Testamenti, qualis erat Ozias arrogata præsumptio, ut templum Domini ingressus, adoleret incensum super altare Thymiamatis. Super hac igitur Divini ordinis transgressione, non ex privato duntaxat, sed sacerdotalis autoritatis publico judicio, Azarias sacerdos, unâ cum reliquis octoginta sacerdotibus, ferebat sententiam, positivè resistendo, sicque autoritativè dicendo: Non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum, sed sacerdotum, qui consecrati sunt ad hujusmodi ministeriû. Quod si ergo in Nova Lege contingeret, Regem quempiam Christianum involare in jura sacerdotij supremi, Ecclesiæque sanctæ pacem, ejusque supremam autoritatè iniquis machinationibus perturbare, ac pessumdare, imò sibimet arrogare & usurpare; an minus dixeris esse in Novæ Legis, ac in Antiqui Fœderis summo Sacerdote autoritatis, ad pronuntiandum judicialiter super talis Regis quantumvis supremi arrogantia?

Pro secundo lubens equidem dabo, Azariam summum sacerdotem non exauthorasse Regem Oziam in tantum, ut ipsi adimeretur Regiæ potestatis jus quasi radicale, exutus tamen fuit ejus exercitio. Nec porro dicere fas est, regiminis publici administrationem Regi Ozias ademptam fuisse, non tam ex sententiâ summi sacerdotis, quàm per consequentiam duntaxat, quod à Domino percussus leprâ, exinde à consortio hominum separatus degeret. Nam sacerdotibus, ubi vidisset, lepram ex Ozias Regis fronte apparere, festinatò eum expulisse, non aliâ utique, quàm autoritatis publicæ sacerdotio annexæ potestate: ex quâ nempe autoritate juxta Levitici 13. caput penes sacerdotem stabat arbitrium separandi leprosum. Quod aded Azariæ summi sacerdotis arbitrium erga Regem Oziam, non operabatur localem duntaxat ab hominum consortio separationem, sed formalissimam à regimine avulsionem, ita ut jure Regio penes ipsum habitualiter adhuc subsistente, ejus tamen exercitium ipsi abrogaretur in tantum, ut Ioathan filius ipsius judicaret ex tunc populum non patris nomine cùm de hoc nihil dicat sacra Scriptura, sed absolutè absque illius erga Oziam in gubernando Regno dependentiæ mentione, asseveret; Ioathan ex tunc rexisset domum Regis, & populum terræ.

Hinc pro tertio concludere licet. Sicuti ergo quisque privatus leprosus arbitrio sacerdotis erat à consortio hominum separandus, veluti Civiliter mortuus, adeoque jure Civilis societatis spoliat; sic Ozias Regis per sacerdotis summi arbitrium, ab humano consortio separatio, facta erat etiam quoad Politicam cum subditis communionem avulsionem, Regiæque aded potestatis vel per se, vel per alium, seu vicarium suum exercendæ spoliationem: cùm cæteroqui nō tam Ioatham, quàm Ozias pater dicendus esset illo adhuc tempore regnasse. Quia proinde summi in Antiquo Fœdere sacerdotis judicialia potestas se protendebat super Regis Ozias, sacerdotale munus sibi arrogantis, scelerè, ejusque leprâ à Deo percussis, quoad Civilem quoque & Politicam

ticam gubernationem separatione, atque ad eod Regiæ administrationis exercitio adimendo: quid ni dixeris, Oecumenicam Summi in Novo Fœdere Pontificis auctoritatem propterea super Regum temporalium in jura sanctæ Ecclesiæ involantium, seu hæreseos spiritali leprâ infectorum præsumptuosam arrogationem, sanctæque Ecclesiæ publicam infectionem, eorumque hinc à fidelium publicâ communionem separationem, imò & Regiæ administrationis, quinimò juris quoque Regij, si publicæ necessitatis ratio expostulare videbitur, privationem; prout ex Novi Testamenti Tabulis probatum extat in præcedentibus, ulterialque ostendetur in subsequentibus paragraphis.

34. Hujus generis insignis exemplum pro quarto hic adferri potest ex Imperij Occidentalis à Græcis Imperatoribus hæresi infectis in Franco, Carolique Magni personam ac stirpem translatione: cujus historiam succinctâ methodo sic describit Hermanus Hermes in suo iure publico cap. 3. à n. 3. Cùm nempe Romani Pontifices ab Orientalibus Imperatoribus contra Longobardorum sævitiam, opem implorassent, frustra autem, tum quod vix vires supererent ijs, propter vicina loca à Saracenis, Avaribus, Bulgariis, & Hunnis ac alijs tuenda; tum quod Constantinopolitani Imperatores in Iconomachia hæresin lapsi, cum Pontificibus ipsorum hæresi aduersantibus, similitates haberent, utpote qui non tantum sacras imagines Constantinopoli, & in Oriente impiè abradi iussissent, sed idem Romano Pontifici sub pœnâ mortis persuadere volebant; quorum amentiam Gregorius II. Pontifex non solum contempsit, sed etiam in Missarum Solemnij Orientalis Imperatoris nomen reticere voluit, ejusque imaginem Romæ in nummis cudi, & Leonis Iauricoreibura, & vestigalia tam Italia, quam Urbis Romæ, sub anathemate solvi vetuit; unde quidquid in Occidente Imperatoribus Constantinopolitanis supererat, amiserunt. Hinc Pontifex Gregorius II. ad Francorum Regum opes longe, latèque per Occidentem florentes confugit, eos contra Longobardos evocando; cùmque Carolus Martellus Francorum Dux pro Papa Gregorio apud Luitprandum Regem precibus egisset, ejusque filius Pipinus vel hortatu, vel rogatu Stephani Papæ contra Astulphum armis usus esset, cap. Hortatu. 10. 23. 9. tandem paternæ & avitæ pietatis hæres Carolus Magnus Romanam Sedem, & urbem pro Hadriano Papa contra Desiderium Longobardum tutatus est. Dicitur cap. 10. juncto cap. Hadrianus. 22. dist. 63. Qui Carolus, cùm Sedem Romanam opibus, & temporali dititione extolleret, à Papa Francorû primò, mox Longobardorum Rex inunctus, & Patricius Romanorum creatus est, quæ tunc suprema in Urbe erat dignitas. Cùm insuper in Oriente Constantinopoli Eirene mulier, filio Constantino oculis privato, Imperij habenas sola tractaret, hac occasione Leo III. Papa populi scitu, & Cleri rogatu, Carolum Magnum ob egregia in Christianum nomen, & Romanam Sedem merita, Romanorum Imperatorem Occidentis primò, & inunctum,

& diademate aereo redimitum, Augustum appellavit 8. Calendas Januarij, ipso die Natalis Christi, Anno octingentesimo primo. Coring. de Rom. Imp. n. 24. Sicque adeo Imperium Occidentis auctoritate Summi Pontificis è Græcis in personam, & stirpem Caroli Magni Francorum Regis translatum fuit.

Neque pro quinto hujus Historiæ veritatem elidere valet Ludovici Maymbourgi exceptio in hist. Iconoclast. lib. 4. ad annum 800. oppo-<sup>ex pag. 61. n. 148.</sup> nentis, quòd Carolus Magnus Imperium Occidentis jure belli occupasset, Romam verò Populi Romani dotatione: nec aliud à Leone III. Papa, quam coronam, non ipsum Imperium, sed insignia tantum, seu nudam Cæremoniã accepisset. Nam contrarium evincitur sequenti argumentorum à Bellarmino de transl. Romani imperij lib. cap. 4. usque ad caput 7. accuratissimè deducorum serie. Ubi triginta adferuntur historici concorditer asserentes, Imperium Romanum Summi Pontificis auctoritate à Græcis ad Francos esse translatum. Hi autem Historiographi (quorum verba in ipso Bellarmino revideri possunt) sunt sequentes: nempe Ioannes Zonara Author Græcus, Georgius Cedrenus, Paulus Diaconus vivens tempore Caroli Magni, Eginarthus Carolo Magno familiaris, Annales Francorum tempore ejusdem Caroli cepti exarari, Aimonius, seu Ammonius de gens tempore Ludovici Pij, Addo Episcopus Vienenensis, Regino Abbas Prumiensis, Vorhingus Corbejenis, Luitprandus, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Dodechinus Mariani continuator, Lambertus Schaffnaburgensis, Otto Episcopus Frisingensis, Godefridus Viterbiensis, Conradus Abbas Urspergensis, Lupo d'us Bambergensis, Matthæus Palmerius, Blondus Flaccius, Aeneas Sylvius, Ioannes Trithemius, Antoninus, Ioannes Nauclerus, Robertus Gaguinus, Philippus Bergomensis, Ioannes Cuspinianus, Iacobus Wymplingius, Polydorus Virgilius, Raphael Volaterranus, Donatus Acciaiolus, Albertus Kranzius.

Accedunt hæc testimonia Imperatorum ac Principum, translationem Imperij à Græcis ad Francos, & à Francis ad Germanos Romani Pontificis auctoritate factam disertis verbis contestantium; prout à dicto Bellarmino præ-<sup>ex pag. 62. n. 149.</sup> cap. 5. docetur. Inter istos primus est ipse Carolus Magnus, cujus in hoc vestigia sunt secuti Ludovici Pij filius, Carolus Calvus, Albertus Imperator, Henricus VII. Ludovicus IV. Carolus IV. Fridericus I. Michael Imperator Constantinopolitanus, Emanuel Comnenus Orientali Imperio præfectus, Philippus Rex Francorum, ac Principes Electores. Septem insuper Summorum Pontificum testimonijs id ipsum firmat prætæctus Bellarminus cap. 6. nempe Gregorij IV. Adriani II. Adriani IV. Alexandri III. Innocentij III. Clementis V. & Pij II.

Hinc pro sexto facillè constat, fictitiam esse illam Maymbourgi vocem superius allegatam, ac si Carolus Magnus Imperium Occidentis jure Belli occupasset, neque Imperium, sed hujus tantum insignia, sive Coronam, seu nudam cæremoniã à Leone III. accepisset. Nam eodem Bellarmino est, lib. cap. 7. fulissimè probante, Carolus

rolus Magnus Regnum Francorum hæreditate quidem obtinuit, ac expugnatâ Longobardiâ, Romanâ olim provinciâ, hujus Rex jure Belli appellari cœpit, Romam verò vi & armis nunquam occupavit; uti historici passim clamant. Quod si ergo ex eo titulo dicendus esset Imperator, pari prærogativâ jam poterantur & Galliæ, & Hispaniæ, & Angliæ Regna, cum & ipsa fuerint prius Romanæ Provinciæ, quam cederent in propriorum suorum Regum jus hæreditarium.

38. Sed nunquid à Græcis seu armis, seu spontaneâ cessione Carolus accepit jus Occidentalis Imperij? Ubi equidem Regnum Longobardorum à Carolo fuerat occupatum, Desiderio Rege in captivitate missio, Aldagilus ejus filius sub annum septingentesimum septuagesimum quartum, classe à Græco Imperatore acceptâ, in Italiam pervolans, Longobardorum reliquias ad arma capessenda, permovit. At Carolus in Italiam properans, cum victor evasisset, Aldagilus, desperatis jam rebus, Regni que recipiendi spe frustratus, Græciam versus terga vertere compulsus fuit. Anne igitur ex hoc subsidij Aldagilo ab Imperatore Græco pro recuperandâ Longobardiâ concessi titulo, jus Occidentalis Imperij Græcis ademptum fuisse, dicere fas sit? Profecto si ex belli ejusmodi titulo jure possit comprobari jus ipsius etiam Imperatoriæ Majestatis victori obtentum, non unus, sed plures jam in Occidente essent jure appellandi Imperatores. Tantum potest abest, Græcos spontaneâ cessione jus Occidentalis Imperij cessisse Carolo, ut concordia Historicorum tam veterum, quam recentiorum calamo, è contratio probet Bellarminus *cit. lib. 21. cap. 11.* Græcos Imperatores, cum primùm ad eos fama perlata est coronationis Caroli, vehementer commotos ac indignatos fuisse.

39. Sed nunquid pro septimo dicere fas est, Coronam Imperatoriam auctoritate Senatûs, Populique Romani fuisse decretam Carolo? Imperium equidem Romanum sub Ethnicis adhuc Imperatoribus erat Electivum, minimè tamen ex Senatûs, Populique Romani decreto, sed exercitûs placito conferri solebat, Constantino autem Magno Imperij dignitatem in Græciam transferente, factum fuerat hæreditarium. Quis ergo credat, Senatûm, Populûmque Romanum, quando nullus ferme auctoritatis ac potentie erat, ausum fuisse in Carolo ad Imperium Occidentis promovendo, quod antea, cum floreret, minimè auderet. Et verò quâ justitiæ lege Imperij Occidentis jus potuisset transferri in Carolum, priusquam fuisset de jure abdicatum à Græcis? Nunquid autem seu Populo, seu Senatui Romano erat auctoritas super Græco Imperatore, legitimum Imperij non tantùm Orientalis, sed etiam Occidentalis jus obtinente; præcipuè dum tempore Caroli coronationem antecedente, Senatui, Populoque Romano nullum erat cum Græcis bellum, ut dici posset, iusto belli titulo, Græcum Imperatorem spoliâsse iure Occidentalis Imperij?

40. Pro octavo igitur, in quam, nisi Pontificiam auctoritatem reduci potest Imperij Occidentalis à Græ-

cis adempti justitia? Etenim Græcorum Imperatorum eum tunc fuisse statum, ut merito in ipsos stringeretur Pontificiæ auctoritatis virga correctoria, patet ex antecedentibus. At Ecclesiæ virga correctoria sub indefinitâ, Quodcumque super terram ligandi & solvendi potestate, Petri successori concessâ, secundùm ordinem à Christo præscriptum, eatenus potest progredi ad avulsionem à communione fidelium, ut prævaleat ad quodcumque super terram, quâ in regnum calorum ordinabile, pro meritis causæ vel solvendum, vel ligandum; uti verba Christi sonant, demonstratamque est in antecedentibus.

41. Quis verò neget, Impetij jus, non quasi abstractè sub signatâ Formalis Divinitus constitutæ Regiæ potestatis ratione, sed concretè spectatum, quâ Christiani hominis subiecto appropriatum, reputari etiam debere inter illa Quæcumque, super terram in regnum calorum ordinabilia? Sub qua proinde Moralitatis in regnum calorum ordinabilis, ex publica Ecclesiæ seu utilitate, seu necessitate merito ponderandæ ratione, quis Catholicorum jam dubitare audeat, Leonem III. sui Oecumenici Pastoralis muneris auctoritate, Græcos hæreticos Imperatores, Ecclesiæ sanctæ necessitate id exigente, justè spoliâsse jure Occidentalis Imperij?

42. Quare pro nono concludere jam licet persequentem argumentationem. Nempe ex ipso lumine nature conspicuum est istud principium; quisquis iusto publicæ auctoritatis titulo Principem alicum supremum spoliari jure sui Regni, posse hoc ex ipsissimo ejusmodi iusto titulo, sibi vindicare: super hoc namque naturaliter noto principio moralis, unice fundatur æquitas possidendi, & in suum dominium redigendi provinciam alicujus Principis, bello iusto occupatam. Quia igitur Summus Pontifex Leo III. iusto titulo Græcis ademit Imperium Occidentale, iccirco secundùm istud naturalis luminis principium, quâ cum præadducto Fidei luminis (Petro, ejusque successori absolutam super quocumque Morali in regnum calorum ordinabili auctoritatem decernentis) principio combinatum, ipsimet Pontificiæ suæ potestati acquisivit Occidentalis Imperij jus, ac proinde ob Caroli Magni in Ecclesiam merita, jure in hunc Franciæ Regem, ejusque stirpem, transtulit illud Imperium; sicque adeo Caroli Magni per Leonem III. peracta coronatio non fuit nuda cæremonia, sed stipata auctoritativâ Imperatoriæ dignitatis collatione.

§. V.

In quo Pontificiæ super Reges potestatis sit demonstratio ex Matthæi 18. capite v. 15.

Ibi namque quisquis peccaverit, si correptus à fratre Christiani nominis consorte, altero etiam, vel tertio ad iteratam ejusdem correctionem assumpto, se non emendaverit, à Christo Domino decernitur denunciandus Ecclesiæ, eousque processum suum protensuræ, ut, ubi Ecclesiam non audierit, sit habendus insar Ethnicis & publicanis.

Primo



*ex pag. 30. n. 51.* si obedire noluerint, quosque obediant, limitibus Ecclesia excludantur. Nec propter hoc enervatur jurisdictio Principum secularium, qui de actionibus & contractibus subditorum suorum, videlicet laicorum, habent cognoscere, & judicare: quæ jurisdictio non aufertur, nec impeditur. Si enim Actor voluerit, poterit reum trahere ad forum, sive judicium seculari, & tunc Judex laicus cognoscat: si autem vult reum trahere ad judicium Ecclesiæ, potest præcipue intentando actionem injuriæ, vel peccati: quia quilibet laicus Christianus est utriusque judicio subiectus, uni ut civis, alij ut Christianus.

*51.* Addit prædictus Cardinalis. In Christianissimo præsertim Franciæ Regno, in quo Reges fuerunt Ecclesiæ devoti à principio, quo fuerunt Christiani, Ecclesiam uberius usam fuisse illo jure suo. Neque usum hunc fuisse acquisitionem novi juris, sed executionem juris primi dati à Deo. Has igitur à Bertrando coram Philippo Rege Franciæ propositas rationes merito expendat modernus Clerus Gallicanus, imitereturque proinde antiquioris in Christianissimo Regno à suis prædecessoribus de jurisdictione Ecclesiastica doctrinæ tam viriliter propugnata exemplum.

*52.* Inter plura alia argumenta pro sexto idem Cardinalis, præfens institutum nostrum probat ex hoc, quod à Christo judiciari e potestatis suæ participatio quædam facta sit Petro, utpote constituto suo in terris vicario: qui proinde Act. 5. Ananiam & Saphiram pro crimine furti & mendacii judicialiter condemnavit; sicuti etiam Paulus 1. Corinth. 5. convictum fornicatorem judicavit. Superadditur, videri evinci ex Matthæi 18. capite, quod Christus voluerit, tale judicium esse penes Ecclesiam, ita sanciendo: *Si correptus à fratre, alijs quoque duobus, vel tribus testibus in subsidium adhibitis, se non emendaverit, denunciandum esse Ecclesiæ, & si hanc non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus: Amen dico vobis, ad quicumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solveritis super terram, erit solutum & in cælis.* Ecce igitur (concludit idem Cardinalis) quàm expressè vult Christus, quod in omni re, in qua est peccatum unius adversus alterum, si ille, qui deliquerit, monitus charitative, se non emendaverit, debeat negotium ad judicium Ecclesiæ deferri.

*53.* Ex illa portò universalitate potestatis solvendi & ligandi ad quæcumque super terram se extendentis, pergit Bertrandus pro septimo inferre, nihil esse, in quo Ecclesia non possit ligare & solvere. Et ideo, quando Petrus de Cuguerijs in prædicto Conventu Parisiensi contendeat, sub duobus gladijs, quos sufficere, aiebat Christus Luc. 22. intelligi duas jurisdictiones, spirituales scilicet ac temporales, consultò monet prædictus Cardinalis, oportere, ut animadvertatur, Christum voluisse, quod illi duo gladij essent penes Petrum, & Apostolos. Quia proinde illi duo gladij significabant duplicem potestatem, nempe spirituales ac temporales, consequenter

voluisse Christum, ut utraque illa potestas sit penes Ecclesiam.

Quibus taliter constitutis, pro octavo hunc in modum licet argumentari. Inter *Moralia* jure naturali conspicua axiomata numeratur istud quoque principium, ubique receptum: nempe *civis Magistratus fas esse, potestatem suam judicariam extendere super omni causâ, fori sui limitibus concessâ.* Ex fide autem Divinâ liquet, virgam correctoriam Matthæi 18, decretam Ecclesiæ, extendi indefinitè super peccato, atque adeo super omni peccati genere. At verò ex sacro contextu rursus manifestum est, illam super omni Christianorum peccato protensam virgam correctoriam, reduci in potestatem ligandi & solvendi indefinitam, protensam ad quodcumque super terram, velut ipsemet Christus hanc potestatem ligandi & solvendi in subsequenti mox versus contextus cum illâ virgâ correctoria. Hæc verò potestas ligandi & solvendi ex Matthæi 18. capite ita referebatur ad Apostolos universos, ut Matthæi 16. sub pari ad quodcumque super terram extensione, fuerit soli Petro, cum ordine ad perpetuū Ecclesiæ statum, adeoque ejus successoris promissa, & postmodum Ioan. 21. cum Pastoralis Oecumenico munere actualiter collata. Ex hisce igitur fidei principijs, cum illo *Moralis* naturaliter conspicuo principio collatis, certò inferitur, illam Ecclesiæ decretam virgam correctoriam, super omni peccato protensam, subsistere penes Petri successorum, Romanum Pontificem.

Ipsissima hæc conclusio pro nono firmatur sequenti Theologico discursu. Ea namque virgæ correctoriæ super omni peccato extensio, in regni cælorum clavibus, Petro, ejusque successoris demandatis, comprehensa, juxta sacrum Matthæi 16. exaratum Evangelium, fundatur in debita omnimodi actûs *Moralis* ad regnum cælorum ordinabilitate, cujus deviationem, ex quo *Moralitatis* in homine linea ad supernaturalem statum est elevata, involvit jam omne, præcipue mortale peccatum. Hæc verò *Moralitatis* ad statum supernaturalem elevata, in regnum cælorum ac salutem æternam ordinabilitas, in vi indefinitæ clavium authoritatis observanda, incumbit Oecumenico Ecclesiæ Pastori, non eo duntaxat casu, quo ejus deviatio per peccatum actualiter commissum jam est facta, sed vel maxime obstringit ad prospiciendum, ne tales à supernaturalis statûs sine committantur deviationes, veluti hoc evincunt Christi verba Ioan. 21. pascendi munus erga cunctas oves suas, Petro, ejusque successoris committentis; hoc enim seu pascendi, seu gubernandi officium malè administraretur, si pastor ovibus primùm post patrata peccata, non verò antecedenter, ubi peccati imminet periculum, providere vellet. At verò in plerisque causis *Civilibus*, quando duo inter se altercantur, præcipue dum nullum (veluti Reges) supra se in foro Politico agnoscunt superiorem, & hinc per viam facti, & ex proprio arbitrio perperam procedere affectant, non potest non evidenter imminere periculum peccati, quævis evidens non sit, ex quâ parte steterit injuria:

fitia, quamdiu hoc ex publicâ auctoritate non fuerit deciditum. Ex debito igitur, peccati imminentis periculum manifestum avertendi, secundum fidei, de Ecclesiâ clavibus Petro, ejusque successori commissis nos edocentis, certissimum principium, ea sollicitudo incumbit illi ipsi, qui ex muneris Pastoralis Oecumenici super omnes Christianos protensi officio, prospicere debet adversus quodcumque non patratum dantur, sed de futuro *Moraliter certò patraturum peccatum*.

46. Decimo proinde præadducta fidei principia combinando cum præinsinuatâ naturali luminis indubitatis principijs, ita concludere licet. Quamtoquidem evidenter conspicuum sit, in prædicto gravissimæ Regum Christianorum altercationis casu, adversus peccati manifestum periculum, provideri haud posse ab Oecumenico Christi Pastore, nisi huic sit auctoritas decisoria altercationis ejusmodi, involventis certum, ac evidens discrimen peccati, ex alterutra parte seu jam incurri, seu incurrendi. Licet sub illâ fidei, & luminis naturalis principiorum combinatione, redditur, omnino consequens, Oecumenico Christi ovium Pastori esse potestatem etiam judicialiter, & auctoritative decisoria causarum Civilium, inter ipsos quoque Reges controversarum, ubi intervenit vel peccatum, vel manifestum saltem ac moraliter certum peccati periculum. Quæ adeo judiciaria in tali casu, Oecumenici Pastoralis à Christo instituti muneris potestas, continetur clavibus regni eorum, & indefinitaque quodcumque super terram solvendi, & ligandi auctoritate.

47. Quam igitur judiciariam super causis etiam Civilibus auctoritatem pro undecimo fuisse in Petri successore agnitam etiam à Theodosio, & Carolo Magno Imperatoribus, in prædicto Canone Novit. De judicijs, asseruit Innocentius III. Nec sic, inquiens, illud humil. mun. omittamus, quod Theodosius statuit Imperator, & Carolus innovavit, de cuius genere Rex ipse (Franciæ) nescitur descendisse. Quicumque videlicet litem habens, sive petitor fuerit, sive reus, sive initio litis vel decursu temporum curricula, sive cum negotium petoratur, sive cum jam cõperit promi sententia, si iudicium elegerit sacrosanctæ Sedis Aristitis, illic sine aliqua dubitatione (etiam si pars alia refragetur) ad Episcoporum iudicium, cum sermone ligantium dirigatur. Hinc ergo Gallicanus Clerus merito studeat, supplicem Carolo Magno, Oecumenicæ super causas quoque Civiles sub peccati, quâ cum supernaturalis status sine saltem pugnantis, formalitæ protensæ, Pontificiæ auctoritatis observantiam religiosam, non tantum non extinguere, sed fovere, & conservare.

S. VI.

Prædicta Summi Pontificis supra Reges auctoritas firmatur ex 2. Paralip 23. & 4. Reg. II. item Ecclesiastici 48. capite.

48. Ex prioribus nempe duobus sacris capitibus constat, Ioadæ in Ritu Moiaico tunc Pontificis

ificis Maximi auctoritatē, Athaliam Regio Ioadæ, quod injuste occupaverat, dejectam, Ioadæque Regis filium Regali diademati restitutum esse. Circa quod exemplum institutum nostro accommodandum, primò animadvertere oportet, Athaliam fuisse equidem de genere illorum, qui non tantum in via Facti, sed etiam in via Iuris sunt Tyranni, quorum ea est conditio, ut à quovis Regni concive, non quidem jure vindictæ, sed jure defensionis occidi possint; uti Theologi communiter tradunt cum Doctore Angelico. Num verò dicere fas est, Ioadam Pontificem, ex hoc privato duntaxat defensionis naturalis jure egisse adversus Athaliam Regni Iudaici tyrannicam dominatricem? In hoc Summo Pontifice, ex constitutione Divinâ sexti capituli Deuteronomij, erat auctoritas Iudicij veritatem definiendi ex sacrosanctis statutis illius Moiaici legibus. Hæc verò auctoritas, Pontifici Maximo Divinitus attributa, extendebat se ad omne negotium, omnemque causam Civilem quoque status propriam. Uti aperte liquet ex 17. & 21. Deuteron. capite. Hoc igitur auctoritatis Divinitus constitutæ jure, quis negare ausit, usum fuisse Ioadam Summum Sacerdotem, adversus Athaliam tyrannidem, eoque procedendo, ut & ipsam Regni possessione spoliandam decerneret, & ad eam ab usurpatâ regiminis administratione detrudendam, milites conscriberet, legitimumque Regem solio imponeret, fœdere inter Deum & Regem, nec non inter Regem ac populum sancito, non ex privato arbitrio suo, sed ex publica auctoritate sacerdotij, jus Divinitus sancitum habentis super Iudicij veritate & iustitiâ? Juxta hoc igitur Ioadæ Summi Sacerdotis exemplum, quis Summo Pontifici Novi Testamenti, negare ausit potestatem adversus tyrannos, abique legitimo Iuris titulo Regni cuiuspiam invalores, procedendi ex publicâ etiam judiciariâ auctoritate?

Pro secundo. Illorum equidem tyrannorum, qui legitimum Regni jus obtinent, sed in via Facti tyrannicam obeunt gubernationem, nullâ erga subditos iustitiæ ac æquitatis attentâ ratione, alia fors & ratio est, sive ut secundum Concilij Constantiensis decretum, nefas sit, à privatis quibuscumque ipsos interfici. Cujusmodi gubernatio tyrannica, si intrâ puros naturæ lumini commensuratos limites subsistere possit, super eâ dijudicandâ, fortassis extendere haudquamquam se posset Oecumenici Pastoris auctoritas, eo ipso tamen, quod Moralitatis naturali quoque lumini proportionatæ transgressio, propter ejusdem ad supernaturalem statum elevationem, nullatenus subsistere valeat, quin Moralitatis quoque supernaturalis violatio, Pontificiæ Christi vicariæ potestati indubie subiecta, interveniat; An non ex hoc saltem titulo super illam extendere se meritò potest ac debet supremi Pontificis auctoritas, maxime, si emergat publicum etiam Ecclesiæ damnum?

Pro tertio igitur hujus qualis resolutio, ex hætenus deductis sacri Evangelij textibus facile patet, quibus conformia sunt varia insuper Summorum Pontificum ab Authore Regalis Sacerdotij lib. 1. S. 15. producta exempla non



non alio, quam Oecumenici Pastoralis ad publicum sanctæ Ecclesiæ Bonum jugiter intenti officij fundamento innitente, quibus pro exigentiâ temporum, noscuntur quam plurimæ autoritate Apostolicâ sanctæ, Regum Ecclesiæ sanctæ rebellium exauthorationes. Etenim Anno 1076. Gregorius VII. Henricum IV. Germaniæ Regem in Synodo Romana, quod sacerdotia, & Ecclesiasticas dignitates mercatui exponeret, quod subditorum facultates prædaretur, quod appellationes ad Sedem Apostolicam impediret, quod habito Wormatiæ Conventu, ausus esset, in Gregorium sententiam dicere, eumque Papatu exuere, & denique ob multa alia flagitia excommunicat, Regnumque indignum pronunciat, & subditos juramento liberat; unde multis hinc malè actitatis, Germaniæ Principes Henricum in ordinem redigunt, & Rudolphum Sueviæ Ducem appellant Regem. *Ex Actis relatis to. 3. Concilior. ante Concilium Romanum 1.*

61. Anno 1079. idem Gregorius VII. Boleslaum Poloniæ Regem, eò quod B. Stanislaum Cracoviensem Episcopum ad aras occidisset, diris perculit, Regno, omniq̄e dignitate privatum. *Ex Longino in Polonica historia. Baronio, & alijs. Eodem anno dictus Pontifex adversus Philippum Francorum Regem, cum sacerdotia pretio venderet, proptereaq̄e Episcopum Maticonensem admittere noller, relcribit ad Rodericum Cabilonensem Episcopum: ut Regem moneret, quatenus à meretricio tam turpi abstineret &c. alioquin censuris feriendus, Regnoque casurus. Ex lib. 1. hujus Pontificis epist. 35. Ex cujus verbis etiam patet, Philippum Gregorio paruisse, missisque Legatis, in ejus le potestate futurum, respondisse.*

62. Anno 1166. Cùm Fridericus Ænobarbus in Italiam cum exercitu movisset, incendijs & rapinis omnia vastaret, Guidonem Antipapam Alexandro III. opponeret, aderant Constantinopoli ab Emanuele Comneno Imperatore Legati, unionem cum Ecclesiâ Romanâ, ingentemq̄e vim auri, & auxiliorum ipsondentes, si Pontifex Maximus Imperium Occidentis Græco restitueret. Exinde Anno 1168. idem Alexander II. Fridericum Ænobarbum perniciosissimo schismate, belloq̄e Italiæ, Ecclesiæ, & Pontifici infestum, sacris, & Imperio interdicit, qui tamen Pontifici postea reconciliatus fuit. *Ex Actis Alexandri III. apud Baronium ad dictos annos, alijsq̄e authenticis monumentis.*

cit. pag. 95. n. 49. & 50. *Contra dicto anno 1076. præfatus Gregorius VII. Demetrium Croatiæ, Dalmatiæq̄e Ducem per suos Legatos coronari fecit Regem. Et Sylvester II. anno 1000. S. Stephano Hungariæ Duci jus dignitatis Regiæ concessit. Ex Cartuio in vita S. Stephani. Anno insuper 1179. Alphonsus I. Dux Portugalliæ ab Alexandro III. ob res adversus Arabes præclare gestas, jus, & titulum Regis accepit. Ex Spondano & Baronio ad hunc annum.*

63. Annon igitur pro quarto dicendum videtur, Summum Novi Testamenti Pontificatum pari dotatum esse spiritu, qualis erat in Elia Propheta, de quo Ecclesiasticus 48. capite ha-

betur, ipsi Divinitus datum fuisse, ut Reges iningeret ad penitentiam, & Reges deiceret, & confringeret ipsorum potentiam? Hoc equidem Dei mandatum Elia quâ Propheta factum, non erat cum successione jure propagandum in posteros, hinc tamen elucet, quodvisque spiritus Dei in Antiquo etiam Testamento fuerit operatus. Annon ergo fas est, asseverare talem Dei spiritum, gratiæ non gratum facientis, sed gratis datæ, habere etiam nunc locum in statu Legis Evangelicæ. Hanc professus Christus, ut Regni sui Mystici, Ecclesiæ quæ suæ sanctæ statum sublimis adornaret, voluit condecoratam Regni calorum clavibus; Petro, ejusq̄e successori perpetuo destinatis, cum potestate ligandi & solvendi, quidquid super terram esset *Morale*. In qua porro solvendi, & ligandi Oecumenicâ autoritate subsistere spiritum non privati, sed publici jam regimini, pro Religionis sanctæ seu propagatione, seu conservatione perquam necessarium, constat *ex antecedentibus sacri Evangelij textibus*. Ex quo proinde spiritu promanavit etiam Canon *Licet. De votis*. Ubi Innocentius III. Hungariæ Regis filio, qui patris de Hierosolymitanâ provinciâ manu forti visitandâ votum, assumpto Crucis signaculo, in se susceperat, hæreditatis paternæ, Regniq̄e privationem indixit, nisi is voto satisfaceret.

Ex eodem Oecumenicâ Pastoralis præ- 64. eminentiæ spiritu pro quinto profuxerunt sequentia ejusdem Innocentij III. Gregorij IX. Innocentij IV. Gregorij X. Clementis V. per Authorem Regalis Sacerdotij in ordinem redacta exempla. ut taceamus recentiora decreta Clementis VII. adversus Henricum VIII. Angliæ Regem, Pij V. adversus Elisabethâ Angliæ Reginam, Sixti V. Gregorij XIV. & Clementis VIII. adversus Henricum Navarræ Regem, qui tamen hæresi postmodum abjuratâ, Religionem avitam amplexus, tandem fuit promotus ad Regiam Galliæ Coronam. Anno proinde 1210. Otro IV. Imperator, cùm Friderico junio i Regi Neapolitano, totiq̄e Italiæ bellum inferret, nec à Pontifice admonitus, ceptis absteret, ab Innocentio III. anathemate perstringitur, Imperio arcetur, permissisque Pontificis idem Fridericus Henrici V. Imperatoris filius, à Germaniæ Principibus throno impositus. Urspergensis in Chronico. Spondanus, & Bzovius ad hunc annum. Anno 1239. Gregorius IX. Fridericum II. Imperio, & sacris interdicit, idemq̄e postea solenni ritu in Concilio generali Lugdunensi ab Innocentio IV. anno 1245. est repetitum. Blondus, Platina, Spondanus ad hunc annum. Anno 1275. Gregorius X. mandavit Principibus Germaniæ, ut tandem Imperatorem creent, nisi velint, aliquem à se imponi: sicq̄e Imperium devenit ad Rudolphum Habsburgensem. Spondanus ad istum annum. Anno 1307. interfecto Alberto Imperatore, Philippus I V. Galliarum Rex solenni ad Clementem V. legatione Imperium sibi, vel Carolo fratri peijt, ut sic Imperium rediret ad Francos. Conradus Vicerius in lib. de gestis Henrici VII. Bzovius ad hunc annum. *Emilius in Philippum Pulchrum.*

S. VII.

*In quo Regum præminentia etiam in temporalibus erga sedem Apostolicam in casibus publicæ Ecclesiæ necessitatis, subordinatio demonstratur ex i. Corinth. 6. capite.*

65. Ibi namque Apostolus ordinavit, ut Christiani provocantes ad secularia iudicia, pro decidendis controversiis, quas haberent erga confratres, adirent tribunal vel Apostolicum, vel sacerdotale Apostolicæ auctoritate constitutum. Cujus ordinationis suæ rationem dicit Apostolus ibidem, *An nescitis, ait, quoniam Saeculari de hoc modo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur? Numquid, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus, quando magis secularia?*

Hunc igitur textum Apostolicum expensuris nobis, primo loco occurrit nonne in pretendens, Apostolum ibi minimè loqui de legitimis iudiciis, quæ à Magistratibus, publicisque iudicibus auctoritate publica exercentur, sed de arbitris, qui communi sensu designati essent Civiliū controversiarum inter Christianos diremptores.

Verùm isthæc expositio non videtur adæquata, attento integro Apostoli sacro textu, sic argumentantis *versu 3. Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus, quando magis secularia?* Ex quo clarè apparet, quòd Apostolus sibi vendicari ius & auctoritatem in res humanas & politicas. Quo modo istum locū intellexerunt B. Clemens S. Apostolorum Petri & Pauli auditor ita sanciens in *Constit. Apostol. lib. 2. cap. 51. Quid oporteat, in secunda sabbatorum cognoscere causas. Ad sint autem iudicio Diaconi & Presbyteri, integrè aliquam rationem, statum supernaturalem concernens, si concurrat simul ratio quæpiam, respiciens sphaeram luminis naturalis, non immeritò præterit Politicus Magistratus, sibi præveniendò saltem, esse jus, causam ejusmodi cognoscendi, iudicandi, ac decidendi. Quidni ergo indubitatum teneat vicissim hoc turis principium, quotiescumque in causâ luminis naturalis sphaeræ commensurata, sicque ad eòd Tribunal sæculare spectante, concurrat *Moralitas* ad supernaturalem statûs sphaeram indubitanter pertinens, posse consequenter trahi ad tribunal Ecclesiæ clavium, ex indefinita ligandi & solvendi Quodcumque super terram, potestate consistentium, cum ordine ad salutem æternam, unicum supernaturalis statûs Finem, adeoque mensuram sphaeræ causarum, ad Ecclesiasticum Tribunal spectantium? At indubitata Fidei veritas est, nullum esse actum, à luminis etiam naturalis *Moralitate* deficientem, quin eo ipso consistat simul sub sphaerâ deordinationis à sine salutis æternæ, atque ad eòd sub hac formalitate spectet ad iudicium Ecclesiasticum.*

Unde pro quarto licet hunc in modum concludere. Quandoquidem in omnibus circa causas etiam Civiles controversiis, ex alterutra litigantium parte, interveniat aliquid à iure æquitatis saltem naturalis exorbitans: hæc

69. Quòd si pro secundo quispiam inquirat; Unde Paulus talem potestatem sibi adseriverit? In promptu est responso, quòd cæteris, præter Petrum, Apostolis fuerit etiam à Christo im-

mediatè concessa Apostolica auctoritas, seu Generalis erga Christi fideles iurisdictio, extraordinaria tamen, & quasi delegata: quam enim Christus Dominus *Matthæi 18.* universis Apostolis promisit indefinitam ligandi & solvendi potestatem, hanc ipsidem actualiter commisit *Ioan. 20.* dicens: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Sub hisce quippe verbis, secundum Patres, significatur legatio Apostolis commissæ, ipsorum singulorum personis annexæ, nec adeò transferibilis in successores: de qua legatione etiam Paulus accipiendus est, pro Christo, inquit, *legatione fungimur.* In vi cuius adeò legationis, Paulo erga totum orbem in unitate Ecclesiæ coadunatum, erat iurisdictio Apostolica, verè etiam legislativa, quam ad *Thessalonicenses 4.* à se exercitam, disertè profitetur. In vi cuius proinde potestatis Apostolicæ Paulus præcitatus dicebat: *Nescitis, quia & Angelos iudicabimus, quando magis secularia?* Quanto igitur magis talis super Christianorum Civilibus causis iudiciaria potestas competit Petri, ejusque successorum ordinariæ auctoritati Apostolicæ, eo ipso, quòd nulla sub statu omnimodæ *Moralitatis* ad supernaturalem quampiam participationem elevata, sit intelligibilis humana libera actio, quæ non involvat aliquam respectu salutis æternæ, ac publicæ etiam Religionis, sanctæque Ecclesiæ Boni communis vel ordinabilitatem, vel ab hac deficientiam *Moralem*, quam in hominibus Christi characterè insignitis subdi Ecclesiæ clavibus, *indefinitaque* ad solvendum & ligandum potestati Apostolicæ, multimodè patet ex antecedentibus.

Et hinc pro tertio solida & fundamentalis defumi potest præsentis instituti nostri ratio Theologica. Etenim in illis etiam causis, in quibus intervenit aliqua ratio, statum supernaturalem concernens, si concurrat simul ratio quæpiam, respiciens sphaeram luminis naturalis, non immeritò præterit Politicus Magistratus, sibi præveniendò saltem, esse jus, causam ejusmodi cognoscendi, iudicandi, ac decidendi. Quidni ergo indubitatum teneat vicissim hoc turis principium, quotiescumque in causâ luminis naturalis sphaeræ commensurata, sicque ad eòd Tribunal sæculare spectante, concurrat *Moralitas* ad supernaturalem statûs sphaeram indubitanter pertinens, posse consequenter trahi ad tribunal Ecclesiæ clavium, ex indefinita ligandi & solvendi Quodcumque super terram, potestate consistentium, cum ordine ad salutem æternam, unicum supernaturalis statûs Finem, adeoque mensuram sphaeræ causarum, ad Ecclesiasticum Tribunal spectantium? At indubitata Fidei veritas est, nullum esse actum, à luminis etiam naturalis *Moralitate* deficientem, quin eo ipso consistat simul sub sphaerâ deordinationis à sine salutis æternæ, atque ad eòd sub hac formalitate spectet ad iudicium Ecclesiasticum.

Unde pro quarto licet hunc in modum concludere. Quandoquidem in omnibus circa causas etiam Civiles controversiis, ex alterutra litigantium parte, interveniat aliquid à iure æquitatis saltem naturalis exorbitans: hæc

ex pag. 24. n. 110.

70.

ex pag. 20. n. 99.

71.

ex pag. 20. n. 100.

Authoritas  
Apostolica  
CIVILIS

verò exorbitantia inevitabiliter inferat deviationem à sine supernaturali, ut sic subjectam potestati, statui supernaturali proportionatæ, indefinitaque supra omne id, quod est super terram *Morale, ligandi, & solvendi auctoritate munitæ*: hæc autem, cum æquitatis naturalis transgressione inevitabiliter connexa *Moralitatis supernaturalis* deordinatio, nequeat esse manifestata, usque dum facta fuerit hujusmodi *Civilis* controversiæ decisio. Ideo forum *Ecclesiasticum* causis *Civilibus* litigiosis non equidem tam facile se immiscet, quousque accedente pertinaciâ, aperte agitur de reatu, salutis æternæ dispendium subinferente: attamen ex præadducto fundamento, *Ecclesiastica* auctoritas se omnino posset ingerere, accedentibus præsertim causis specialibus, Christianorum salutis respectum habentibus, ut evenerat in Corinthiis, quorum occasione Paulus propterea *Apostolica* suâ, licet non *ordinariâ*, sed *extraordinariâ*, & per Christum quasi *delegatâ* potestate condiderat præinsinuatam statutum.

71. *Quintò* igitur hoc ipsissimum fundamentum est, per quod Innocentius III. in *Cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi.* legem *Deuteronomij* Sacerdotio Summo decernentis potestatem super causis & *Civilibus* & *Criminalibus* ferendi *Judicij* veritatem & *justitiam*, combinando cum mandato Christi Domini, demandantis Petro, ejusque successori perpetuam, *Quodcumque ligandi & solvendi auctoritatem*, exinde concludit, in causis etiam *Civilibus*, dum aliquid fuerit *difficile & ambiguum*, esse recurrendum ad *Judicium* Sedis *Apostolicæ*; inducto in hunc finem ipsissimo illo Pauli textu *Apostolico*, quo ad *Corinthios* estatus est: *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus, quantum magis secularia?*

72. *Quæ* proinde utriusque sacre *Pagine* principia in formam *sylogisticam* reducendo, pro sexto hunc in modum licet argumentari. Quæ potestas *Judiciaria* discernendi inter *sanguinem & sanguinem, causam & causam*, jure *Deuteronomij* competeat *Sacerdotio* Veteris *Testamenti*, majori cum eminentiâ est per Christum in *Novo Testamento* concessa auctoritati *Apostolicæ*, in Romano Pontifice jam subsistenti. At ipsissima hæc *Apostolicæ* auctoritatis, Petri successori, Romano Pontifici competentis, potestas, continetur Christi Domini verbis: *Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in calis &c.* Hæc verò clavium Petro concessarum potestas non est minoris virtutis, ac fuerat *Apostolica* Paulo delegata auctoritas, quam ad *secularium* causarum *Judicium* protendi, aperte contestatus est is *Apostolus*, eò vel maxime, quòd Petro, ejusque successori per Christum destinata clavium potestas, clarè extendatur ad *Quodcumque super terram* pro causarum meritis seu *solvendum*, seu *ligandum*. Eo ipso autem, quòd ista clavium potestas ex Christi Domini instituto, habeat ordinem ad regnum *celorum*, nequit ad ulum reduci, nisi sub statu *causæ*, salutem æternam, *Ecclesiæ*que *sanc-tæ* Bonum, seu *fidei*, ac *Religionis* veræ publicam utilitatem respicientis. Hoc igitur ad *Regnum* *celorum* servato ordine, Summus

Pontifex Innocentius III. in *citato sacro Canone Per venerabilem*, secundum caularum differentias, uni, nempe Regi Franciæ meritò concessit, alteri verò, nempe Comiti *Pesulano*, sibi in temporalibus etiam subiecto, jure negavit, juris tum *Canonici*, tum *Civilis* dispensationem, in ordine ad temporalis quoque hæreditatis, ex legum *Civilium* dispositione illegitimis denegatæ successione.

Ex ipsissimo hoc fundamento, pro *septimo* inducti sunt *Theodosius Imperator*, & ipsi conformiter *Carolus Magnus*, quòd, uti *supra* dicebatur, sanxerint legem præallegato *Canonis Novit. 13. De Indujs.* insertam, in vi cuius *Christianus* quisque sive *Reus*, sive *Actor* possit, relicto *Tribunali* *seculari*, etiam post *litem* contestatam, adire *Judicium* *Ecclesiasticum*.

Ex eodem fundamento *Innocentius IV.* intra *Concilium Generale Lugdunense* *Cap. Grandi. De supplicata negligentia.* rescripsit ad *Barones & Comites Portugalliæ*, ut *Regis fratrem* de devotione ac circumspectione multipliciter commendatum, cum ad defensionem *Ecclesiarum*, *Monasteriorum*, aliorumque *plurimorum* locorum &c. sit assumptus, in civitatibus & munitonibus *Regni* prædicti recipere, cum omnibus suis procurarent, fidelitate, homagio, juramento, seu *pactis*, quibus fortè tenerentur *Regi*, aut ipsius etiam *Regis* prohibitione, haudquaquam obstantibus.

Ex illo ipsissimo fundamento *Ioannes XXII.* in *Extravagante unica. Si fratrum. Ne sede vacante.* rescripsit: *De jure liquidum esse, & ab olim inconcusse servatum, quòd vacante Imperio, cum in illo ad secularium Imperium nequeat haberi recursus, ad Summum Pontificem, cui in persona Petri, terreni simul & celestis Imperij jura Deus ipse commisit, Imperij prædicti jurisdictio, regimen, & dispositio devolvantur.* Et ideo sub *communicationis* penâ monuit, ut, qui post *vacationem* *Imperij*, absque *Sedis Apostolicæ* licentiâ *Vicarij* nomen assumpserunt, ab hujus usu, potestate & exercitio prorsus abstineant: omnibus & singulis, qui hujusmodi *Vicariatus* nomen retinentibus juramento fidelitatis tenerentur obstricti, à juramento hujusmodi absolutis.

Octavò Ex præadducto fundamento subsistit insuper *Innocentij III. Cap. Venerabilem. 34. De electione.* relatum rescriptum, quo disertissimis verbis asseverat, jus & potestatem eligendi *Regem* in *Imperatorem* postmodum promovendum, ad *Principes Germaniæ* pervenisse à *Sede Apostolica*, quæ *Romanum Imperium* in personam *Magnifici Caroli à Grecis* transfudit ad *Germanos*: quos proinde recognoscere debere, quòd jus & auctoritas examinandi personam electam in *Regem*, & promovendam ad *Imperium*, spectaret ad *Romanum Pontificem*, cujus est, eum inungere, consecrare, & coronare &c. *Qua de causa*, cum in *electione* vota *Principum* dividuntur, posse eundem *Pontificem* post *admonitionem & expectationem*, alteri parti favere, maxime postquam ab ipso unctio, consecratio, & coronatio fuerit postulata: velut pateat jure pariter & exemplo,

Ejusdem tenoris, eodemque fundamento nixa est constitutio *Clementis V.* in *Concilio Viennensi* edita, & relata in *Clementina unica.*

De

De iurjurando, quoddam Sedes Apostolica à Græcis Imperium transtulerit in Germanos, à qua ad certos eorum Principes, jus & potestas eligendi Regem, in Imperatorem postea promovendum, pervenerit, Imperatorique sic electi Sedi Apostolicæ obstringere se debeant juramento.

79. Ex eodem fundamento novissimis sacri Concilij Tridentini temporibus Paulus IV. & Pius IV. improbabant, quoddam Ferdinandus I. ex placito quidem Pontificis, titulo Regis Romanorum jam potitus, attamen inconsulto Papâ, fuerit ab Imperij Principibus cooptatus Imperator: cum enim Imperatores Occidentis, eorumque Electores fuerint ab Apostolica Sede instituti, obtinuerintque Romani Pontifices antiquissimum jus, ne quis eâ potiretur coronâ, absque ipsorum Pontificum confirmatione, justè prætendebatur ex parte Romani Pontificis, neque Caroli abdicationem, adeoque neque Ferdinandum subrogationem esse tanquam legitimam comprobendam absque interveni Pontificiâ authoritatis: fuisse quidem Ferdinandum assensu Pontificio jam electum Romanorum Regem, sed per hujusmodi conditionem non effici, ut ille legitimus esset successor, nisi quando Sedes Imperatoria morte Cæsaris vacasset; in quovis alio vacationis genere novâ Pontificis comprobatione opus esse.

80. Quæ Apostolicæ Sedis iusta præsentio in tantum evincebat, ut Ferdinandus postmodum datus ad Pium IV. litteris, suam electionem à Pontifice ratam haberi postulârit. Quod etiam consecutus Ferdinandus grates agebat Pio, ipsimet quoque Heterodoxis ex ore Heideggeri in Sess. 17. sacri Concilij Trident. arguit. & fatentibus, à Ferdinando Oratorem Germanum pro suâ confirmatione Romam missum fuisse: claro sanè argumento, hoc jus confirmandi Electum Imperatorem, ne hostes quidem fidei ac Religionis Pontificiâ adversarios, pernegare aulos fuisse.

81. Ne, ut verò pro nono, ex generalibus duntaxat, Pontificiâ super Reges sacris Litteris probata authoritatis principis, sed ex speciali jure, Summus Pontifex potuit, ac etiamnum pro semper potest sibi vindicare potestatem tum confirmandi Regem Romanorum electum, sub prævio de habilitate examine promovendum in Imperatorem, tum consequenter reprobandi, si repertus fuerit inhabilis. Eo ipso enim, quoddam Pontificiâ authoritate ad Germanos sit translatam Occidentis Imperium, atque hinc speciali jure Sedes Apostolica habeat sibi obstrictum Imperatorem, ut teneatur esse Defensor & Advocatus Romanæ Ecclesiæ: efficitur hinc, omninò fas esse Romano Pontifici, ut, si electus repertus sit inhabilis, ac propterea reprobatus fuerit, suæ sanctæ Sedi, Ecclesiæque prospiciat, ubi discors fuerit Electio, alterutri etiam Electorum parti accedendo, ne Sedes Apostolica carere debeat Advocato & Defensore, juxta id, quod habetur in prædicto Canone Venerabilem.

82. Ex quo ipsissimo principio de Occidentis Imperio per authoritatem Pontificiam in Germanos

translato, fit insuper, decimò consequens, Summo Pontifici fuisse hinc jus quæsitum, tum statuendi de normâ Imperatoriæ electionis, tum consignandi certos Principes, quibus hoc eligendi jus appropriaretur. Ipsa namque ratio naturalis dicitur, jus Imperij legitimâ authoritate Græcis ademptum, in hunc primitus concessisse, qui hoc jus Græcis legitime (uti in præcedentibus probatum est) ademerat. Ex Romano equidem Pontifice, Occidentis Imperium eatenus fuerat derivatum in Carolum Magnum, ut jure hæreditario subsisteret penes illius stirpem masculinam, quam diu supererat, qui habilis esset gubernando Imperio, cujus habilitatis ratio ab Apostolica potestate, ex præinsinuati Juris titulo, dijudicanda fuerat, ubi Carolo Simplici ultimo ex Carolina stirpe progenito repudiato, Magnates Germaniæ Ducem Saxoniam Imperio præficiendum sanxerant. Ubi enim Jus hæreditariæ in Imperio Occidentali successione, in Carolina stirpe exspiravit, penes Principes Germaniæ jus eligendi Imperatorem, nullo iusto titulo subsistere poterat, nisi dependenter à Sede Apostolicâ, per quam jus Imperij à Græcis justè ademptum, in ejusdem transierat potestatem, & hinc in Carolum Magnum, ejusque masculinam duntaxat stirpem successione hæreditariâ titulo translato fuerat, penes Sedem Apostolicam residente radicali quasi primævi Juris, uti dictum, sibi quæsitæ facultate. Ex cujus proinde dispositione necessariò pendere debuit ulterior intrâ Germanos prorogatio, dum isti neque hæreditariâ respectu Caroli Magni successione ratione, neque alio super Jus Imperij à Græcis adempti iusto titulo, ex tunc poterantur.

83. Sed pro undecimo, ad universale Pontificiâ super Reges & Imperatores potestatis fundamentum & principium regrediendo, opportune expendenda venit constitutio, in Concilio generali Lugdunensi ab Innocentio IV. edita, & relata in Cap. Ad Apostolicam. De sent. & re judicatâ. Ubi Pontifex nefandis Friderici II. Imperatoris excessibus, cum sancto Concilio maturâ deliberatione præhabita perpensis, ita decernit: Cum Jesu Christi vices tenemus, Nobisque in persona B. Petri sit dictum; Quodcumque ligaveris super terram, ligatum erit & in cælis, idcirco memoratum Principem, qui se Imperio, & Regnis &c. reddit tam indignum, omni dignitate privatum à Domino denunciamus, & nihilominus sententiando privamus omnes, qui ei iurjurando fidelitatis tenentur adstricti, à juramento ejusmodi perpetuò absolventes &c. Illi autem, ad quos electio spectat Imperatoris, liberè eligant.

84. Quæ proinde Canonica & Conciliaris sententia pro undecimo noscitur reduci in hoc fidei principium, quo credimus, Summum Pontificem Christi in terris agere vices, ipsique in persona Petri dictum esse: Quodcumque ligaveris, seu solveris super terram, erit ligatum, seu solutum in cælis. Quis enim negare ausit, sub isto Quocumque, quod est in terra Morale, contineri & actus Morales publici quoque à Rege promanans Regiminis, & dignitatis Regiæ

ex pag.  
65. n.  
202.

83.

ex pag.  
80. n.  
44.

84.

ex pag.  
83. n.  
62.

Regiæ ad hanc individuum personam, ex æquitate publicæ etiam Religiosæ ratione, faciendam applicabilitatem, ejusque in Rege Ecclesiæ sanctæ clavibus subiecto perseverantiam *Moralem*? Sub illo adeo fidei principio, per eam functionem Synodalem, expendebatur Imperatoris præacti ex facinoribus suis indignitas. Cujus judiciaria proinde discussio, licet fuerit dependens a probationibus, quæ intrâ præcisam prudentiæ naturalis spheram, non supergredierentur *Moralem* certitudinem; attamen hoc Oecumenici Concilij iudicium, per Spiritûs sancti gratiam ita depurabatur à *Materiali*, falsitatis periculo obnoxia concretionem, ut altior prudentiæ infusæ commensurata certitudo *practica*, omnimodam falsitatem excludens, per Dei instinctum efformata, & cum illo fidei principio collata, sub formâ virtualiter saltem syllogisticâ progredieretur ad concludendam sententiam, adversus Imperatorem *judicialiter* ferendam, sub verâ lumini supernaturali innixâ consequentiâ Theologicâ; uti fuis demonstratione suo loco, ubi agitur de Summi Pontificis in rebus Fidei ac Morum infallibilitate.

85. Ex quibus universis pro decimotertio facile intelligitur fundamentalis ratio, per quam asseverare liceat, *claves regni caelorum Petro, ejusque successori à Christo concessas, completi quoque temporalia ipsorum etiam Regum jura*. Etenim cujuscumque potentia, seu potestatis duplex noscitur esse objectum, *Formale* scilicet ac *specificativum*, & *Materiali* seu *Terminativum*. Oecumenicæ igitur Pontificiæ & Ecclesiasticæ potestatis objectum *Formale* ac *specificativum* importat quidem ordinem ad regnum caelorum, sicque adeo spiritualia per se habentia talem respectu Regni caelorum ordinabilitatem, per se primò subduntur Ecclesiæ clavibus, seu Ecclesiasticæ potestatis regimini & auctoritati; quidquid tamen participat de tali ordinabilitate, est hoc ipso de ejusdem Apostolicæ potestatis objecto *Materiali*, atque adeo non per se primò, sed per accidens, vel secundariò sub ejus formalitatis participatione, subijcitur sanctæ Ecclesiæ iudicio. At verò quidquid *Moralitatis* est in hominibus Christianis, eorumque actibus & negotijs, seu causis quibuscumque etiam Civilibus, est vel ordinabile in Regnum caelorum, vel ab hac ordinabilitate est deficiens. Sub tali erga *Moralitatis*, ipsiusmet etiam Regiæ potestatis exercitio convenientis, seu debite ad certum subiectum applicationi, ejusque regimini de se licet Politico inexistentis, ad regnum caeleste seu spirituale, tum Ecclesiæ Triumphantis salutem æternam, tum Militantis Ecclesiæ Bonum etiam Publicum ordinabilitate, quævis causæ Civiles & temporales, etiam publicæ ac Regales, subeunt rationem objecti *Materialis*, respectu Apostolicæ Oecumenicæ auctoritatis.

86. Hinc denique pro decimoquarto, licet concludere per sequentem argumentationem Theologicam, ex duobus nempe omninò certis, partim Fidei, altero partim natura lumine notis principijs deductam. Etenim lumine

naturæ notum est, cujusvis potentia, seu potestatis spheram extendi super omne id, quod ita comparatur ad ipsius *Formale specificativum*, ut propterea, respectu illius, superinduat rationem objecti *materialis*. At ex fidei veritate compertum est, Oecumenicæ Petro, ejusque successori commissa, clavium potestatis proprium, & *Formale specificativum* esse ordinabilitatem ad Regnum caelorum; juxta apertum Christi Domini verbum. Quidquid ergo superinduit istam respectu Regni caelorum ordinabilitatem, ita supervestitur *Formali specificativo* Oecumenicæ Petro commissa clavium potestatis, ut consequenter ad istam se habeat per modum objecti *materialis* & *terminativi*. At verò quidquid in homine Christiano est *Morale*, secundum fidei principia, vel *positivè*, vel *privativè* participat de formalitate ordinabilitatis ad regnum caelorum. Ergo quidquid in homine Christiano est *Morale*, per modum vel *positivè* participationis, vel *privativè* oppositionis, ita superinduit *formaliter* Oecumenicæ, Petro commissa clavium potestatis *specificativam*, ut consequenter sit de ejus objecto *Materiali* ac *terminativo*. Atqui Regiæ quoque potestatis ad certum subiectum, æquitati etiam religiosæ consona applicabilitas, unâ cum universo regimine ac exercitio libero ejusdem Regiæ auctoritatis, secundum fidei principia, superinduit de *Moralitate* vel ordinabilitatis ad Regnum caelorum, atque salutem æternam, sacraque Religionis universalem utilitatem, vel ab ista deficiente, importat deordinationem saluti æternæ, atque Religionis Bono *Moraliter* oppositam. Ergo lumine natura conspicua principia combinando cum fidei principijs, per consequentiam verè Theologicam rectè inferitur, Regiam quoque potestatem, cum sui ad certum subiectum applicabilitate, nec non publico etiam exercitio, superinducendo *Moralitatem* in Regnum caelorum ordinabilem, vel ab hoc ordine deficientem, ita supervestiri Oecumenicæ Petro commissa clavium potestatis *Formali specificativo*, ut consequenter sit de istius objecto *Materiali*; sicque adeo unam de se licet simplicem, Oecumenicam Summi Pontificis auctoritatem virtualiter continere duplicem gladium: primariò ejusdem spiritualis, secundariò autem temporalis, super ipsos etiam Reges protensæ potestatis. At conclusio partim ex fidei, partim ex lumine naturalis certis & indubitatis principijs, per consequentiam Theologicam ritè illata, ita reducitur in fidei principium, ut virtualiter saltem sit de fide. Viderint ergo, qui Reges Summi Pontificis Oecumenicæ potestati, etiam per accidens indirectè materialiter ac consecutivè subiectos negare contenderent, quomodo secure ambulare in Fide Orthodoxa?

### Caput III.

An ex hoc, quòd potestas Ecclesiæ tota spiritualis sit, nullatenus extendi valeat erga temporalia?

IN hoc & sequentibus capitibus refutare conamur, quæ Ludovicus Elies Du Pin, Geræ

facultatis Theologicae Parisiensis Doctor in suis de antiqua Ecclesiae disciplina dissertationibus historicis anno 1686. editis, dissertatione septima adducit, ad probandum: Pontificem, aut Ecclesiam habere nullam in Reges, eorumque bona auctoritatem directam, vel indirectam, nec posse Reges ab ipsis nullatenus deponi, aut eorum subditos à fide, ac obedientia eximere. Hujus sui intenti in Prologo dicta septima dissertationis sequentia statuit principia, ceu evidentissima ac certissima. Primum est; Quod civilis, & Ecclesiastica societatum fines sint omnino disparati, & neuter sit alteri subordinatus. Secundum; Quod potestas societatis civilis in corpora duntaxat extendatur, societatis verò Ecclesiasticae auctoritas tota spectet ad animos. Tertium; Quod potestas Ecclesiastica nihil possit, nisi ut agat exhortationibus, ac praeceptis, excommunicationibusque, non alijs penis adversus inobedientes. Quartum; Quod Ecclesiasticarum legum alius finis non sit, quam doctrina & disciplina Christiana sanctitatem & puritatem libertatem servare. Unde oritur quaestio; Quibus medijs his finis valeat obtineri?

Ex quibus principijs idem Elliesius infert, tum quod Ecclesiae potestas ex toto eatenus sit spiritualis, ut in temporalia sive Regum, sive aliorum bona minime extendatur, nec adeo Reges deponi possint auctoritate merè Ecclesiastica. Tum quod idem homo possit quidem simul esse membrum societatis civilis & Ecclesiasticae, attamen in civilibus subiecti civilis duntaxat potestati, in spiritualibus verò Ecclesiasticae, ita, ut amba ista potestates sint penitus disparatae, & à Deo solo, à quo sunt instituta, dependant, ac proinde neutra in alteram quidquam possit, tamen si spiritualis sit temporalis sublimior. In hanc proinde summam redigitur praetactum Elliesij prologium, cuius seu principia, seu conclusaria, licet in anterioribus jam discussa, elucescant, multis vel erroribus, vel periculosis sceleris dogmatibus, cum sacrae Scripturae, & antiquae Orthodoxiae sensu haud coherentibus, nihilominus operæ pretium est visum, sub argumentis ab Authore illo propositis, accuratius ea expendere.

## S. I.

An ex eo, quod Christus ceu Ecclesiae Caput, nullam in temporali exercuerit potestatem, demonstrari valeat, potestatem Ecclesiae nullatenus extendi ad temporalia?

Ludovic. Ellies cit. dissert. 7. cap. 1. §. 1. argumentatur 1. Christus non aliam Ecclesiae contulit potestatem, praeter eam, quam à Deo Patre, quatenus homo est, accepit; sicut misit me (inquiens Iohannis 20. v. 21.) vivens Pater, & ego mitto vos. Unde Ecclesiae Ministri dicuntur à B. Paulo, Christi vices agere, & pro ipso legatione fungi. Unde ad ostendendum, Ecclesiam non habere ullam temporalem potestatem, demonstrare sufficit, Christum, quatenus Ecclesiae Caput fuit & fundator, nullam sibi arrogasse in temporalia Regum auctoritatem, nullamque exercuisse temporalem potestatem. At Christus ipse asertit dicit,

se ad hoc non venisse, ut ullam temporalem à Patre acceptam haberet potestatem, cum enim Iudaei ipsum apud Pilatum accusassent, quod se Regem Iudaeorum esse, dixisset, interroganti: Num Rex esset Iudaeorum? respondit: Regnum meum non est de hoc mundo. Et urgenti eidem Pilato: Ergo Rex es tu? Respondit quidem: Tu dicit, quia Rex sum. Attamen ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Quomodo igitur Christus clarius profiteri potuisset, se non venisse in mundum, ut temporalem exerceret potestatem? Et hinc S. Augustinus in eum locum tract. 17. in Iohannem. Audite, ait, omnia regna terrena; non impediunt dominationem vestram in hoc: venite ad regnum, quod non est de hoc mundo; venite credendo, & nolite servire metuendo: dicit quidem propheta de Deo Patre: Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius; sed Sion illa, & mons ille non est de hoc mundo, quod est enim eius regnum, nisi credentes in eum? quibus dicit: De mundo non estis, sicut & ego non sum demundo.

Responsio, & ac retorsio confutatoria hujus argumenti.

Primo. Reflexione habità ad istius ratiocinationis majorem, plus concedam, quam ipsemet Elliesius desideraverat, mensuram potestatis Ecclesiae statuendo ex mensurà dominij, Christo quàm homini competentis. Numquid verò Christus Apocal. 1. disertè dicitur Princeps Regum terrarum? Numquid Act. 10. asseritur Iesus esse Dominus omnium? Numquid 1. Corinth. 11. habetur: Omnia esse ei subiecta; scilicet Christo, praeter eum; qui subiecit ei omnia.

Elliesius equidem cit. §. 1. prope finem excipit; ejusmodi sacra Scripturae textus, quibus Christus Regnorum ac Regum omnium Dominus dicitur; convenire ipsi ratione Divinitatis, adaptari autem Christo homini per communicationem idiomatum.

Verum Heb. 1. habetur Christus esse haerens universorum. Numquid autè Christo secundum Divinitatem convenire potest, esse haerèdem? Insuper, Apocal. 17. dicitur in femore ejus scriptum: Rex Regum, & Dominus dominantium. Numquid verò sub isto femore intelligitur humanitas? Et hinc cit. 1. ad Corinth. 11. capite fit distinctio inter eum, qui subiecit Christo omnia, & eam naturam, cui in Christo subiecta sunt omnia. Quia igitur non secundum hypostasin ut sic, sed secundum Divinitatem convenit Patri, quod Christo subiecit omnia: nequè verò Christus secundum Divinitatem est distinctus à Patre, idcirco manifestum hinc redditur, Christi humanitati, seu Christo quàm homini esse omnia subiecta. Anne igitur hanc Christi dominij super omnia universalitatem dicere fas est, mensuram esse potestatis Ecclesiasticae?

Arctiorem profectò hujus potestatis sphaeram adstruo, coarctando eam ad lineam mortalitatis. Numquid enim Christus Iohannis 20. dicens Apostolis: Sicut misit me vivens Pater, & ego mitto vos: respexit ad illa sua Matthaei 18. exarata verba: Quodcumque ligaveritis super terram;

in Sion sanctæ Ecclesiæ monte, seu Regno Christi, fatei compellitur ipsemet etiam Elliesius, asseverans, esse litteralem illam S. Augustini expositionem, quâ dixerat, eam Plalmidicam Prophetiam intelligendam esse de Christi Regno, quod sunt in Christum credentes.

## ARGUMENTUM II.

10. **L**udovic. Ellies cit. §. 1. argumentatur tum Lex S. Chrylostomo in illum locum Ioannis hom. 18. docente: Quod Christus in celo habeat imperium non humanum, sed longe majus, atque præstantius: tum ex S. Ambrosio in Lucam lib. 3. Christum, inquit, profitemem, non esse de hoc mundo regnum suum, ostendisse, esse supra mundum, nec esse in seculo, sed supra seculum. Unde redditur conlequens, quod Christus non habuerit potestatem Regiam, sed Regia superiorem, alteriusque ordinis, ac dignitatis: tum ex Divo Cyrillo in illum locum docente: Quod Christus Pilato respondens, non negari, Regem se esse &c. sed regni Casaris non esse hostem, ostendisse, quia principatus ejus mundanus non est, sed cali, terræque, cæterarumque rerum omnium. Quare Vicaria quoque Christi potestas mundana non est, sed supra mundum, & supra seculum.

Responsio, ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

11. **P**rimò. Lubens admitto, Christi Vicariam in mundo potestatem non esse mundanam, perinde, ac Christi principatus, tametsi juxta S. Cyrilli sententiam, cælum, terramque, cæterarumque omnes res ambiat, hanc mundanum esse, sed supra mundum, & supra seculum. Numquid autem supra mundum, & supra seculum est principatus ille, cujus formale specificativum est ordinabilitas in regnum cælorum, adeoque moralitatis linea etiam supernaturalis? Eius verò in usum etiam rerum temporalium, potestatisque Regiæ exercitio, excogitabilis status aliquis, quin superinduat moralitate vel ordinabilitatis in regnum cælorum, vel ab hoc deordinationis seu privativæ ac negativæ, seu positivæ, quandoque ad positivam sacre Religionis, & Ecclesiæ sanctæ, Christi que adeo Regni devaluationem intentæ? Talis proinde principatus Ecclesiasticus, ordinabilitatem ad regnum cælorum authoritativè procurans, & ab hoc deordinabilitatem perverfam, virgâ etiam ferreâ coercens, nullatenus præjudicat Casaræ, & Regiæ terrenæ potestati, sed hanc evahere satagit in sublimiorem supernaturalis moralitatis statum, sub quo intelligi possit esse supra mundum, seu seculum.
12. Hujus ergo supramundani principatus, Christi in terris Vicarij sphaeram accuratius indagare cupiens, pro secundo sciscitor ex Ellicio quandoquidem is principatus sit a Christo designatus ex clavibus Regni cælorum, munitis authoritate ligandi & solvendi quodcumque super terram: quidnam subintelligatur sub isto Tô Quodcumque, quod sacer contextus sub morali ad regnum cælorum ordine subiecit super terram, ita vel solvendum, vel ligandum, ut ra-

um habendum sit etiam in cælis? Nonne ex proprietate verborum hujusmodi, sub illo Tô Quodcumque, accipi debet quodvis morale, in supernaturali Ecclesiæ seu triumphantis, seu militantis, seu regni cælorum finem, vel ordinabile, vel ab ista moralitatis supernaturalis ordine defectibile? An verò dicere fas esset, Regem Christianissimum ab hoc erga regnum cælorum ordine esse exclusum, ne dicam, quoad animam suam duntaxat, seu spiritalia; sed quoad moralitatem suarum publici quoque ac politici regiminis actionum, imò ipsiusmet etiam Regiæ ad suam Christi charactere insignitam personam subjectivæ applicationis?

Huc proinde moralitati insitendo, pergo ulterius sciscitari: an non secundum eisdem moralitatis mensuram, extendenda sit etiam virgâ correctoria Matth. 18. Ecclesiæ commissa erga quoscumque, si peccaverint; Christianitatis consortes fratres? Num verò citra gravissimam injuriam dici posset Rex Christianissimus, inter hos Christianæ communionis fratres non esse comprehensus? Num igitur Regum à debita in regnum cælorum ordinatione, cum gravi quandoque, publicæ etiam sacre Religionis discrimine, enormiter exorbitantia facinora fas esset, excipere ab illa correctoriâ seu coercitivâ Ecclesiæ virgâ? Quidni ergo potius dicendum videatur, quodcumque Regis facinus sub debita ad regnum cælorum ordinationis deficientiâ, seu privativâ, seu etiam positivè contrariâ, publicæ præsertim Religionis perquam nocivum, contineri sub illo Quodcumque super terram Morali, super quo per Christum noleitur esse constitutâ clavium regni cælorum, ad quodcumque seu ligandum, seu solvendum protenta authoritas Apostolica? Quidni proinde è contrario etiam videatur concludendum, sub illo Quodcumque moralitatem vel ad regnum cælorum ordinabilem, vel ab isto ordine deficientem completente, includi Regiæ quoque potestatis exercitia, eoque ad hoc suppositum applicabilitatem, quâ supervestitam moralitate in regnum cælorum, vi characteris per lacrum Baptismum suscepti, specialiter ordinabili? Quod si ergo Pontifex Maximus, exigente Ecclesiæ necessitate, ob Regis cuiuspiam adversus sacram religionem molimina, suam Apostolicam solvendi authoritatem, seu correctoriam, coercitivam que virgâ super jus Regiæ Majestatis, quâ huic individue personæ subjectivè inexistens, & quâ moralitate ad Ecclesiæ claves indubitanter spectante supervestitum extenderet, quomodo fieri posset, quod non indirectè à tali Rege tolleretur jus Regium, utpote respectu ejus Regis ex tunc eatenus solutum, ut juxta Christi Domini verbum, solutio, hujusmodi in celo, in ipso proinde foro conscientie, comprobanda esset?

## ARGUMENTUM III.

14. **L**udovic. Ellies præcitatus pergit, argumentari. Duplex tantum in Christo dominium reperiri potest. Unum creationis, quod Christus habet ex Divinitate, alterum adoptionis, & fami-

terram, erit ligatum in cælis? Numquid verò ista verba sunt connexa cum illo sacro textu, quo peccantes pro foro etiam externo subiciuntur Ecclesiasticæ virgæ correctoriæ, & coercitiuæ? Numquid Christus etiam Ioannis 21. quando Petro dixit: *Pasce oves meas*, respexit ad verba sua Matthæi 16. descripta: *Tibi dabo claves regni cælorum, quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis*? Numquid verò ista solvendi potestas sub hisce verbis regulanda est ex ordinabilitate ad regnum cælorum? Sicuti ergo tam peccati, quam ordinabilitatis ad regnum cælorum ratio spectat ad lineam moralitatis, sic hujus, non autem tota domini, Christo quâ homini competens sphaera, statuenda est mensura potestatis Ecclesiasticæ. Imò in ipsâ etiam moralitatis lineâ discernere adhuc oportet inter moralitatem, quâ lumini naturali seu consonam, seu dissonam, & quâ supernaturali status elevationi proportionatam, atque hanc duntaxat per modum objecti formalis, ac specificativi ponimus mensuram potestatis Ecclesiasticæ. Unde consequenter solum, quatenus scilicet moralitas naturalis ex Dei ordinatione inevitabilem cum supernaturali lineæ seu privativâ, seu positivâ moralitate connexionem habet, per modum adeo objecti terminativi, & materialis dicimus, istam esse subiectam potestati Ecclesiasticæ.

3. Quare pro secundo. Dum Christus Pilato interroganti: *Num esset Rex Iudeorum?* Respondit: *Regnum suum non esse de hoc mundo*: hoc verificatur etiam de universo Christi quâ hominis dominio, quippe cum istius, Christo, quâ homini communicati domini radix, & origo quasi formalis, sit Unio hypostatica, quæ sicuti non est de hoc mundo, sic neque dominium in illa quasi radicatum, est originativè de hoc mundo. Verùm hoc ipsissimum Christi hominis dominium, quâ Ecclesiæ communicatum, quia complectitur lineam moralitatis ad statum supernaturalem elevatæ, ipsamque adeo moralitatem naturalem unâ secum elevantis ad supernaturalitatem, idcirco etiam objectivè non est de hoc mundo, oportet quæ proinde, ut fateamur, potestatem Ecclesiasticam, unâ cum sui mensurâ, neque originativè, neque objectivè esse de hoc mundo, quippe cum ne naturalem quidem moralitatem complectatur, nisi quâ supervellitam moralitate supernaturalis lineæ. Sub ipsissimo nihilominus isthuc moralitatis supernaturalis regimine, Christus diserte dixit, contineri regnum suum, foreque adeo in Ecclesiâ per se constituendâ regnum, quod tamen non esset de hoc mundo, sive quod non esset hinc. Numquid autem correlativa inseparabiliter connexa, sunt Regnum & Regia potestas? Ex Christi igitur verbis illis, clarè evincitur Regia quæpiam intrâ Ecclesiâ potestas, ex autoritate Apostolicâ consistens, unice tamen complectens lineam moralitatis, quâ in regnum cælorum ordinabilis. Et ideo Pilato urgenti: *Ergo Rex es tu?* Christus iterum respondit: *Tu dicis, quia Rex sum ego*. mox subiciens: *Ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*. Sic ergo Christus, qui Rex, tum ex se ipso, immediatè, tum consequenter ex autoritate Apostolica communicatâ, erat veritati testimonium perhi-

biturus. Sed cui veritati? Cùm Christus indefinitè locutus fuerit, num exceptionem aliquam pateretur in aliqua veritatis specie, seu genere? Num igitur Christus venerat, ut veritati etiam Philosophicæ ex Regia sua autoritate testimonium perhiberet? Quandoquidem luminis naturalis veritas Philosophica, ubi cum Evangelica veritate minùs cohæret, redigenda sit in fidei ac Christi obsequium, nunquid Christus ad hoc etiam venisse dicendus est in mundum, ut testimonium perhiberet Philosophicæ veritati, hanc scilicet continendo intrâ fidei sanctæ veritatem, seu superiorem regulam, ac mensuram suam? Et quia veritas practica est mensura moralitatis, cujus linea etiam naturalis supervestitur seu positivâ, seu privativâ, aut negativâ moralitate supernaturali, numquid Regia Christi potestas Ecclesiæ sanctæ communicata, protenditur super moralitate etiam naturali, eatenus concordandâ cum supernaturali moralitate, ut, si ab hac deficiat, per autoritatem Apostolicâ fit in hujus ordinem redigenda? veluti sæpius factitatum est in legibus Imperatoris ab æquitate ratione, ipsi etiam supernaturali lumini repugnante deficientibus. Et hinc in aperto jam est falsitas illius ab Elliesio in Prologo positi primi principij sui, quod civilis & Ecclesiasticæ societatum fines sint omninò disparati, ita ut neuter sit alteri subordinatus. Sed de hoc differrebanus superius in hujus Summarij 1. cap. §. 2.

9. Pro tertio Prophetia Psal. 2. exarata nos instruit de Regno Christi, quod est Ecclesia. Dum nempe Regius Propheta, in figura Christi ibidem diserte sic pronunciat: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus*. Numquid ergo, ubi Christus hanc suam Regiam potestatem commisit Vicario suo Petri successori, huic diceret fas est, ego vice Christi super Sion montem sanctæ Ecclesiæ constitutus sum Rex? Quòdnam verò hujus Regis est regnum, quod non sit de hoc mundo, nisi uti S. Augustinus respondet: *credentes in Christum*? Numquid autem inter hos credentes in Christum sunt quicumque Reges Christiani? Annon igitur isti dicendi sunt subiecti Apostolicæ autoritatis, Christi in terris Vicariæ regimini, quoad totam moralitatis lineam, sicque adeo directè, ac per se non quoad temporalitatem ut sic, sed quoad istam quâ subordinatam lineam moralitatis, inexistens libero cuique potestatis Regiæ exercitio, utpote inevitabiliter vel ordinabilitatem ad cælorum regnum, vel ab hoc deordinabilitatem obtinent? Et hinc æternus Pater sub illâ Davidicâ prophetiâ, Regiæ illius, Christo principaliter, Petri autem successori Vicariè competentis potestatis sphaeram circumferens, agebat: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatē tuam, & possessiones tuas terminos terræ*. Annon igitur possessiones etiam temporales, terræque termini, secundum illam æterni Patris prophetiam, sunt intrâ sphaeram Vicariæ Christi autoritatis? Et, ne quis ausit, hanc potestatem Regiam delituere virgâ autoritativâ & coercitivâ, superaddit ibidem: *Reges eos in virga ferrea*. Hanc proinde virgam ferream in foro etiam externo coercitivæ autoritatis esse



& familiaritatis; ut Chrysoſtomus *hom. 30. in Epist. 1. ad Corinth.* loquitur, quod Christus habet ex humanitate. Neutrum verò istorum dominiorum idem est cum dominio Regum in temporalia. Nam quatenus Deus est, habet supremum in omnia imperium, quatenus autem homo est, regnum ejus totum est *spirituale*, nec enim homo factus est, ut totum orbem more Regum terrenorum regeret, imò se minime venisse ad hoc, ut rerum temporalium regimen susciperet, verbis & factis docuit: tum quando aufugit, ne à Judæis Rex eligeretur: tum quando roganti cuidam, ut fratri suo juberet, hæreditatem partiri, dixit: *Homo, quis me constituit judicem, aut divisorem super vos?* Cùm igitur certum sit, Christum Ecclesiæ comunicasse eam tantum potestatem, quam habuit ut homo, & Caput Ecclesiæ, non autem illam, quam habuit ut Deus & Creator, pro certo tenere debemus, nullam potestatem temporalem à Christo Ecclesiæ collatam esse.

Responsio ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

15. **P**rimò certum est, ex Divinitate nullum in Christi humanam naturam esse derivatum dominium, quod non *realiter* præexistet in dominio Divinitatis, quod Elliesius dicit dominium *creationis*. Hujus autem Divini dominij sphaera, præter lineam *naturæ universæ*, complectitur etiam lineam status *supernaturalis*, ad quem homo ad imaginem Dei factus, in *primo* creationis suæ instanti elevatus, & postquam e gratia exciderat, per Christi redemptionem reparatus fuit. Numquid ergo Divinitas Christo quâ homini fecit de utraq; illâ seu naturâ, seu supernaturalitatis lineâ, dominij sui participationem aliquam, dum constituit ipsum hæredem Univerſorum? Et licet Christus quâ homo noluerit sibi assumere exercitium, & munus regnandi in temporalibus; renuens propterea munus judicis in se suscipere circa duorum fratrum hæreditatem dividendam; attamen uno saltem, alteròve acta ostendere voluit suum seu proprietatis, seu jurisdictionis in res quoque temporales dominium, quando scilicet *Matth. 8.* & *Lucæ 8.* ejiciens legionem dæmonum ab homine, concessit ipsis, ut intrarent in porcos, non absque magno Gerasenorum damno. Talis dominij argumentum exhibuit etiam, quando *12. Matth. cap.* arefecit ficulneam, quando *insuper eodem cap.* jubens ad se adduci cum pullo asinam, quam Apostoli reperirent alligatam, subjecit. *Si quis aliquid dixerit, dicite: quia Dominus his opus habet.* Jurisdictionis denique, Legis Mosaicæ sacerdotio superioris *altum* dominium ostendit, quando *10. Joannis 18.* dum Pharisei mulierem in adulterio deprehensam ad eum adduxerant, & coram ipso accusaverant, ex vi ejusdem *alti* dominij eam absolvit, non à reatu duntaxat peccati, sed etiâ à pœnâ lapidationis in Lege Mosaicâ indictâ. Quinimò cùm Christus etiam quâ homo, & Caput Ecclesiæ ascendens in *altum*, daret hominibus dona curationum, & sanitatum, quæ

licet quoadmodum participarent de supernaturalitate, quoad *substantiam* tamen verè continentur intrâ naturæ lineam, inde manifestum est, Divinitatem de suo creationis dominio etiam quâ naturæ lineam contingente, fecisse Christo, quâ homini, dominij sui aliquam communicationem.

Sed quid dicemus de lineâ *supernaturalitatis*, quam Divinitas ita posuit in potestate Christi, quâ Ecclesiæ Capitis, ut ejusdem participationem facere posset *Novæ Legis sacerdotio*? In quâ proinde supernaturalitatis seu *positivâ*, seu *privativâ* lineâ, numquid continetur universa *supernaturali* statu commensurata *moralitas*? Et quia nihil *moralitatis* etiam naturalis ex hominis libero arbitrio contingit, quin vel deficiat ab ordine regni cælorum, vel per gratiam Christi sublimetur ad hunc regni cælorum ordinem, numquid *moralitatis* etiam naturalis lineâ ita suberat Christi dominio, ut eandem vellet tamen subordinatam lineâ *moralitatis* supernaturalis? Numquid ergo Christus quâ homo, *Quodcumque in regnum cælorum coordinabile super terram*, subjiciens potestati Ecclesiasticæ, huic communicavit etiam de suo super omnimodâ *moralitatis*, politicum quoque regimen sine suo completentis, lineâ, jurisdictionis *altæ* dominio?

Pro secundo igitur, missâ jam universâ naturæ *physicæ* lineâ, faciendo reflexionem ad unam *moralitatis*, *Quodcumque in regnum cælorum ordinabile completentis*, lineam, placuit per modum progressionis ex Elliesio hîc sciscitari. Num credat, potestatem Ecclesiæ super hac *moralitatis*, quâ in regnum cælorum *ordinabilis* lineâ *indefinitè* protensam, æquè esse de gratijs Christi gratis datas, ac sit gratia Prophetiæ? Noscitur professò *ex 1. Corinth. 12. cap. à v. 28.* Apostolus inter gratias gratis datas perinde recensuisse Apostolatam, in Petri successore unicè adhuc persistentem, ac donum Prophetiæ. Unde opportunum est nobis visum, nonnihil excurrendo, hîc facere Apostolicæ in Petri successore perdurantis auctoritatis, seu gratiæ Christi gratis datæ comparationem cum lumine Prophetiæ. Hoc equidem Divinitus concessum donum, minime facit, ne homo Prophetiæ dono ditatus, sit obnoxius fallaci & fallibili, atque ad malum pronæ conditioni humanæ, maxime cùm lumen Propheticum recensatur inter gratias gratis datas, quæ inexistere possunt homini peccatori infideli; uti constat de Sybillis veris Prophetissis, sed Ethnicis. Nihilominus quando is, qui Prophetiæ gratiâ est ditatus, intendit in lumen Propheticum, ex hoc divinizando, ac revelando veritates absconditas, nequit ulla subesse fallitas ac deceptio, quippe cû actus Propheticus, quæ procedens ex lumine Prophetiæ, nequeat in se *intrinsecè* coinquinari specie mendacij, quin hæc impuritas reducenda foret in luminis Prophetici principium, Spiritum sanctum, quod ne cogitare quidem, minus asseverare licet absq; horribili blasphemia. Sic proinde Oecumenica Pastoralis muneris potestas Apostolica inter Christi gratias, Ecclesiæ gratis datas merito annumeranda, quan-

quantumvis inexistat homini per naturam suam fallaci, attamen Christo repromittente Apostolis, Spiritum sanctum eos edoctrum omnia, dicere oportet, eam Divinitus constitutam, ita esse super fidei petram fundatam, ut cunctæ actiones ex ea promanantes reducendæ sint in fidei principium, illius Oecumenicæ Apostolicæ potestatis *super quocunque in terris morali ad regnum cælorum ordinabili* potentia, eatenus directivum, ut, si de particularibus, fallaciæ aliòquin obnoxii, casibus est sciendum, decernat per prudentia Divinitus infusæ prudentiæ lumen supernaturale, ab omni adeo seu morali defectibilitate, seu intellectuall fallibilitate, atque fallaciæ labe ut sic depuratum, licet in Pontifice decernente possit *concomitanter*, quæ homo est defectibilis, aliquid obrepere, quod humanam fragilitatem redolere videatur.

18. Hinc ergo regrediendo ad Elliesij argumentum, haud impertinenter ab eo requiritur, ut reflexionem faciendo ad Divini dominij, Humanitati Christi, & ab hac Apostolicæ auctoritati donatam participationem, in Summi Pontificis potestate Oecumenica, ceu gratia gratis datâ agnoscat auctoritatem, super quacunque Regum etiam, Regiæque Majestatis *jurium moralitate* eatenus protensam, ut in decernendo, Divini quoque luminis sibi assistentis habeat certitudinem.

## S. II.

*In quo demonstratur, ex eo, quod potestas à Christo Ecclesie collata tota sit spiritualis, haud evinci, Pontificiam auctoritatem non protendi supra Reges etiam quoad temporalia.*

## ARGUMENTUM I.

19. Ludovic. Ellies *cit. cap. 1. §. 2.* argumentatur 1. in hunc modum. Ecclesia non aliam habet potestatem præter eam, quam Christus Apostolis tradidit, ut per eos ad eorum successores perveniret. At ex Scripturâ *inferius* adducendâ constat, nullam omnino potestatem, quæ spiritualis non sit, Apostolis esse collatam. Frustra igitur successores eorum aliam sibi arrogant.

Responsio ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

20. Numquid enim pro *primo*, Sacramenta simpliciter sunt computanda inter *res spirituales*, quantumvis consentent ex rebus & actionibus sensibilibus, seu corporeis, ceu materia? Numquid intellectiva potentia in homine & Angelo est purè spiritualis, cum tamen ejus objectum *materiale* complectatur naturam quoque corpoream? Unde hoc? nisi quia denominationes fiunt ex eo, quod *formale est*, non autem ex eo, quod est *materiale*. Sic enim ratio Sacramenti *formaliter* constitutiva est significatio purè spiritualis, ex Divina in-

stitutione causatrix supernaturalis gratiæ. Sic intellectivæ potentia *formale specificativum* est lumen objectivum à materialitate depuratum, tametsi ejus objectum *materiale* complectatur cunctas res etiam corporeas. Pari proinde modo tametsi authoritas Apostolica protendatur ad *quodcumque* in regnum cælorum ordinabile, in quo ordine continetur quodcumque liberum hominis ad statum supernaturalem elevati, politici quoque regiminis, publicum exercitium, hoc nequit tamen reduci ad spheram Apostolicæ auctoritatis, nisi *sibi moralitate in regnum cælorum ordinabili*, ut sic verè spirituali: ex quâ proinde, ceu *formali specificativo* suo, Pontificia potestas merito denominatur purè *spiritualis*, quantumvis *per accidens* extendatur super rebus quoque temporalibus, quâ libero, atque adeo *morali*, & *consequenter* quâ in regnum cælorum vel ordinabilitate, vel ab hoc deficientiâ supervelito ipsorum publici etiam politici regiminis exercitio, subjectis, ut sic per modum objecti *materialis*, & *terminativi* se habentibus ad eam purè *spiritualem*, auctoritatis Apostolicæ potestatem.

Hæc ratio nostra pro *secundo* firmatur ex ipso Elliesio, mox asseverante, potestatem annuntiandi Evangelium, nec non baptizandi *Matth. 18.* Apostolis commissam, esse totam spirituale. Numquid verò hujus potestatis exercitium *materiale* sunt actiones corporeæ? quæ tamen, dum earundem ratio *formalis* est merè spiritualis, haudquaquam efficiunt purè spiritualitati potestatis illius.

Subdit idem Elliesius alteram Apostolis promissam potestatem *Matth. 16. & 18.* sub auctoritate ligandi & solvendi quodcumque super terram. Quam equidem potestatem, ait, à nonnullis frustra protendi ad temporalia, eò quod Christus mentem suam *Joann. 20.* sub hisce verbis exposuerit: *Sicut misit me vivens Pater, & ego mitto vos: quæ cum dixisset, insufflavit in eos, dicens, accipite Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis.* Numquid verò, mi Elliesi, hæc remittendorum peccatorum potestas merè *spiritualis* est, tametsi protendatur super peccatis homicidij, adulterij, ac perverſi Regum regiminis, per actiones corporeas perficiendis? Eo ipso tamen, quia *moralitas* à regni cælorum ordine deficiens est *formale* in illis peccatis, quâ illi sacerdotali potestati subjectis, inde haudquaquam efficitur, quod potestas illa, licet per actionem etiam sensibilem, quâ Sacramenti materiam *intrinsecam* exercenda, non debeat purè *spiritualis* dici. Pari proinde ratione, illa *quodcumque in terris morale ligandi, seu solvendi* potestas Apostolica licet protendatur super quocunque, publici etiam temporalis regiminis, *Morali*, atque adeo in regnum cælorum vel ordinabili, vel deordinabili exercitio, quia tamen ipsissima hæc in regnum cælorum seu ordinabilis, seu deordinabilis *moralitas* est *formale specificativum* illius Apostolicæ auctoritatis, idcirco illarum, eidem per modum objecti *materialis* & purè *terminativi* subjectarum actionum, *moralitas* nullatenus impedit, quod minùs ea potestas dicenda sit merè *spiritualis*.

## ARGUMENTUM II.

23. Ludovic. *Ellies loco citato sic argumentatur* 2. Quarta potestas Ecclesiæ respicit, cenam delinquentium, juxta illud *Ioannis 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* Quibus verbis intelligitur, nullam aliam pœnam ab Ecclesia infligi posse in noxios, quam ut ab ejus consortio removeantur, nec ampliùs in Christianorum habeantur numero. Itaque frustra quidam contendunt, potestatem esse Ecclesiæ, noxiorum vel pœnis temporalibus, vel Bonorum privatione puniendorum. Postrema denique potestas à Christo Apostolis collata est condendarum legum, quæ ad disciplinam Ecclesiasticam pertineant, & constituendorum sibi Successorum. At hæc leges bonum tantùm societatis Ecclesiasticæ respiciunt, non temporalem felicitatem: illi quæ ministri ad regendam Ecclesiam, non ad rem publicam administrandam constituuntur, nec aliam, quam animarum curam habent; juxta illud Pauli. *Obedite præpositis vestris, ipsi enim invigilant, quasi rationem de animabus vestris reddaturi.*

Responsio ac retorsio hujus argumenti confutatoria.

24. Primò. Potestatem Ecclesiæ correctoriam extendi super quocunque Christianorum, atque ad eò Regum etiam, caractere Baptismatis insignitorum, Ecclesiæ sanctæ unitatem, religionem quæ sacram, ac fidem Orthodoxam in suis, vel aliorum quoque Regum subditis perturbantium, seu evertere molientium peccato, constat ex Christi verbis *cit. 18. Ioannis cap. exaratis.* Quam ipsissimam coercionis etiam publicæ, à Christianorum nempe numero removendi auctoritatem, prævalere in foro etiam externo, vel ex hoc patet, quod publicè à consortio etiam publico Ecclesiæ removeat.

25. Sed nunquid hæc à Christianorum Ecclesiæ consortio exclusio publica, non nisi ad spirituales effectus extendi valet? Eius virgæ correctoriæ & coercitivæ à Christianorum consortio removere potentis sphaera, ab ipso met Christo verbis proximè subsequenti circumscriptur, dum ibidem mox subjicitur: *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram, & quæcunque solveritis super terram, erunt vel soluta, vel ligata in celo.* Quandoquidem ergo Ecclesiæ virga coercitiva, à Christianorum consortio, delinquentes, Ecclesiæque inobedientes, & contumaces removere præpotens, connexa sit cum *indefinita quæcunque ligandi, & solvendi potestate*, numquid sub ista voce *Tò Quæcunque*, consortium Christianorum etiam quoad communionem politicam intelligitur, non equidem formaliter, quæ sistit intra limites communionis politicæ, sed quæ nescit supervestiri *moralitate* vel ordinabili in regnum cælorum, vel *moraltem* ab hoc deficientiam importante? Sicut ergo Ecclesia per virgam suæ coercionis, solvendo peccatoris contumacis jus, quod cuique fidelium est ad Ecclesiæ communionem, perimere nescitur jus e-

iusmodi: sic quia Ecclesiæ potestas extenditur ad quodcunque *Morale* in regnum cælorum ordinabile, neque verò ab hoc *moralitatis* ordine excludi unquam valent communionis etiam politicæ, imò & publici regiminis jura & actus, nequit illa Ecclesiæ ad quodcunque in terris *Morale*, quæ ab hominum arbitrio libero, sub inseparabili in regnum cælorum ordine permanere natum, sese extendens virga coercitiva, dici impotens, ad politicæ quoque communionis, regiminisque publici, quæ perversa, Ecclesiæ, Religionisque Orthodoxæ Bonum evertere conante, *moralitate* supervestiti, jura dissolvenda.

26. Secundò. Dum faretur *Elliesus*, Apostolicam Ecclesiæ auctoritatem posse condere leges ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentes, num dicere fas est, non posse Summum Pontificem facere ordinationes autoritativas adversus Reges, sanctæ Ecclesiæ disciplinam evertere, fideique Orthodoxæ sanctiones è medio tollere conantes? Rectè equidem idem Author dicit, leges ex potestate à Christo Apostolis collatâ profluentes, non respicere *felicitatem temporalem*, sed *Bonum societatis Ecclesiasticæ*. Numquid verò hoc ipsum Ecclesiasticæ societatis in unitate fidei, & erga sanctam Ecclesiam, ejusque Pastorem Oecumenicum religiosâ obedientiâ consistentis, Bonum exigit, ut, quicunque fidei Orthodoxæ virtutem, disciplinamque Ecclesiasticam moliantur evertere, compescantur coercitivâ Ecclesiæ virgâ ad quodcunque solvendum, atque ad eò jus quoque Regium, quæ in Ecclesiæ perniciem perversè usurpatum, è medio tollendum prævalente? Quod ubi faciunt Ecclesiæ sanctæ Præpositi, vel maximè intendunt curæ animarum, invigilantque, quasi rationem de animabus sibi subditis reddaturi.

## S. III.

*In quo enervatur tertia Elliesij ratio, conans ostendere, quod Christus, & Apostoli omnem potestatem, & jurisdictionem temporalem ab Ecclesia amandent.*

## ARGUMENTUM I.

27. Ludovic. *Ellies præfatio cap. 1. S. 2.* sic argumentatur 1. Ad demonstrandum, nullam esse in Ecclesia temporalem potestatem, sufficeret equidem ostendisse, omnem illam potestatem, quæ à Christo Apostolis est collata, spirituales esse. At Christus præterea omnem omnino potestatem temporalem ab Ecclesia amandavit, dicendo *Marci 10. v. 42. & Luca 22. v. 25. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur.* Quibus ad eò Christi verbis docemur, tum quod Apostoli, eorumque Successores omni temporali potestate, & jurisdictione careant: tum quod potestas illa *spiritualis*, quam illi habent, non sit dominij & imperij, sed mansuetudinis, & charitatis; siquidem potestatis terrene sit, exteriora tantùm administrare, *Spiritualis* verò sit proprium, interiorum gor-

dis affectum; uti Origenes in eum locum *Matthæi*, & *alibi*. Hieronymus *Epist. 3. ad Nepotianum*. Chrysostomus *lib. de sacerdotio*, *alijque locis* explicant.

Responsio, ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

28. In primis demonstratum est in *anterioribus*, hæc duo inter se optime coherere, quod potestas Ecclesiastica sit *spiritualis*, nec adeo *temporalis*, & tamen sub *altiori moralitatis*, in regnum ordinabilis *formalitate*, extendatur etiam super temporalia. Nunquid enim, uti corpus inservire debet spiritui, ita etiam temporalia debent esse subordinata spiritualibus? Nunquid homo non *quoad animam* duntaxat, sed etiam *quoad corpus* operari debet ad finem spirituales salutis æternæ? Nunquid ex statu hominis ad finem supernaturalem elevati, stat obligatio, cunctas etiam corporales actiones reducendi ad Dei gloriam? Ita profectò pronuntiavit Apostolus, ut omnia, quæcunque facerent homines Christiani, sive edendo, sive bibendo, sive quidvis aliud faciendo, in Dei gloriam facerent. Est igitur, Ecclesiæ potestati merè *spirituali per se primò*, ac *directè* non subjacere temporalia, attamen ex temporalium ad supernaturalia ordinatione Divinitus constitutà, sit consequens, ea *secundariò* ac *indirectè* esse subiecta potestati spirituali Ecclesiæ, quæ, dum *absolutum* habet regimen in ordine ad finem supernaturalem, consequenter habere debet *authoritatem*, temporalia etiam tanquam media in hunc finem ordinandi.

29. Sed pro *secundo*, nonnemo fortassis excipiet, urgendo, ut ex sacro Evangelio ostendatur, hæc *indirectè* temporalium in finem supernaturalem ordinatio, subiecta esse clavibus Ecclesiæ. Nunquid autem Christus Dominus *Matthæi. 16. & 18.* clavium Ecclesiæ potestatem protendebat super *Quodcumque*, non equidem sub *statu Esse physici* spectatum, cum cæteris qui Ecclesiæ *directam*, & *immediatam* super quæcumque jura terrena, corporalis etiam Christianorum vitæ, potestatem haberet, quod remotissimum est à sensu nostro. Sub *altiori* igitur *formalitate* ordinabilitatis scilicet ad regnum cælornù potestas Ecclesiastica respicit illud *Quodcumque super terram*, quod Christus Dominus *dixit*, & *clare* insinuavit, eam ad *quodcumque super terram* seu ligandum, seu solvendum, potestatem contendo cum clavibus regni cælorum, quæ scilicet respicientibus *quodcumque* non sub *Esse Physico*, sed sub *Esse Morali* in regnum cælorum ordinabili consideratum. Et hinc verissimum est, Apostolos, eorumque successores carere omni temporali potestate ac jurisdictione, potestatemque illam spiritualem non esse dominij, aut imperij, sed mansuetudinis & charitatis. Num verò ex hoc dicere fas est, Ecclesiasticam potestatem ita exerceri duntaxat posse in volentes, ut nullo severioris erga nolentes, seu contumaces distractionis gladio sit armata?

30. Pro *tertio* igitur distinguere oportet, inter *primarium* & *secundarium*, seu quali *subsidi-*

rium potestatis Ecclesiasticæ munus. Illud prius equidem non nisi ex charitatis & mansuetudinis spiritu est exercendum, absque ullâ erga proprium commodum reflexione, sed sub puro salutis animarum in unitate fidei & sacræ religionis cultu etiam publico coadunatarum promovendæ studio. Et ideo Principum spiritualium principatus, in dilectione subditorum debet esse positus, uti Origenes in *Matth. 12. cap.* ait, observans, propterea in *Isa. hom. 6. Ministros Ecclesiæ non esse vocatos ad principatum, sed ad servitutem Ecclesiæ*, quamquam hanc ipsam servitutem Doctor ille vocet etiam *Principatum Principum spiritualium*. Num igitur hic Ecclesiæ principatus non nisi erga volentes habere potestatem locum; uti S. Hieronymus *Epist. 3. ad Nepot.* & Divus Chrysostomus *lib. 2. de sacerdot. alijsque ab Elliesio hic allegatis locis tradunt*? Ita profectò est, *primario* potestatis Ecclesiasticæ muneri locum non esse, nisi in volentibus, quippe cum ejus muneri sit, non in exterioribus duntaxat actibus sistere, sed in his *moralem* bonitatem ad regnum cælorum ordinabilem, salutemque animarum curare, neque verò ista seu *moralis*, & *supernaturalis* actuum humanorum bonitas, neque salus æterna obtineri valeat, nisi à volentibus, & spontaneè cooperantibus Christi fidelibus.

Quia verò ipsissimus ille *Principum spiritualium principatus*, ipsomet Elliesio fatente, habet vim legislativam; Num destituendus erit *virgæ publicæ* etiam coercitionis erga illos, qui *sacris Ecclesiæ, vel ipsius etiam Christi legibus contumaciter contradicunt*? Hujus equidem quæsitæ resolutio in *anterioribus* jam multimodè facta est, attamen, quia Elliesius totam vim suorum ex opposito argumentorum, reducere contendebat in illud principium, quo Christus *Joann. 20.* effatus est: *sicut misit me vivens Pater, ita ego mitto vos.*

Idcirco pro *quarto* visum est operæpretium, hic repetere, quod *Psal. 2.* in spiritu Prophetico inducatur æternus Pater locutus Christo: *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessiones tuas terminos terræ, reges eos in virga ferrea.* Hanc namque virgam importare *authoritatem* directionis, quæ ferream, atque dicere potestatem *coactionis & justitiæ*, explicat S. Augustinus in *dist. Psal. 2.* Hæc ipsa verò Christi potestas *gubernativa*, & *coercitiva Lucæ 1.* prædicta fuit sub illis verbis: *Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus: & regnabit in æternum.* Eo ipso autem, quod regnum istud Ecclesiæ dicatur æternum, oportet, in terris fuisse à Christo *relictam* eam gubernativam potestatem, per quam regimen hoc spirituale perpetuò duraret. Quamvis ergo Christi regnù non sit temporale mundi regimen, respiciatque æternam hominum salutem: hoc ipsum tamen spirituale ac supernaturale Ecclesiæ regimen importat *virgæ ferream coercitivæ* quoque *authoritatis*, à Christo Apostolis, eorumque successoribus comunicatæ, atque sic intelliguntur Apostoli eo modo à Christo missi, quo modo ipse à Patre æternus missus fuit cum *authoritate gubernativa, & coercitiva*, in suos quoque in terris relictos, vicarios transfusâ,

33. De hac igitur *coercitionis & justitiæ* virga ferrea, in cuius usu consistit *secundarium*, & quasi *subsidiarium*, non nisi in statu inobedienciæ & contumaciæ exercendum munus, disquirere placeat ex *Elliesio*, *An hoc non nisi in volentes exhibere fas sit?* Ipsemet quæstionis hujus status pro quinto perimit seipsum, quomodo enim, quod non nisi in inobedienter reluctantes, & contumaciter nolentes exercetur officij pastoralis *subsidiarium & secundarium* munus coercitivum, absque manifesta contradictione dici posset, non nisi erga volentes habere locum? Quod ergo prælegati Patres de *primario* Ecclesiastica potestatis munere, non nisi erga volentes se exerere potente, dixerant, peperam trahitur ad *secundarium* quoque, ac *subsidiarium*, adversus inobedientes & contumaces exercendum, Pastoralis officij munus: quamquam ne hoc quidem debeat aliter usurpari, quam ex *spiritu charitatis & lenitatis*.

34. Nam pro *sexto*, num dicere fas est, justitiam, quæ attenditur in Ecclesiastica potestatis virgâ *coercitivâ*, pugnare cum sancta charitate? Num *Divinæ* charitatis munus est in zelando Dei honore privatum duntaxat, non etiam in publico religioso cultu, quem contumax & inobediens Ecclesiæ, nititur evertere? Num charitatis est, illos, qui Ecclesiæ contumaciter resistunt, in sua malitia impunè relinquerè, & non potius virgâ ad quodcumque seu *solvendum, seu ligandum in terris* protensâ coercere? Num quia sub isto quocumque probatum est, contineri *quacumque, moralitatem* ad regnum cælorum ordinabilem superinducere nata, dum *spirituales* pœnæ non proficiunt, sanctæ charitatis & lenitatis *spiritus* prohibet Ecclesiam, ne suâ à Christo concessâ potestatis, manum extendat ad temporales pœnas, non sub *temporalitatis* equidem, sed *moralitatis* in regnum cælorum ordinabilis *formalitate* consideratas, Bono Ecclesiæ publico, animarumque fidelium salute communi ita exigente, in contumacibus *Unitatis* fidei, & tranquillitatis Religionis perturbatoribus.

35. Quare isthæc universa, uti optimè coherere possunt cum sanctæ charitatis *spiritu*, sic pro *septimo* nequaquam lapsiunt *spiritum* potestatis temporalis, quem *Christus* cit. *Marcii 10.* & *Lucæ 22.* remotissimum cupit à potestate Apostolica: *Reges gentium*, inquiens, *dominantur eorum, & qui potestatem habent, benefici vocantur, vos autem non sic.* Hisce namque verbis *Christus* disertè professus est, se nolle in Ecclesia instituire principatum *dominativum*, cuius nempe finis esset propria utilitas, sed præcepit tanquam *Pastor* bonus, ut is, qui inter Apostolos esset major, se ipsum impenderet in *spiritualem* animarum sibi *subjectarum* utilitatem, neque arrogaret sibi *dominandi* *libidinem*, proprium ex grege commodum querendo: quippe cum dominium propriè consultat in facultate rebus, seu personis sibi *subjectis* in proprium utendi commodum. Eo ipso igitur, quod principatus Ecclesiasticus ejus sit naturæ, ut imponet obligationem, se totum impendendi in animarum salutem,

præcisâ propriâ, maximè temporali, utilitate, ideois principatus neque *dominativus*, neque *temporalis*, sed purè *spiritualis* est, non nisi ex charitatis *Divinæ* ad publicum Religionis *facræ* Bonum vel præcipuè intentæ *spiritu*, etiam erga contumaces, Ecclesiæque rebelles exercendus.

## ARGUMENTUM II.

Ludovic. *Ellies* cit. §. 3. argumentatur 2. ex *1. Petri* cap. 2. v. 2. ubi Apostolorum Princeps ita scripserat: *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratiâ, sed voluntariè, neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Quæ ergo clariùs, ait is Author, potuisset B. Petrus, illorum prædamnare sententiam, qui, contendunt, *Christum*, cum dixit *Pasce oves meas*, dedisse illi potestatem, Regum per depositionem, privationemque regni sui dependorum? Ejusmodi *dominativam* potestatem longè majorem, ac sit in ipsis etiam Regibus, à Summo Pontifice remotissimam, voluit S. quoque Bernardus, ad Eugenium Papam suum olim discipulum *lib. 2. considerat. cap. 6.* ita scribens: *Nec enim tibi Petrus, quod non habuit, dare potuit. Quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem scilicet super Ecclesias: nunquid dominationem? Audi ipsum: Non dominantes, ait, in Clero, sed forma facti gregis ex animo.*

Responsio, ac retorsio hujus argumenti confutatoria.

Illis verbis suis Petrus ita descripsit *primarium* 37. *municipis* Pastoralis officium, erga spontaneè ac voluntariè, non vei d coactè obediens exercendum, ut minimè tamen intermitteret edocere *spiritum*, ex quo munus etiam *secundarium*, seu quasi *subsidiarium* pastoralis officij, erga contumaces, Ecclesiæque rebelles, sub strictâ *coercitionis* virgâ oportet exhibere. Nempe hic Apostolorum Princeps universim cavuit, ne Ecclesiastica autoritas sit *dominativa*, disertis adeò verbis ab Ecclesiæ Pastorum exigendo, ut recogitent, quod ipsorum potestas neque proprium imperantis commodum, sed *spiritualem* ejusque utilitatem spectet, sicque adeò ejus potestatis virga coercitiva ex illo sancto fine, non turpis lucri gratiâ, exerceri debeat, neque porro cogere possit ad *substantiam* sui fors propriam, utpote non in exterioribus duntaxat actionibus sitam, sed respicientem bonitatem *moralem* actuum, nec non animarum salutem, quæ non nisi à volentibus obtineri potest. Atque hoc est, quod S. Bernardus inculcare intendebat, a Romani Pontificatus principatu excludens *dominationem*, dum cæteroqui idem Doctor mellissimus *lib. 1. Considerat.* alloquendo Romanum Pontificem: *Ergo, inquit, in criminibus, non in possessionibus est potestas vestra, quoniam propter illa, non propter has accepitis claves regni cælorum.* Quod si igitur indefinitè propter crimina, atque adeò Regum quoque, sanctæ Ecclesiæ rebellium, religionisque sacræ temeratorum scelera, Petri Successores acceperunt *claves regni cælorum* ab

quod-

quodcumque super terrâ solvendum institutas, quid, ni hæc potestas in Regiâ quoque potestatis non quâ terrestribus, sed quâ moralitate à regni cælorum sine deordinabili contaminatâ, solutionem, absque ullo tamen dominationis ambitu, sed ex sanctæ religionis, ac fidei Orthodoxæ, charitatisque adeo Divinæ zelo, Ecclesiæ sanctæ seu conculcatæ, seu conculcatæ necessitate notoriâ ita exigente, protendi posse, dicenda sit?

§. IV.

*In quo examinantur Romanorum Episcoporum, sanctorumque Patrum testimonia, quibus Adversario videtur effici, quod Ecclesia in spiritualia tantum habeat potestatem, non seculis, ac Reges in sola temporalia, ita ut neutra potestas à se invicem dependeat.*

ARGUMENTUM I.

38. Ludovicus Ellies *cit. cap. 1. §. 4.* argumentatur 1. ex testimonio Gelasij Papæ *epist. 8. Ad Anastasium* relatâ *to. Concil. 4. col. 1182.* ita scribentis: Duo sunt, Imperator Anguste, quibus hic mundus principaliter regitur, authoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. Nôsti enim, fili clementissime, quod, licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen Præsulibus Divinarum, devotus colla submittis &c. atque ab his causis tuæ salutis expetis. Et in tomo de anathematibus sic habet: Cùm ad veram ventum est (Christum) Regem, atque Pontificem, ultra sibi nec Imperator nomen imposuit, nec Pontifex regale fastigium vindicavit. Christus memor fragilitatis humanæ, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnificè temperans, sic adionibus proprijs dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit &c. ut & Christiani Imperatores pro æternâ vitâ Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium cursu rerum, Imperatoris dispositionibus uterentur, & ideo militans Deo, minime se negotijs secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus Divinis præesse videretur, qui esset negotijs secularibus implicatus. Ex quibus adeo Gelasij Papæ documentis, concludit is Author, utramque eam potestatem, & utriusque limites optimè distinctos esse, ita ut nihil liceat sæculari in Ecclesiastica, aut Ecclesiasticæ in sæcularia.

Responsio ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

39. In primis ex præadductis Gelasij verbis constat, Imperatorem colla submittere rerum Divinarum Præsuli. Sed quibus in rebus? Hoc paucis exprimitur, quod nempe à Divinarum rerum Præsulibus Imperator causas suæ salutis expetat, utpote pro vitâ æterna indigens Pontifice. At cujus est, salutis causas subministrare, hujus est, amovere etiâ vitâ æternæ impedimenta, non pro ipsius duntaxat personâ, sed pro universo etiâ cætu fidelium. Si ergo Imperator, seu Rex quispiam salutis æternæ impedimenta ponat per fi-

dei, Religionisque publicam everfionem, neque Pontificis correctio Evangelica pensi habeatur, quò minus in suâ persistens contumaciâ, & suam, & subditorum animas infempiternum interitum detrudere pergat, unicumque tot scandalorum amovendorum remedium sperari possit ex ipsius depositione, numquid hæc inter causas, si non Imperatoris, plurimorum saltem aliorum fidelium salutis merito erit recensenda? Quid ni ergo in ordine ad hanc salutis etiâ publicæ causam procurandam, atque hujus, & Christiano cuiuspiam Regno communem obicem tollendum; dum in deterius semper ruit seu Imperator, seu Rex hujusmodi, Pontifex omnium salutis curam gerens, compellitur ad talem sive Regem, sive Imperatorem deponendum ex auctoritate, ad Quodcumque solvendum sibi Divinitus imperitâ?

Hinc pro secundo facillè concedo, utramque potestatem, Ecclesiasticam scilicet atque civilem, & utriusque limites optimè distinctos esse, ita ut nihil liceat sæculari in Ecclesiastica, aut Ecclesiasticæ in sæcularia jura & bona; quatenus limitibus suis continentur: neque enim potestas Regiâ ad societatem politicam in finem publici boni ritè ordinandam, atque concives in hunc ordinem redigendos, per naturam suam, concreato naturali lumini hominibus congenitam, per se, ac ex se operari potest quidquam, quâ exorbitans extra ordinem ac debitum publicæ Religionis, Orthodoxæque fidei, ac societatis Ecclesiasticæ: sed hæc exorbitantia procedit ex malitiâ hominis, cui inexistit, Regiâ potestate se habentē ad eam solum per accidens, & concomitantē, cui proinde minimè adscribenda est, sed perverlo ejusdem abusu, utpote ex Regis nequam jure suo Regio abutentis pravâ voluntate proveniens; sicque adeo Rex Ecclesiasticæ disciplinæ perturbator, fideique Orthodoxæ, ac veræ Religionis inimicus, invadendo sanctæ Ecclesiæ jura, non persistit intrâ limites suæ Regiæ potestatis, sed ex nequitia suâ incidit in sphæram potestatis Ecclesiasticæ, à suis fidelibus, Ecclesiæque Orthodoxæ removere obstrictæ; quidquid animarum saluti, publicoque Ecclesiæ sanctæ Bono officit, imò extremum minatur interitum. In quo adeo statu potestas Ecclesiastica nihil equidem facere potest adversus ipsam in se spectatam; ut sic cum limitibus suis, Divinitus constitutam Regiam potestatem: attamen, quia Rex in perniciem animarum, Ecclesiæque destructionem eâ abutitur, eandem, quâ in hoc subjecto, in malitiâ sua penitus obstinato, ipsaque tam perverse abutente subsistentem, tollere potest ab ipsissimo hoc individuo, quippe cùm potestatis ejusmodi intrâ hoc subjectum subsistentia noscatur, ex talis perverfi hominis nequitia esse jam medium evertendi Ecclesiam, publicamque Religionem, sicque adeo intelligatur, incidisse in sphæram Ecclesiasticæ auctoritatis, Divinitus constitutæ ad solvendum & tollendum, Quodcumque super terram est sanctæ Ecclesiæ destructivum, animarumque; salutis impeditivum. Et sic verissimum est, quod

X

quod

quod Gregorius II. *Epist. 2. ad Leonem Isauricum* ait: *Quid Pontifex introspicendi in palatium, facultatem non habet; quamdiu nimirum Imperator intra fines palatii, non materialiter, sed formaliter sumpti, quæ Regiæ scilicet potestatis juribus præcellentis, secundum hujus limites operando persistit; at si Rex introspiciat in Ecclesiam, hujus jura violando, numquid Regiæ potestatis intrâ ipsum subsistentia, ubi est medium evertendi ordinis Ecclesiastici, sic in spheram Ecclesiasticæ potestatis transferri dicenda est? An non igitur ex regni cælestis Beato Petro collatis clavibus, ad animas ligandas & solvendas prævalens Pontificium, eo casu solvere compelleretur, Imperatoriæ dignitatis in hoc ipsum abutente subjecto subsistentiam, quæ in medium pervertendæ Religionis perperam conversa, jam translata noscitur intrâ spheram illius Pontificij, quod, ut Pontificum & Patrum ab Ellicesio allegatorum loquendi modo utamur, importat potestatem solvendi ac ligandi animas. Quemadmodum enim jus Regium non in corpore, sed intrâ animam consistere noscitur, sic ubi intrâ hujus Regis, animam transversum est in medium publicæ animarum perverisionis, tunc ejusdem solutio, sive à Regis animâ peremptio utique incumbet Pontificatui, habenti principatum, solvendi animas.*

#### ARGUMENTUM II.

41. **L**udovicus Ellies *cit. §. 4.* argumentatur 2. Patres unanimi consensu verba hæc. *Quæcunque ligaveris, seu solveris super terram*, interpretantur de potestate ligandi & solvendi peccata, nunquam de potestate privandi Reges imperio, aut privatis Bonis sibi proprijs.

Responsio ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

42. **L**ibens concesserim, illam *Quæcunque ligandi & solvendi super terram*, potestatem complecti peccata: sed quæstio est: *Utrum tam in externo, quam conscientia foro ardeat ad sola peccata?* Nunquid progredi potest ad excommunicationem, atque adeo ad privationem Communionis fidelium? An igitur hoc Communionis fidelium, cuique Christiano ex Christianitatis caractere competens jus, per auctoritatem Ecclesiasticam solubile, est peccatum? Numquid eadem *solvendi & ligandi Quæcunque in terris potestas*, Ellicesio ipso superius fatente, est legislativa? Num ergo legis ligamen, super quo protenditur ea potestas, est peccatum? Christus equidem *Joann. 20.* eam potestatem, quæ in Apostolis est collata Novæ Legis sacerdotio, ardeat ad peccata duntaxat seu remittenda, seu retinenda. At quæ *Matthæi 18.* est constituta Ecclesiæ virga, in foro etiam externo correctoria, per Christum est concessa *cum potestate ligandi & solvendi quæcunque super terram*. Num igitur istud *Quæcunque, indefinitam & universalem* denotans ejus potestatis spheram, ardeat jam licet ad sola

peccata? An non saltem extendenda censetur ad quidvis morale, quod peccati vel nequitiam, vel periculum manifestum importat? Numquid autem, si Regiæ potestate quispiam Regum abutens, hanc extra spheram suam exorbitare faciat, non equidem ejus Majestatis jura, sed horum abusus, una cum subjecto suo contaminatur peccati malitiâ, per quam indubiè tunc transfertur in spheram illius, *Quæcunque super terram solvendi & ligandi potestatis Apostolicæ?* Numquid subsistentia Regiæ Majestatis intrâ hanc individuum personâ, eâ in perniciem Ecclesiæ abutentem, infert periculum evidens peccati non proprii duntaxat, sed universalis, in cunctos subditos, aliòve fortassis Christianos redundantis? An igitur à Patrum sensu alienum foret, hoc periculum, imò peccata tam enormia, Ecclesiæ publicam ruinam minitantiâ, avertere per solutionem Regiæ potestatis non in se ipsa, utpote ad rectitudinem moralem, societatis civilis moderatricem unice intentâ, sed per solutionem subsistentiæ hujusmodi potestatis intrâ subjectum adeo perversum, & transferens jura Regia extra suos limites, sicque, quoad *moralem* eorumdem in tali persona perseverantiam incidens in spheram Ecclesiasticæ potestatis?

Quod eò clarius evincitur *ex Matthæi 16. cap.* quò manifestioribus verbis Apostolica Petro, ejuisque Successori concessa, ad quæcunque *super terrâ ligandum & solvendum* auctoritas, noscitur connexa cum clavibus Regni cælorum. Quis enim non videt, illud *Quæcunque*, in vi ejusdem cum Regni cælorum clavibus connexionis, denotare spheram, intrâ quam *Quæcunque morale* in regnum cælorum super terram seu *positivè*, seu *privativè*, vel etiam *contrariè* ordinabile, atque adeo ordinis hujus destructivum, subijciatur illi *indefinitè ad ligandum & solvendum super terram* auctoritati? Quis rursus negare auserit, Regiæ potestatis intrâ subjectum, hanc extra suos limites exorbitare, atque jura Ecclesiastica evertere enitens, *moralem* subsistentiam redigi ad statum perniciosissimi ad sanctam Ecclesiam turbandam, fidelesque pervertendos medij? An non igitur Regiæ Majestatis intrâ hoc subjectum subsistentia, eatenus tunc incidit in spheram clavium Regni cælestis, ut harum potestas solvendi prævalere jam possit ad ejuisdem *moralem* in hoc Christianitatis caractere insignito subjecto solutionem, seu peremptionem, unâ cum solutione juramenti fidelitatis & subjectionis per Regis nequitiam translata, ad perimendas animas, & evertendam sacram Religionem, Ecclesiæque unitatem.

§. V.

*In quo examinatur, quomodo verum sit, Ecclesiam in temporalia nullam habere auctoritatem, eò quòd per vim, gladiumque materiale, homines cogere minime possit.*

A.R.

## ARGUMENTUM I.

44. Ludovicus Ellies *præsenti* §. 5. argumentatur 1. Si quæ foret Ecclesiæ in temporalia potestas, dubium nullum est, quin posset temporalem aliquam pœnam, puta mortis supplicium, aut saltem Bonorum privationem infligere, quod ab Adversarijs supponitur, cum inde probent, Reges in pœnam læsæ fidei ab Ecclesiâ regnis privari posse, illorumque subditos à fide & obedientia eximi. Verumenimverò nihil est certius, quam Ecclesiâ non habere illum jus puniendorum noxiorum pœnis & supplicijs corporum, aut etiam bonorum privatione. *Primò*. Quia Christus nullam Ecclesiæ potestatem contulit, præterquam *spiritualem*, nec aliter pertinaces, & Ecclesiæ rebelles ab Ecclesiâ puniri iussit, quam ut habeantur tanquam Ethnici & publicani, hoc est, ut indigni Ecclesiæ communionē declararentur. *Secundò*. Quia idem Christus docuit nos, nihil magis abhorreere ab Evangelij mente, quam dominium & imperium terrorem incutiens. *Tertiò*. Quia Christus Apostolos uti *materiali* gladio prohibuit, etiam ad defendendam religionem, graviter increpans Petrum, qui gladio usus fuerat, *Matthæi* 26. v. 25. *Lucæ* 22. v. 49. *Ioannis* 18. v. 10.

Responsio ac reforsio hujus argumenti confutatoria.

45. In primis sponte admitto, Ecclesiasticam potestatem per se ipsam non habere usum gladii *materialis*. Cujus sequens accipere fundamentum. Nam potestatis Apostolicæ sphaera protenditur equidem super *Quocunque in terris solvendum, aut ligandum*, sed cum expresso ordine ad regnum cælorum, atque adeò sub respectu *moralitatis* in regnum cælorum ordinabilis. Unde fit consequens, potestatis Apostolicæ sphaeram non extendi vel super vitâ, vel super Bonis temporalibus Christianorum, in *Esse physico*, sed sub *moralitate* ordinabilitatis, vel deordinabilitatis in regnum cælorum spectatis, sicque adeò redactis ad lineam & statum supernaturalis *moralitatis*. Sub quo proinde respectu, Christus *locis citatis* eatenus dixit, sufficere Apostolatui duos gladios temporales & spiritualis potestatis; uti Patres in *amersionibus* allegati tradunt, ut nihilominus gladii *materialis* usus per se ipsam exercendus, fuerit Petro prohibitus à Christo jubente, ut gladium hunc mitteret in vaginam, manifesto adeò argumento, isthuc à Christo fuisse agnitum, quòd esset in jure & potestate Apostolicæ autoritatis, quippe cum alioquin abijciendus, non in propriam Apostolicam vaginam recondendus fuisset, si voluisset Christus eum prorsus alienum à jure & potestate Apostolicæ autoritatis. Quare in aperto jam est, ipsius gladii *materialis* respectu humanæ quoque vitæ, non quidem, sub *Esse physico* spectatæ, sed qua in *moralitatis* ad regnum cælorum ordinabilis lineam reductæ, utum esse in jure & potestate Apostolicæ autoritatis, ita tamen, ut per manum Regis, seu Im-

peratoris, non autè Petri Successoris, Ecclesiæ necessitate publicâ exigente, exercendus sit.

Quoad reliqua verò temporalia bona, & jura ultra *Esse physicum*, vel etiam ultra potestatis politicæ, lumini naturali commensurata limites, ad supernaturalis in regnum cælorum ordinabilis *moralitatis* sphaeram traducta, sicque temporalitatem transcendentia; ac spiritualitatis denominationem participantia, rursus dicendum est, ea contineri sub *Quocunque*, per claves regni cælorum ordinabili *super terram moralis, indefinitæ* Apostolicæ ad ligandam & solvendum potestati per Christum subordinato, ut nullibi, perinde ac de gladio temporali, sit Apostolicæ autoritati interdictum, ne per se ipsam ejusmodi jurium, Ecclesiæ necessitate, & delictorum gravitate ita exigente, preemptoria faciat solutionem. Et licet pertinaces & rebelles ab Ecclesiâ puniri eatenus jubeantur, ut in Ethnicorum & publicanorum forte habendi sint, hanc nihilominus pœnam *Matthæi* 18. contexit Christus cum *indefinitæ* Apostolicæ, *Quocunque* ligandi & solvendi potestate, ut proinde hujus autoritati sit à Christo concessa facultas ad jurium etiam Regiorum subsistentiam, in hoc subjecto Ecclesiæ extreme nocivam, atque ut sic intrâ limites *moralitatis*, Ecclesiasticam potestatem circumscribentis, constitutam solvendam, seu *moraliter* perimendam. Et hinc licet potestas Ecclesiastica abhorreat dominium & imperium, terrorem ex affectu erga propriam imperantis utilitatem, incutere natum, attamen illi haudquaquam alienum est, à peccatis Orthodoxæ fidei, ac nocivis Religioni etiam publicæ, abstertere pœnis privationis bonorum, quâ contentorum sphaerâ *moralitatis* in cælorum, Ecclesiæ nempe tam militantis, quam triumphantis regnum, seu *positive*, seu *privative*, seu etiam *contrarie* ordinabilis.

Et hinc pro secundo facile est respondere ad ea, quæ Ellies ulterius objicit: tum quòd *Ecclesia Imperatores, aut Magistratus civiles adire solita sit, ut y, qui suis decretis adversabantur, in exilium eicerentur: legatûrque multis annis nulla civili auctoritate adversus hereticos ac rebelles usa fuisse, quia nullum sperabat ab Imperatoribus, utpote adhuc Ethnicis, auxilium*. Tum quòd, ubi Imperatores ceperunt esse Christiani, sollicitudo & cura proprii Imperij, cuius tranquillitas à Religionis conservatione plerumque pendeat, in causa fuerit, ut heresiarchas & rebelles in exilium mitterent, aut multâ pecuniaria plecterent. Tum quòd non nisi posterioribus Ecclesiæ sæculis, concessa sit Ecclesiæ ab Imperatoribus potestas statuendarum in hereticos, aut peccatores, pœnarum temporalium.

Ad hæc namque universa in promptu est responsio ex *anterioribus*. Tum quòd ijs temporibus, quibus Imperatores Ethnici fuerunt, publicum etiam Ecclesiæ, sub gentilismo adhuc ingemiscentis, Bonum haud permisisset, in quolque licet Christianos peccatores, maximè Principes, ac Reges temporales stringere gladium; potestatis autem Ecclesiasticæ mensura sit publicum Ecclesiæ sanctæ Bonum, animarumque fidelium sollicitudo, temporum iniquitate tunc cohibente etiam districtioris coercitionis



nis pœnas. Tum quòd, ubi Imperatores cœperunt esse Christiani, Romanoque Pontificatui adjecta est temporalis quoque principatûs dominatio, tunc ad hæreticos ac rebelles intrâ Romanâ Ecclesiæ fines temporalibus vitæ ac corporis bonis mulctandos, non opus habebat alieno Imperatoris gladio, sed ex potestatis suæ Pontificiæ autoritate potuit Ministris suis facere mandatum Apostolicum, unâ & Imperatorium, de gladio in Petri vaginam misso educendo, sicq; quibusvis seu vitæ, seu alijs corporalibus pœnis infligendis. At extra finû suorum limites eatenus potuit stringere gladium vaginâ suâ Apostolicâ reconditum, ut hic tamen in executione non per ipsum, sed per Imperatorem, aliûmve politicum Magistratum esset exercendus: quoad reliquas verò materialiter temporales, sed quâ moralitate in Regnum cælorû ordinabili supervestitas, atq; adeò ut sic formaliter spirituales pœnas, integra semper in Romano Pontifice erat potestas, super quocunque in terris morali seu solvendo, seu ligando potestas; uti superius explicatum fuit.

ARGUMENTUM II.

49. **L**udovicus Ellies *cit. S. 5.* argumentatur 2. ex unanimi consensu Patrum docentium, Ecclesiam carere omni gladio materiali, seu potestate civili ad homines cogendos, & puniendos, nec aliud quidquam posse, quàm hortari, monere, & excommunicare eos, qui qui sibi nolunt obedire.

Responsio ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

50. **V**ideamus, quàm impertinenter Elliesius hîc adducat Patrum testimonia. *Primò* igitur Tertullianus, Lactantius, Athanasius, & Hilarius; prout cernere licet ex ipsorum verbis *ibidem* relatis, loquuntur de gladio per vim cogente ad Religionem, seu fidem Christianam amplectendam. Quia verò Ecclesia nullam prorsus habet jurisdictionem erga illos, qui Christianitatis caractere nondum insigniti, minimè subduntur Ecclesiasticæ jurisdictioni, ideirco impertinens est istorum Patrum ad præsens institutum nostrum allegatio.
51. *Secundò.* Canon Apostolicus 26. statuit equidem *deponendum Episcopum, qui fideles delinquentes percussit.* Sed quid hoc ad rem præsentem? Siquidem percussio ejusmodi nullatenus conduceret ad moralitatem regni cælorum ordinatricem, in quibusvis pœnis Ecclesiasticis circa temporalia etiam infligendis, observatu prorsus necessariam.
52. *Tertio.* SS. Gregorius Nazianzenus in *carmine de vita sua. & orat. 1. de Theologia.* & Ambrosius *lib. 7. in Lucam c. 22.* ab ipomet Ellies inducuntur locuti sub hoc sensu, quòd nempe Evangelium non sit per vim promulgatum, nec missi sint Apostoli, ut gladio, aut imperio uterentur ad stabiliendam fidem, sed qui humilitate & patientiâ cunctos ad eam adducerent. Anne igitur hinc concludere fas est, Reges ex Christianitatis caractere jam subje-

ctos Ecclesiæ, ubi huic rebelles evaserint, ac Religionis sacræ devastatores, non posse in ordinem redigi per Apostolicam, *Quocunque in terris, quâ moralitate in regnum cælorum ordinabili supervestitum solvendi, adeoque in foro etiam cæli moraliter ligandi, seu puniendi potestate?*

Sanctus equidem Augustinus *lib. de fide & operib. Cap. 2.* docuit, Ecclesiam posse infligere pœnas degradationis & excommunicationis. Num verò fas fuit Elliesio, ab ista affirmativa ad negativam universalem conclusionem progredi, quòd nullas alias pœnas, quam degradationis & excommunicationis possit Ecclesia infligere?

Dum porrò S. Cyprianus *Epist. 11. lib. 1. ait:* *Nunc, quia circumcisio spiritualis esse ad fideles Dei capit, spirituali gladio superbos & contumaces necari, dum de Ecclesia ejectionur:* num ista extra Ecclesiam rebellium ejectione nequit ulterius erga Reges progredi, quin oporteat, ipsos in continua per autoritatem Regiam malè usurpatam Religionis publicæ infestatione relinquere?

Quia porrò S. Chryostomus *hom. 4. in Isaiam ait:* *Postquam arguisses sacerdos, Rex autem non cessasset, sed arma moveret, clypeis & hastâ, suâque uteretur potentiâ, congruere Sacerdoti, ut dicat: Ego, quod mei erat officij, præstiti, nihil amplius possum, succurre sacerdoti, quod calcatur, leges violantur, fas subvertitur.* Numquid ex hac S. Chryostomi sententiâ evincitur quidem, dum vires adversus Regiam potentiam non suppetunt, nihil ulterius esse tentandum: attamen, si spes sit perfringendi Regis adversus Religionem sacram insurgentis impetus, num abstinere fas erit à sanctæ Ecclesiæ Clavium, ad cuiuscunque super terram solvendi, sicque sub morali in cælorum regnum ordine perimendi, sententiam progredi valentium, publico etiam, atque autoritativo usu?

Quando Gregorius Magnus *lib. 2. Epist. indict. 11. docet:* *Sacerdotum in peccatis officia his tribus comprehendere: Argue, obsecra, increpa,* neque verberibus, aut iupplicijs coercendos esse. Num si præter omnem spem neque argutio, neque obsecratio, neque increpatio verbalis proficiat, dicere fas est, illum Romanum Pontificem suæ quoque Apostolicæ autoritatis virgam coercitivam exclusam voluisse, ne ad excommunicationis usque sententiam procedat, vel ad autoritativam cuiuscunque super terram juris secundum moralitatem in regnum cælorum ordinabilem, seu solvendi, seu ligandi executionem?

Num hæc autoritativa Pontificiæ præeminentiæ potestas, vel ex hoc arctanda videtur, quòd Petrus Damiani *lib. 4. epist. 9. moneat:* *Vt causas Ecclesiasticæ cuiuscunque negotij leges dirimant feri, vel sacerdotalis edita Concilij, ne, quod gerendum est in tribunalibus, vel ex sententiâ debet provenire Pontificum, in nostrum vertatur opprobrium congressione bellorû?* An non potius, quæ prudentiæ ratio ad motus bellorû præcavendos, hîc insinuat, eouisque prævalere debet, ut, dū neque leges fori, neq; sacerdotalis edita Concilij, neque Pontificum seu tribunalia, seu sententiæ adversus proterviam Regis in Ecclesiam rebellis,

rebellis, proficere possunt, Apostolicam ad quodcumque solvendum & ligandum auctoritatem, oporteat stare otiosam?

58. Hinc circa illa universa, uti etiam subsequenter seu Patrum, seu Theologorum testimonia, pro quarto, apprimè notandum venit, quòd ejusmodi sententia eatenus sint circa Ecclesiasticam potestatis prudentialem procedendi modum instructoria, ut singula haudquaquam describant universalem, auctoritatis Apostolicæ sphaeram & potestatem. Vnde Ludovici Ellies argumentationes inde productæ, ex unâ potestatis Ecclesiasticæ parte, per SS. Patres, Doctoresque Theologos affirmatâ procedendo, ad negandam potiorem, extremæ duntaxat necessitati deservientem, Pontificiæ auctoritatis partem, meritò sunt coarguendæ vitij, quod adversus Dialecticos principia committitur, dum ab affirmativa particulari, fit illatio ad particularem, seu magis universalem, negativam.

59. Ad hoc magis ostendendum, discutere adhuc placeat, reliquorû ab Elliesio allegatorum seu Patrum, seu Theologorum sententias. Dum enim S. Anselmus in cap. 26. Matth. dicit: *Materialem gladium carnalibus, spirituales autem ministris spiritualibus dari*; num sub isto spiritali gladio exclusum contendis Ludovico, gladij etiam materialis usum, quâ Ecclesiæ necessarium, a spiritali quoque ministro Christi Vicario demandandum? Audi hæc super re Divum Bernardum, qui, uti lib. 2. Considerat. cap. 6. Summi Pontificis potestatem, ait, non equidem esse in possessionibus, sed in criminibus, sic libro 4. cap. 3. alioquitur Papam: *Quid tu denudò usurpare gladium tentas, quem jussus es ponere in vaginam? Quem tamen, qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere Verbum Domini dicentis: Convertere gladium tuum in vaginam: tuus ergo, & ipse tuo forsitan nutu, non tuâ manu evaginandus, alioquin, si nullo modo ad te pertineret, dicentibus Apostolis: Ecce duo gladij hic; non respondisset Dominus: Satis est; sed minus est. &c.*

60. Dum porrò Hugo à S. Victore de Sacram. sacri lib. 2. p. 2. cap. 7. scripsit: *Spiritualem potestatem non ideo præsidere, ut terrena in suo jure præjudicium faciat. Num cæcus es, nē videas, potestatis spiritalis agnosci præminentiam, ut terrena præsideat? Num verò terrena potestatis jus protendi valet ad eum perverlum usum, quo Pontificiæ majestatis, Ecclesiæque sanctæ jura infringere conetur? Num ergo, si non jam intrâ jus suum se continens potestas Regia, sed sphaeram terrenâ Deo instituti Principatûs limites excedens, adversus Ecclesiam iniurgat, potestas spiritalis eidem præsidens, se ipsam, Ecclesiæque sanctæ jura vindicare prohibeatur?*

61. Quando insuper Alexander Alensis p. 3. q. 40. m. 5. recitans illa Hugonis verba, superaddit: *Regnum esse, exercere penam corporalem, sacerdotum verò spirituales. Num inferre fas est, spiritalium, quam in pœnis inferendis attendit sacerdotalis potestas, ita coarctari, ne diffundatur super corporalia, ut falsitatis coargui debeat. quod idem Alensis cit. p. 3. Sum. q. 40. membro 1. scribit: *Spirituales potestatis esse, insisterè terrena potestatem, ut sit, eâque, si**

*bona non fuerit, judicare, juxta illud Divinum oraculum, quod dicitur: Spirituales judicare omnia?*

Quando denique Thomas Waldensis doct. 62. *trin. antiquæ lib. 2. art. 3. c. 78. duas ponit potestates primas, ita, ut neutra ab altera secundum originem pendeat, hæc tamen (nempe terrena) sit illi (scilicet Ecclesiasticæ) subjecta secundum perfectionis simplicis dignitatem, rejecto etiam, quod aliqui dicebant: Radicem potestatis terrenæ in tantum dependere à Papa, ut ex commissione ejus derivetur in Principem, & Principe deviante, posse Summum Sacerdotem temporale administrare negotium. Num aliud per hæc verba intendit Thomas Waldensis, quam ipsemet Ellies explicaverit: adituendo ibidem distinctionem inter potestatem, & eum, qui potestate utitur, ita ut terreni Reges subdantur quidem potestati Ecclesiæ, licet illorum potestas tunc non subdatur, nec a sacerdotibus exerceri possit? Numquid ergo hæc potestatis contra ejusdem subjectum distinctio, eò collimat, ut & origo & limites potestatis Regiæ sint per naturale super nos signatum lumen, eatenus ex Deo constituti, ne, quamdiu intrâ sphaeram consistit, quicquam contra eam possit auctoritas Ecclesiastica? Num verò hinc inferre fas est, quòd abusus potestatis Regiæ ultra ejusdem sphaeram exorbitans, reduci valeat in ipsissimâ eam potestatem, vel potius in subjectum, cui inest, nequitiam & perversitatem? Num igitur ista in subjectum unicè reducibilis perversitas, si adversus ipsam unicè Ecclesiam, ejusque jura iniurgat, non est calliganda ab eo, cui, ipsomet Ellies fatente, subjectus est, qui terrena dotata est potestate. Quòd si proinde potestas terrena non jam in se ipsa, quatenus est à Deo, sed ejusdem in hoc subjecto subsistentia, moralitate adversus regni cælorum ordinem perquam enormiter pugnantem, per Regiæ potestatis abulum affecta, inceperit esse intrâ sphaeram Ecclesiasticæ, super quocumque in regnum cælorum seu ordinabili, seu deordinabili potentæ auctoritatis, numquid hæc ejus potestatis terrena in hoc subjecto subsistentiam, qua Ecclesiæ nocivam solvere, sicque moraliter perimere, eatenus prævalebit, ut solutio ejusmodi sit etiam in cælis rata habenda?*

## S. VI.

*Continens Summarium Ecclesiæ Doctorum ac Patrum, Theologorumque, vel etiam remissivè saltem Summarium Pontificum, Patrum super Reges auctoritatem adstruentium.*

63. **Q**UANTUM ad Summos Pontifices, remittimus Lectorem ad ea, quæ precedenti cap. 2. per singulos ferè SS. exempla supremæ Pontificiæ potestatis, adversus Reges & Imperatores ad depositionem usque progressæ, tum ex Historicis, tum ex SS. Canonibus, tum ex Conciliaribus sanctionibus proferebamus. Quibus, remissivè tamen, superaddimus testimonia S. Gregorij Magni lib. 11. Epist. 10. S. Bernardi ubi supra. S. Thomæ q. 12. art. 2. Divi Bonaventuræ lib. de Eccles. hierarch. par. 2. cap. 1. item in 4. dist. 27. S. Antonini 3. par. Sum-

<sup>ex pag. 99. 100. 101. 110. 111. ac seq.</sup> *ma tit. 22. cap. 5. §. 13. B. Augustini Triumphis de S. Victore lib. 2. in sacram. par. 2. cap. 4. Umberti Viennensis serm. 70. Henrici à Gandavo Quodlib. 6. q. 23. pag. 244. Petri Paludani in 3. Sent. dist. 40. q. 2. concl. 4. Hervæi Natalis in tract. de origine jurisdictionis, Ioannis de Parisijs cap. 14. Ioannis Gerfonij Cancellarij Parisiensis tract. de potest. Eccles. considerat. 12. Ioannis Almaini Parisiensis tract. de potest. Eccles. & laica cap. 9. Ioannis Majoris in 4. Sent. dist. 24. cum pluribus alijs seu Jurisprudentiæ, seu sacræ Theologiæ Doctoribus.*

64. Quibus hunc in modum relatis, sequentia duximus hic superaddenda. Primò disquirendo. Cur non Antiquiorum etiã Patrum sententia allegentur ad probandam Pontificiæ supra Reges potestatis extensionem? At quãdiu, & ubi prædominabatur Ethnicismus, vel quævis Ecclesiæ Romanæ tyrannica oppressio, sub quibus Ecclesiastica potestas latere potius, quàm in publicum prodire per ejusmodi solennes actus compellebatur, importunissimum fuisset, ut à Patribus illorum antiquiorum temporum de hoc supra Reges Pontificiæ potestatis puncto manifestè scriberetur, sed sufficiebat, tueri Apostolicam super *Quocunque in terris Morali*, seu solvendo, seu ligando protensam auctoritatem, sub quã jam continebatur ipsissima illa potestas, prout edocentur ex ijs principijs, quæ à nobis tradita sunt in *Inextimata Concilij Tridentini Veritate tract. proœmiali q. 5. per totum. & tract. 6. ejusdem sacræ Synodi sed. 6. per totam.* Ubi verò benigniora affulserunt tempora, quibus Clavibus Apostolicis expeditam erat facultas, per quævis seu decretorum, seu processuum judicialium, vel etiam Synodalium genera procedendi adversus Ecclesiæ sanctæ rebelles, ipsosmet etiã Reges & Imperatores, sibi quoad omnem in regnum cælorum ordinabilitatem, vel ab hoc deordinabilitatem ad fori sui iudicium deduci aptam subiectos. Exinde quæstionis illius punctum accuratè discussum fuit tum ab ipsismet Summis Pontificibus, prout sacri Canones ostendunt, tum à sacrosanctis Generalibus etiam Concilijs, uti variæ Synodales sanctiones in *quarta præsertim Disquisit.* adductæ probant, tum in scholis à præcipuis sanctæ Ecclesiæ Doctoribus Theologis, quorum aliquos cum suis sententijs hic compendiosè rememorari placuit, ad videndum, quibus nixi fuissent sacræ Scripturæ fundamentis.

65. Pro secundo igitur, si expendantur sancti Antonini verba, quæ loco superius citato habentur, unã cum Divi Thomæ in *Opus. 20. de regimine Principum cap. 19.* prolata sententiã, manifestè hinc elucet, quòd Papæ jus sit tum super ipso etiam Imperatore confirmando, vel per hæreditariam successione designando, ac etiam deponendo, tum super potestate eligendi Regem Romanorum alijs conferendã, nec non dignitate isthac Electorali, Principibus Germaniæ concessã revocandã, quantum bonus status Ecclesiæ Universalis, seu populi Christiani pax id requireret. Quod Summi Pontificis jus deducitur in hoc

principium, quòd nempe dignitatem Imperatoriam pro Occidente Græcis adeptam, Papa eatenus vendicavit Sedi Apostolicæ, ut semper adhuc radicaliter penes istam subsistat, tamen eam primitus secundum hæreditariam successione in Caroli Magni stirpem masculinam, postea verò secundum liberam electionem, in Nationem Germanicam transfulerit. Hæc verò Imperatoriæ super Occidente potestatis in Carolum Magnum, indeque in Germanos translatio, per dictos sanctos Doctores ulterius reducitur in istud principium: tum quòd Papa tanquam Christi Vicarius habeat plenitudinem potestatis pro Bono statu Universalis Ecclesiæ: tum quòd, cum Papa Dei vices agat, *consequenter* Imperator sit illius minister: sit autem Principalis agentis, eligere ministros & instrumenta ad finem suum idonea. Unde, quia Papæ est, universos fideles in præsentia Ecclesiæ ordinare ad pacem, ac spiritualem finem, sit consequens; posse exigente causã justã & rationabili, per seipsum eligere Imperatorem, aut propter populi & pacis providentiam, aut propter coercendam hæreticorum, & paganorum audaciam, atque potentiam.

Pro tertio, Divus Bonaventura *supra allegatus* <sup>66.</sup> *lentenitæ suæ rationem* reducit ad hoc principium, quòd dignitas Clericalis in sua radice penitus spiritualis, meritò dicenda sit consona ordini Dominationis, ita illuminantis inferiores Angelicos Ordines, ut ab illis vicissim non illuminetur. Unde infert hic Seraphicus Doctor, quòd, sicut spiritus dignitate & officio præcellit corpus, sic potestas spiritualis dignior sit, quàm sæcularis, sortiaturque nomen Dominationis, atque adeò Regalis potestas subjacet auctoritati ipsi spirituali, proptereaque in 1. *Canonica Petri Sacerdotium* dicitur *Regale.*

Pro quarto denique, ex locis superius citatis constare potest, à Petro Blessensi eatenus in Summo Pontifice reponi gladium Petri, ut hic sit etiam super regna, præjudicetque gladio Imperatoris, in vi cujus Sedes Apostolica super ipsos quoque Imperatores teneat imperium; uti etiam S. Petrus Cluniacensis habet. Unde Divus Bernardus infert, ipsius etiam Imperatoris gladium *materialem* subesse Ecclesiasticæ auctoritati, quatenus Summus Sacerdos propriã manu suam *Spiritualem* gladium, suo tamen nutu, ac imperio illum Imperatorum gladium exercere, ac exercere valeat. Ex vi cujus adeò super eminentis spiritualis auctoritatis, posse Summum Pontificem instituire, ut sit, & judicare potestatem terrenam, tradunt Hugo à S. Victore, & Alensis ubi *supra allegati.* Et hinc Henricus Gandavensis, & Augustinus Triumphus *ibidem* relati probant, Summum Pontificem esse talem Hierarcham, ut iudicet non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, quã spiritualitatis scilicet formalitate affectis. Quam proinde Papæ auctoritatem idem Gandavensis reducit in Claves Petro, ejusque Successori à Christo traditas, & duos eidem commissos gladios, sic ut regnum universalis Ecclesiæ

tam in spiritualibus, quam in temporalibus ad ipsum pertinet, cui Christus juxta *Cap. Omnes. dist. 22.* junctâ Gloſſâ *ibi.* terreni simul & celeſtis imperij poteſtatem per duas claves commiſit cum duplici, ſpiritali ſcilicet ac temporaligladio. De quo ulteriores adhuc Gallicanæ etiam Eccleſiæ Doctores conſulere licet noſtri in hanc rem operis *pag. 114. à n. 92.*

## Caput IV.

In quo examinatur, quomodo Civilis poteſtas de ſe, & ex naturâ ſuâ ſit independens à ſpiritali?

**A**Dveritatis centrum hâc in re attingendû optarem, ut præ oculis ſemper haberetur diſtinctio inter Regiam poteſtatem, quâ lumen naturali concreatam, ejuſque intrâ hoc individuum, ſeu iſthanc perſonam ſubſiſtentiam, nec non politici regiminis *attuale* exercitium. Iuxta quam proinde, diſtinctionem ſubſequentis *paragaphi* titulum, ſub hac normâ proponendum dexi.

## S. I.

*Quomodo verificetur, poteſtatem Regiam eſſe immediatè à Deo, & ab illius ſolius poteſtate pendere.*

## ARGUMENTUM I.

**L**udovicus Ellies *citata ſua ſeptima Diſſertationis cap. 2. §. 1.* argumentatur 1. Cùm homines omnes à naturâ ſint ad ſocietatem deſtinati, quæ ſine poteſtate & auctoritate ſtare nequit, neceſſe fuit, ut Deus, qui rerum omnium eſt Dominus, Societati in hominum bona & corpora poteſtatem commiſerit: nam ſi Deus nulli poteſtatem hanc contuliſſet, homines in pace & tranquillitate degere, foret impoſſibile, quippe ſi nulla eſſet in terris condendarum legum auctoritas, ſi nulla poteſtas, quâ poſſent homines ad illarum obſervationem cogi, ſi impunè liceret omnibus, ſe ſe mutuo interficere, boniſque ſpoliare, quomodo poſſet nomen Societatis obtinere hominum inter ſe coeuntium inordinata multitudo, confuſa turba, ubi nemo audit neminem, uti eleganter id proſequitur S. Chryſoſtomus *hom. de ſtatuis.* Cùm ergo ſolus Deus vitæ, bonorumque noſtrorum ſit Dominus, neceſſe eſt, ut poteſtatis hujus partem contulerit ijs, qui Societates Civiles regunt, ac proinde ſive Reges, ſive Magiſtratus, ſive Principes, ſive populus univerſus poteſtatem illam exerceant, neceſſe eſt, eam à Deo, qui ſolus illam hominibus concedere poteſt, in ipſos immediatè derivari.

Reſponſio ac retorſio hujus argumenti retutatoria.

**N**Unquid ex primavâ rerum ſublunariû *Geneſis 1.* deſcriptâ creatione, manifeſtè conſtat Deum univerſo humano generi in Adamo

contuliſſe Dominium terræ cum piſcibus maris, volatilibus cæli, & cunctis animantibus ſuper terram, unaque cum herbis & lignis, arboriſque univerſis. Hoc igitur Dominium univerſale à Deo *immediatè* collatum toti humano generi, num dicere fas eſt, poſt diſtinctionem rerum, eſſe ſingulis æquè *immediatè* à Deo communicatum? Nemo, qui modicâ etiam Juris peritiâ eſt intinctus, non diſtinguet inter primam erga univerſum ſublunarem mundum Dominij, toti humano generi Divinitus factam collationem, atque Dominiorum in ſingulos homines poſteâ ſubſecutam diſtinctionem, ita ut illam diſtincturæ equidem ſit, eſſe *immediatè* à Deo, non verò Dominij erga ſingularia Bona ſingulis hominibus appropriatam poſſeſſionem. Quo præſuppoſito, ſicuti abſurdiſſima cunctis appareret concluſio illa, quâ inferretur ex eo, quodd Dominium in res ſublunares univerſas, ſit *immediatè* à Deo collatum humano generi, nihil jam ulli humanæ poteſtati eſſe Juris ſupra ejuſmodi, quâ ſingulis hominibus appropriatas poſſeſſiones, ad eas ex juſtitia & æquitatis ratione ab uno in alterum transferendas. Sic pro *primo*, proſectò noſceretur abſurditas eſſe in illâ concluſione, per quam ex eo, quodd poteſtas Regia per inſtitum Naturæ lumen ſit univerſitati humani generis Divinitus conceſſa, fieret illatio, nullam jam inter homines reperiri poſſe auctoritatem ſupra Regiæ poteſtatis, non primavam equidem originem, ſeu *intrinſecam*, ac eſſentialem ipſius conditionem, ſed *ſubjectivam* ejuſdem ad hoc individuum ſuppoſitum, applicationem, & appropriationem, quantumvis ſupernaturalis quoque ſtatûs, ſeu Eccleſiæ ratio religioſa exigeret Regiæ ejuſmodi poteſtatis perpetuam collocatâ tranſmutationem.

Ad cujus proinde majorem elucidationem pro *ſecundo* placet hunc in modum ratiocinari. Jurisdictionem equidem politicam & Civilem Divinitus eſſe *immediatè* conceſſam Communitati, atque ex hujus voluntariâ translatione derivatam eſſe in Principem aliquem, ſeu Imperatorem, ſeu Regem, eruitur *ex lege 1. ff. De conſtitutionibus Principum. & lege 5. §. ex pag. 78. n. 37.* *Noviſſimè. ff. De orig. Juris.* Ex quo namque homo per naturam ſuam noſcitur eſſe animal ſociale ac politicum, lumine naturæ æquè notum eſſe debuit, oportere, inter homines ſubſiſtere politicum quodpiam regimen, non juſtitia duntaxat inter privatos, ſed Boni quoque publici moderativum, conciviumque in unum corpus politicum coadunatorum ordinativum ad Commune Civitatis, ſeu Reipublicæ Bonum. In cujuſmodi adeo regimine politico, oportuit, ſtatui ſupremam quampiam poteſtatem, cujus decretis univerſi acquieſcere deberent, ut ſic publica pax & tranquillitas conſervari valeret. At ſicuti *jure nature* haudquaquam fuit determinata ſphæra cujuſque ſeu nationis, ſeu Religionis ac Provinciæ, ſeu Civitatis, alteriſque Communitatis, ſed illa eſt conſtituta per liberâ hominum conventionem in diverſa climata ac terras ſponte ſuâ ſe ſe dividendum; ſic neque *Jure Nature* fuit determinatum, an in uno, vel pluribus, vel etiam

in totâ, per consensum hominum in unam seu Nationum, seu Provinciarum, aliudve politicum Regimen liberè se condunatum communitate, subsisteret illa, per jus naturæ ab ipso met Deo *immediatè* constituta suprema gubernativa potestas. Et hinc *jure naturæ* haud subsistit definitum, quod vel in hac, vel illa Natione sit Monarchicum potius, quam Aristocraticum, vel etiam Democraticum regimen. Multò minùs *Jure naturæ* potest esse definitum jus hæreditarium politici regiminis intrâ certam aliquam stirpem propagandi, sicque magis remotum est à *jure naturæ*, ac si hoc determinasset individuas, politico Regimini præficiendas personas: sed hæc univèrsâ pendent ex constitutione hominum.

4. Hinc pro tertio licet, hunc in modum argumentando, ulteriùs progredi. Quandoquidem Regia, seu politica potestas, secundum se *formaliter* sit *Juris Divini*, ejus tamen collatio varijs ab hominum placito dependentibus affecta conditionibus, subjecta sit humanis ordinationibus & constitutionibus: quandoquidem etiam Jus Regiæ, seu supremæ politicæ potestatis, non in *actu signato*, & quasi in abstracto, in se *formaliter* constitens, ut sic luminis naturalis necessario *Jure* constitutum, sed *concretè* & *subjectivè* spectatum, quâ pro isto seu Climate, seu Natione, seu Provinciâ contractatum, & quâ huic præcisè stirpi *jure hæreditario* comunicatum, vel quâ *Jure Electivo* sub hac, vel illâ normâ, modoque regiminis uni, vel pluribus destinandum, sicque adeo, quâ huic individuo supposito applicatum, seu applicabile, sit dependens ex hominum ordinationibus. Idcirco emergit hinc quæstio; *An Regiæ potestatis collatio facienda homini Christianitatis caractere insignito, sicque Ecclesiastica potestati subjecta, & ab hominum, vi characteris in Baptismate accepti, Ecclesiæ sanctæ æquè subordinatorum dispositione dependens, dicenda sit expers moralitatis in Regnum Cælorum ordinabilis?*

5. Cujus quæstio pro quarto, accipe sequentem resolutionem. Nullus profectò vel Rex, vel populus Christianus, Regiæ gubernationis seu *activè*, seu *passivè* confors, ullam in se *moralitatem* patietur, ut expers esse debeat illius ad Regnum Cælorum ordinabilitatis, vel certè, si ejusmodi ordinabilitatem à se tenet, suisque, publici etiam regiminis actibus, exclusam velit, certa & indubitata in ipso stabit *sux moralitatis* à Regno Cælorum deordinatio, quæ & ipsa subijcitur Ecclesiæ clavibus. Jactò igitur hoc indubitato fundamento, quod Regiæ potestatis collatio, tū quâ in certum individuum suppositum derivata, tum quâ ex hominum ordinationibus *Originariè* profluens, sit *Moralitatis* in Regnum cælorum ordinabilis capax & particeps, oportet, hoci ipso talem collationem utrovis illo modo, *Activè* scilicet, ac *Effectivè*, sive etiam *Passivè* ac *subjectivè* spectatam, contineri sub illo *Quocunque super terram Morali*, super quo Christus Ecclesiæ in suo Capite, Summo Pontifice, vel universali Concilio representatæ, concessit *indefinitam ligandi & solvendi potestatem*.

Ludovicus Ellies *disto §. 1.* argumentatur 21. Generale, Divo Augustino *lib. 3. confess. cap. 8.* teste, ipso naturali lumine norum est *Societatis humanæ pactum*, ut subditi obediant Regibus suis. Paulo *Rom. 13. v. 1.* præcipiente, ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo &c. Dei enim minister est, non sine causâ gladium portans. Cui concinit B. Petrus *epist. 1. cap. 2. v. 13.* *Subjetti*, inquit, *estote omni creaturæ propter Deum, sive Regi quasi præcellentis, sive Ducibus tanquam ab eo missis.* Consonat etiam Sapientiæ liber *cap. 6. v. 4. & 5.* *Data est*, inquit, *à Domino potestas vobis Regibus, & virtus ab Altissimo.*

Nositur præterea in Testamento Veteri Saul esse constitutus Rex à solo Deo. *Ex 1. Reg. cap. 10.* Et hinc David non præsumpsit in Saullem, tyrannum licet, mittere manum suam, quia *Christus Domini erat*, *Ex cit. lib. 1. Regum cap. 24. & cap. 26.* Quemadmodum igitur Reges, Patribus quoque ab Ellies hinc adductis concorditer consentientibus, à Deo, vel etiam à solo Deo sunt constituti, sic non nisi à Deo deponi possunt.

#### Responsio ac retorsio hujus argumenti.

Antequam *directè* respondeam, placuit pro *primo* sequentem facere conquisitionem. Nunquid virtus ignis cum eisdem substantiâ, est à solo Deo primitus creata? An ergo hinc concludere licet, non posse nisi à solo Deo extingui, & non potius ab ipso met quoque Deo esse creatam virtutem aquæ, potentem extinguere ignem cum omni virtute suâ? Hæc equidem reciproca destructiva virtus, in igne & aquâ subsistit ex contrarijs qualitibus, neque verò inter potestatem Pontificiam & Regiam magis potest esse contrarietas, quàm inter lumen naturale & supernaturale, quod posterius est prioris perfectivum, nullatenus verò destructivum, quamvis illud non egreditur sphaeram suam, sicque adeo quæcumque lumini naturali commensurata æquitatis & honestatis ratio, apta quidem est à lumine supernaturali evehî ad supernaturalitatis, in Regnum Cælorum ordinabilis *moralitatem*; attamen nullâ potest etiam Pontificiâ in terris potestate cohiberi Regia potestas, quin valeat quæcumque ipsius sive lex, sive alterius generis circa regimen Politicum ordinatio, quamdiu intrâ suos luminis naturalis, eique congenitæ æquitatis & justitiæ limites se continet. At ubi extra hanc sphaeram, aliqua in Regibus contingit exorbitantia, dum *moralementem* saltem cum lumine naturali oppositionem præ se fert, mox incipit esse contraria lumini quoque supernaturali, atque cum hoc commensurata *moralitatis*. Quod si ergo adversus talem exorbitantiam, dum præsertim in publicam etiam Ecclesiæ perniciem emergit, Pontificia, supernaturali lumini coartata auctoritas insurgit, nullatenus est contraria Regiæ potestati, secundum sphaeræ Divinitus constitutæ *mirin/itos limites*



rale solvendum, vel ligandum protensæ, Divinitus constitutæ authoritati.

§. II.

*An Reges à nemine, præterquam Deo, temporali pœnâ plecti, nec ad eò deponi possint?*

ARGUMENTUM I.

11. Ludovicus Ellies hîc argumentatur 1. Nul-la major, inquit, pœna Regibus potest inferri, quàm si Regnis suis spolièntur. Quare si Reges peccantes possent ab Ecclesiâ directè, vel indirectè deponi, necesse foret, pro falsis habere illa Patrum testimonia, quæ peccata Regum & Imperatorum solius Dei iudicio, examini, & correctioni quoad materialem, sive temporalem pœnam, reservata esse docent, iudicioque humano subjacere negant, quemadmodùm hoc sensu plerique Patrum magno numero *ibidem* ab Elliesio allegati, interpretantur hæc Davidis verba *Psal. 50. Tibi soli peccavi.*

Responsio ac retorsio hujus argumenti confutatoria.

12. Priusquàm directè respondeam, pro primo revoco in memoriam Elliesij, quod *præs. disert. 7. cap. 3. §. 3. de Chiderici Galliarum Regis depositione post medium* prætendebat, Childericum non à Pontifice Romano, sed tantùm ex ejus consilio à Francis universis depositum fuisse, & ab ipsè Pipinum, secundùm antiquæ Galliarum morem, esse proclamatum Regem, & collocatum in Solio. Quæ proinde Elliesij præsentio quomodo coherere potest cum ejusdem *præs. §. 1. traditâ, & præs. §. 2. repetitâ* assertionè, sicuti solus Deus Reges constituit, ita solum Deum posse Regnum adimere ipsis, utpotè solius Dei iudicio quoad temporalia, & consequenter quoad materiales ac temporales pœnas, subjectis.
13. Reges equidem si agant contra leges Civiles, à semet seu latis, seu comprobatis, quibus quoad vim duntaxat *Directivam*, non verò *Coactivam* sunt obstricti, imò attentâ Juris etiam naturalis præcisâ transgressione, nullum adhuc ex hoc præcisivo titulo extat fundamentum, cujus respectu subjaceant potestati Ecclesiasticæ. Quinimò in Lege eum Veteri, Juris Divini positivè habitâ ratione, ejus in Rege transgressio haud subijcebatur Aaronici seu Mosaiici Sacerdotij iudicio, ut proinde ex illo triplici tum *legis ab ipso Rege latae, tum Juris naturalis sub præcisâ naturæ principij considerati, tum positivè Legis Antiquæ Juris fundamento, Rex David meritò fuerit uni Deo per hæc verba confessus: Tibi soli peccavi; idque pro Foro tam conscientiæ, in quo sola contritio perfecta erat reconciliationis cum Deo remedium, quàm publici exterioris iudicij, in quo nullus erat iudex Rege superior, qui nedum pœnis temporalibus, sed ne spiritualibus quidem posset adversus ipsum iudicialiter procedere.*

Verùm quis Catholicorum in Novo Fœdere negare jam ausit, pro conscientia foro Reges subjacere Sacramentali penitentia Tribunali quoad universa peccata sua, quæ non tantùm suis proprijs legibus, vel etiam præcisivo Iuri naturali adversantia, sed quæ affecta Moralitibus cum aternæ salutis sine pugnantis? Quis præterea negare ausit, talia peccata subijci externi etiam Fori Clavibus Ecclesiasticis, super quocunque seu ligando, seu solvendo per Christum protensæ? Quis iterum negare ausit, istud Clavibus Ecclesiasticis in foro etiam Externo subjectum Quocunque, completi non culpæ duntaxat reatus, quæ Regni calorum ordinem turbantes, adeoque Iudiciariæ Ecclesiasticæ authoritati subordinatos, sed pœnas insuper hisce reatibus tum expiandis, tum efficaciter evitandis proportionatas? Quis proinde rursus negare ausit, si Regia intra nequissimam peccati Radicem consistens, & pervertsa usurpatio, adversus Ecclesiam Dei insurgens, gravissimis adversus Deum injurijs, se ipsam commaculet, inter illa Quocunque in Regnum Dei ordinabilia Moralia, aptissimum ad tam enormes Divinorum lutium contaminationes tollendas, remedium fore ex Regia authoritatis tam perperam usurpatæ solutione, Regisque adeò tantarum enormitatum Radicis depositione?

Quo proinde præsupposito, pro secundo ex præinclinatis fundamentis pergo hunc in modum ratiocinari. Nempe Elliesius ipse fatetur, Statibus Regni Fancici fuisse jus deponendi Regem Childericum, alterumque, Pipinum scilicet, sufficiens, non aliâ ex ratione, nisi propter publici Regiminis, quæ Regni ejusdem Bonum Commune spectantis necessitatem. Quod si ergo Rex quispiam per sui regiminis Ecclesiam sanctam enormiter turbans, ac extreme infestantis nequitijs, multimodos contrahat reatus Morales, cum Regni calorum ordine extreme pugnantes, imò hunc evertentes, Ecclesiasticæque proinde authoritatis Clavibus indubitanter obnoxios, num minus erit potestatis in Ecclesiâ ad, eos non coercendos duntaxat, sed etiam ad solvendam tantorum malorum radicem, nempe Regiæ Majestatis subsistentiam, intra personam tantis reatibus, absque ulla correctionis spe, contumaciter obvolutam, è medio fidelium tollendam, eò vel maxime, quod ex ipsissimo ejusmodi moralitatis cum Regni calorum debito ordine, excessivè pugnantis titulo, Regiæ præminentia in isthoc Christiano homine subsistentia meritò sit tunc computanda inter illa, quæ Christus indefinitè Clavium Ecclesiasticarum solvendi & ligandi authoritati voluit esse subiecta?

ARGUMENTUM II.

Ludovicus Ellies *cit. §. 2.* argumentatur 2. Meritò reprobandum sibi videri, quod nonnulli statuunt discrimen inter Veteris & Novi Testamenti Sacerdotium, quasi illud nihil authoritatis Temporalis habuerit in Reges, bene

bene tamen istud: quippe cum SS. Patres ex illis Davidis verbis non tantum concludant, Reges Israel non fuisse Sacerdotibus Judaicis subditos, sed universim Reges nulli nisi Deo subiectos esse: quod & ipsum sonat Scripturae locus, dum enim dicit David, se soli Deo peccare, satis indicat, Regalem potestatem in causa esse, ut à solo Deo pendeat; non autem sacerdotij Judaici imperfectiorem. Addit ille Author, puerile sanè commentum esse, nullà indignum refutatione, quod nonnulli nugantur, rationem discriminis inter Vetus ac Novum Testamentum hanc esse, quod in Antiquo Fœdere Regnum Sacerdotale esset, in Novo verò sacerdotium Regale, juxta illud B. Petri: *Vos autem estis Regale Sacerdotium.*

Responsio ac retorsio hujus argumenti confutatoria.

17. **P**rimò. Patres argumentando ex Psalmico illo Davidis versu, dicentis ad Deum, *Tibi soli peccavi*; Regem hunc utique non ab alià Divinitus constitutà potestate exemptum probare nituntur, quàm ab illà, quæ vigebat in Antiquo Testamento. At in hoc erat Regia, Divinà ordinatione constituta potestas, à cuius tamen legibus quoad vim *coactivam*, non verò *directivam*, Rex David exemptus dicitur à D. Thomà, per ipsum Elliesium hinc allegato. Hæc ipsissima verò Regis Davidis erga suam potestatis Regiæ Leges, quoad vim *directivam* subiectio & obligatio, non tam erat in vi harum legum, quàm in vi legis naturalis, per quod tenebatur Rex, ceu Caput Republicæ, cum reliquis hujus membris se conformare. Unde etiam efficitur, quidquid obligationis in eo Rege fuerat erga Jus quodcumque naturale, oblituisse Davidem respectu hominum quoad vim præcisè *directivam*, quoad vim verò *coactivam*, respectu solius Dei, involvisse aliquam subiectiorem. Ultra hanc igitur respectu legis naturalis (quoad vim intuitu Dei etiam *coactivam*, respectu verò propriarum suarum legum quoad vim præcisè *directivam*, nullatenus vero intuitu hominum *coactivam*) Regis illius subiectiorem, nullius pro Veteri Testamento, ulterioris erga sacerdotium subiectiorem, in Rege extiterat fundamentum. quippe cum sacerdotio isti fuerit equidem Divinitus impertita authoritas declarandi dubia, si quæ in judicijs publicis occurrissent circa judicij veritatem. At neque pro *Conscientiæ* foro, uti *superius* dictum, tunc locus erat in sacerdotibus, à peccatis à solvendi potestas, sicque ad eodè David pro isto etiam foro rectè dicere poterat: *Tibi Deo soli peccavi.* Neque in eo æquè, ac in Novo Fœdere erat sacerdotio seu Pontificatui virga cujuscunque Fratrum peccati coercitiva, conjuncta cum potestate *indefinita*, ad *quodcumque in terris Morale* aut solvendum, aut ligandum. Quandoquidem igitur Patrum ex illo Davidico versu, *Tibi soli peccavi*, petita argumentatio, in suo antecedente non potuerit Regis ab ulteriori, hominibus communitatè potestate, quàm ab ea, quæ in Veteri Testamento locum habebat, exemptionem pro conclu-

sionis inde inferendæ principio statuerè; quomodo fas erit, Patres illos tam ineptè coarguere consequentiæ, ac si in conclusione plus intendissent inferre, quàm positum erat in antecedente, ut scilicet statuere vellent Regis in Novo Testamento exemptionem, non tantum à politica per homines exercenda erga quascunque etiam Naturalium, ac Divinorum Jurium transgressiones autoritate coercitivà, sed etiam exclusam vellent Regum erga Claves Ecclesiæ Christianæ subiectiorem, tum pro foro *Conscientiæ* in ordine ad Sacramentalem Sacerdotij absolutionem, tum pro foro *externo*, in ordine ad Ecclesiæ virgam coercitivam, *indefinita*, *Quodcumque super terram Morale* solvendi, aut ligandi potestate munita?

Sed quæ modestiæ ratio pro secundo, locum haberet in Elliesio, si puerilitatis coarguere vellet, quod Divus Bonaventura lib. de *Ecclesiastica Hierarchy* par. 2. cap. 1. probaverat. Hic nempe Seraphicus Universitatis Parisiensis alumnus, post principia in anterioribus relatà, *ibidem* sequentem faciebat conclusionem, quod nempe Regalis potestas in Novo Fœdere subiaceat potestati & authoritati spirituali, conformiter *prima Canonica Petri epistole*, in qua ita habetur: *Vos estis gens sancta, & Regale sacerdotium.* Unde inferbat is S. Doctor, temporale regnum velut quoddam adjectum, subiacere sacerdotio in Novo Testamento, quamvis in Veteri Testamento sacerdotium subsuerit Regno, juxta illud Exodi: *Elegi vos in populum peculiarem, in sacerdotale Regnum;* siquidem Regnum in hoc sacro textu ponatur *substantivè*, Sacerdotium verò *adjectivè*, secus ac fit in Novo Fœdere, ubi Sacerdotium *substantivè*; Regnum verò *adjectivè* ponitur.

Ex quo proinde in sacris Litteris fundatò, nec adeò puerili, Veteris ac Novi Testamenti discrimine, secundum eundem Seraphicum Theologum, pro *tertio* conficitur; quod Reges in Antiquo Testamento potuerint amovere sacerdotes Summos ab officio, sicut Salomon amovit Abiathar 3. Reg. 2. e contra verò in Novo Testamento sacerdotes & Pontifices possint amovere Reges, & deponere Imperatores, sicut sæpius accidit, quando eorum malitia id exigebat, & Republicæ necessitas sic requirebat.

Quam ad eodè Seraphici Doctoris illationem reducendo ad principium tum id, quod ab ipso met prius supponebatur, tum illud, quod à Doctore Angelico Divo Thomà 2. 2. q. 13. art. 2. ad 1. traditur, nempe potestatem sæcularem in Novo Testamento subdi spirituali potestati, perinde ac corpus subiecitur animæ; oportet, hinc totum rei momentum reducere ad istud, sæpenumero jam inculcatum fidei principium, quod Christus Ecclesiam suam eatenus munierit Regni cælorum clavibus, ut, quidquid in ovis suis Oecumenico Pastoralis muneri commissis, ad cælorum tam Militans, quam Triumphans Regnum, est ordinabile, ut sic spirituali quâpiam *moralitate* supervestitum, debeat Summi Pontificis, Petro legitime succedentis, *indefinitè* ad ligandum & solvendum potestati subiectum esse.



S. III.

*Quid momenti ad Pontificiam supra Reges auctoritatem elidendam, sit ex hoc argumento, quod nempe Ecclesia non possit vi & armis resistere Regibus, etiam potestate sua abuentibus, sed teneatur eos patienter ferre?*

## ARGUMENTUM I.

21. **L**udovicus Ellies *præf. S. 3.* argumentatur 1. Tantum abest, ut Ecclesia possit peccantes Reges regnis suis spoliare, ut econtra teneatur, eos patienter ferre, nec unquam illi liceat, quovis obtentu, vi & armis illis obistere, etiam si hæretici sint, aut impij, vel quemquam ad resistendum *directè*, vel *indirectè* sollicitare. Ad cujus probationem contendit, deservire plurima Antiqui Fœderis exempla. Sic enim Israelitæ in Ægypto Pharaoni, licet impio & tyranno semper paraerunt, nec adversus eum rebellârunt. Postquàm verò proprios Reges, aut Iudices habuerunt, licet ex ijs quamplurimi fuerint impij, & Religionis patriæ desertores, ut Achaz, & Manasses Reges Iudæ, qui templum Hierosolomitanum Idolis polluerunt, nunquam tamen quidem ad eos regno exturbandos, à sacerdotibus esse tentatum, legitur. Quin etiam, cum Iudæi sunt in servitute transacti, per Jeremiã jussit Deus, ut essent subditi Nabuchodonosori *Jerem. 27.* cujus etiam successores Regibus paruerunt. Cumque Assuerus edictum tulisset, ut Iudæi omnes necarentur, Mardocheus, & alij Iudæi ad preces & jejunium tantum confugerunt. Quod verò apud Samuelem est de jure Regis descriptum, id non resistendi obligationem importat, ut sensus sit, Regi, crudelia etiam molienti, Iudæos subditos resistere non posse: ideo enim additur, populum istis injurijs pressum, Dei opem imploraturum.

Responsio & retorsio hujus argumenti refutatoria.

22. **Q**uomodo in primis ex hoc, quod populus Dei, legitimo Regi, Pharaoni scilicet Ægyptiaco, ac Nabuchodonosori Babylonico, imò Judaico etiam sibi legitime præstito Regi, Tyrannicum licet dominatum exercenti, non potuerit vi & armis resistere, argumentari fas est ad virgam, Regis Ecclesiæ infensissimi hostis coercitivam, Sacerdotio summo præsertim, denegandam? Veteris equidem Testamenti Sacerdotum ex potestate Divinitus sibi constituta, habebat auctoritatem, in Judiciali ejusmodi legis sensu accipi, proferendi *judicij Veritatem*, sicuti etiam leprâ infectos à consortio hominum, cum privatione civilis ad eam communionis separandi. Ex quâ proinde potestate, Azarias Summus Sacerdos Regem Oziam ex Sanctuarij sacrilegio ingressu reum, etiam *auctoritative* & expellebat, & leprâ tactum à communione quoque politicâ, atque ad eam Regiæ suæ Majestatis

administratione arcebat; uti hæc & alia in antecessentibus habentur deducta. Quæ ipsissima nihilominus sacerdotij potestas dicto modo circumscripta, protendi haud poterat ultra casus in lege Mosâica descriptos, nec adeo adversus Achaz & Manassen impios & Idololatrâs, Iudæici populi Reges, Regno exturbandos procedere attentabat. Verùm quia quofcumque Christianitatis consortes fratres, atque adeo Reges hoc caractere insignitos, si peccaverint, Christus subiecit correctoriæ & coercitivæ, Ecclesiæ virgæ, amplissimâ ad *Quodcumque super terram* Morale leuigandi, seu solvendi potestate dotata, num ex illâ Veteris sacerdotij per Divina jura coarctatâ potestate, adversus Christi expressissima verba, inferret licet Christiani summi Sacerdotij auctoritatem, æquè arctatam censendam esse?

## ARGUMENTUM II.

Elliesius *cit. S. 3.* argumentatur 2. In Novo etiam Fœdere, dum Christus *Math. 22.* jubet, *quæ Cæsaris sunt Cæsari, & quæ sunt Dei, reddi Deo*, intelligi satis voluit, obedientiam deberi Regibus cum potentia conjunctam. Huc respicit Paulus *Rom. 3.* jubens, omnibus debitum, cui vectigal, reddi vectigal, moneatque eos, qui resistunt potestati, resistere Divinæ ordinationi, ac præcipiens, obedire Præpositis, non tantum propter iram, sed propter conscientiam. Illa verò subjectio, quam Christus & Apostoli docent, Imperatoribus & Regibus tunc impijs, & Idolorum cultoribus deberi, nequit in alio consistere, quàm in non obstitendi necessitate: Petro Apotolo etiam docente, obediendum esse dytcolis quoque Dominis. Quod si proinde servos, oportet, non resistere Dominis etiam iniquis & morosis, multo magis non licet obistere Regibus & Imperatoribus, licet injustus ac impijs, sed patienter istorum, non secus ac illorum, ferendæ sunt injuriæ, propter Reipublicæ tranquillitatem.

Responsio ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

*Primo.* Si Cæsari jubeantur reddenda, quæ sunt Cæsaris, sive cujuscumque alterius Regis, ac Domini, quantumvis dytcoli, ita ut, quia nullus privatus altiore super ijs habeat potestatem, qualvis etiam injurias cum patientia tolerare debeat, nunquid econtra Christianos, sanctæ Ecclesiæ subiectos, æquè obstrictos dicere oportebit, ad reddendum Deo, quæ Dei sunt? Nunquid verò vicaria per Christum constituta Oecumenici Pastoris auctoritas est Dei? An non igitur ista, cum totâ suâ spherâ, per ipsum tunc quoque Christum circumscripta, est Juris Divini? Quantumvis ergo per allegatos sacræ Scripturæ textus, nefas semper fuerit, ut subditi, Christianitatis licet caractere insigniti, obisterent Regibus, seu Imperatoribus ac Dominis dytcolis, impijs & Idololatrâs: num propterea

ejus savitiam in Ecclesia esse praeter preces, lacrymas, & patientiam. Adversus Christianum etiam Imperatorem injusta tentantem, & Ecclesiae Jura invadentem, nulla praeter patientiam, arma, adhiberi oportere; nec ullo pacto resistendum esse, sapientius docet Ambrosius *ibi*. Simile docet Augustinus specialiter asseverans, nullum Christianorum per Religionem ab obedientia Regibus debitam immunitatem. Concilium quoque Toletanum IV. *Can. 75.* definit, nullam de causa fideles a Sacramento Regibus praestito absolvi posse. Gregorius Magnus denique *lib. 7. epist. 1. indict. 11.* ita scribit ad Sabinianum Diaconum: *Suggeras Serenissimis Dominis vestris, quod si ego servus servorum in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa confusione esset divisa; sed quia Deum timeo, in mortem cujuslibet hominis, me miscere formido.* Quantum igitur ab ista Gregorij sententia alieni fuerunt Pontifices, qui magnorum bellorum, innumerarumque caedum auctores fuerunt, cum sententia depositionis in Reges prolata, ipsorum Regna alijs, vel primo occupanti traderunt, cunctosque insuper ad bella gerenda commoverunt?

Responsio ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

32. **M**ulta hic in unum congesta continentur, quae ad evitandam confusionem, videntur consulto discernenda. *Primo* igitur convenio Elliesium, ut edisserat, num, quando inferius praetendit, a Francis universis in Conventu publico depositum Childericum, & ab ipsdem Solio Regio impositum fuisse Pipinum, Franci transgressi fuerint Christianae probitatis, Reges quantumvis impios & ineptos, imo perniciosos deponere verantis, antiquos mores? Oportuisset profecto, Elliesium intra suos praecisos limites tenuisse obligationes illas, quae singulos quosque privatos Christianos afficiebant ad obediendum, & non resistendum Regibus seu Imperatoribus, quamdiu manebant in statu Regiae seu Imperatoriae dignitatis. At si publica Comitiorum Francicorum auctoritas, ut Regni sui publicis necessitatibus esset provisum, jure, & absque ulla Christianae probitatis laesione, potuit deponere suum, sed ineptum, Regem Childericum, num a Christianitatis Religiosis legibus alienum erit, Reges Ecclesiae sanctae Jura ac Religionem Orthodoxam everttere conatos, ad sanctam Ecclesiae pacem, & tranquillitatem restaurandam, Solio suo deiecere per publicam super quocunque in terris morali protensam, *inde finitam* ligandi, & solvendi potestatem?
33. Pro secundo proinde Elliesius recte discernerebat inter Reges non baptizatos, erga quos nihil potestatis est sanctae Ecclesiae, & inter Reges sacri Baptismatis caractere insignitos, sed apostatas, seu haereticos. Inter prioris conditionis Reges numerandi fuerant etiam Longobardi, de quibus Gregorius Magnus scribebat, *si in eorum morte se miscere voluisset, Longo-*

*bardorum gentem nec Reges, nec Duces, nec Comites ulterius habituram fuisse.*

Super his igitur, ubi Christianitatis quoque characterem profiteri ceperunt, Pontificia Gregorij Magni auctoritas necquidquam Juris habebat, nisi in ordine ad id, quod *Morale* est, non vero in ordine ad *Esse Physicum* vitae humanae, ut proinde dictus Pontifex Maximus merito noluerit se immiscere morti Longobardorum. Hinc tamen regrediendo non nihil ad Imperatores ac Reges Ethnicos, iterum provooco Elliesium, ut sua Franciae Regum Christianam probitatem vindicet, respondendo ad istam quaestiuunculam; *An, si ex Regibus adhuc Ethnicis aliquando contigit, Ecclesiae Romanae Jura turbari, indeq, a Pontifice accitis Galliae Regum armis, evenit, ipsos Regno suo, seu ejus saltem parte spoliari, quo Iustitiae titulo, cum plurimorum nece, id fieri potuerit, cum tamen hujusmodi Rex Ethnicus non subgiebatur Pontificis Oeconomicae potestati?* Si pari erga suos etiam sanctos Franciae Reges, Carolum praecipue Magnum, Elliesius una mecum reverentia feratur, res ista videtur ita componenda. Nempe si duae, quarum neutra est alteri subordinata, supremas potestates eatenus concurrant, ut una in alterius jura inolet, tunc isthaec potest. iusto bello hanc injuriam publicam eatenus a se propullare, ut secundum luminis naturalis certa principia, victor possit hostem Jure suo Regio spoliare, sibi que Regni bello parti jus vindicare; uti Christianorum Regum exempla perquam frequentia ostendunt. At de fide est, Papae auctoritatem esse supremam, quae nullum in terris Superiorem valeat agnoscere. Hoc igitur fidei principium combinando cum illo luminis naturalis principio, *Theologicè* inferatur, Papam posse ad Regem etiam Ethnicum, sibi licet minimè subiectum, non equidem gladio spirituali uti, imò nec materiali, quippe quem in vaginà retinere, in Petro iustus sit. Eo ipso tamen, quod intra vaginam suam contineatur, suumque adeo, Divo Bernardo animadvertente, Papa dicere queat, red dicitur hinc conlequens, posse eundem Summum Pontificem mandato suo, Regum sibi subiectorum gladium eatenus exerere, ut ad Regem etiam Ethnicum, sibi licet minimè subiectum, atamen Ecclesiae publicum hostem, juriumque ejus aggressorem debellandum, auctoritate sua in subsidium accersere queat Regum Christianorum arma, illumque ab hisce devictum, spoliare Jure Regni sui, atque hoc vel sibi vindicare, vel Regibus, quorum armis vindicare sunt ex, contra Ecclesiam, ipsumque adeo Christum, ab Ethnico Rege illatae injuria.

Hinc pro tertio venit merito redarguendus Elliesius asseverans, Concilij Tridentini *sess. IV. canone 75.* definiti, quod fideles a Sacramento Regibus praestito nunquam, & nullam de causa absolvi possint. Neque enim hic Canon quidquam dicit de auctoritate Pontificia, sed de Jurisjurandi temerandi a subditis arrogata propria potestate, nec non Regis necem, Regiaeque dignitatis privationem molienti a populo ipontè attentata auctoritate: cetero-

reâ fas est, hinc concludere, ipsosmet Reges Christianos, impunè oblitere potuisse Summis Pontificibus, perinde ac isti nullâ Divinitus acceptâ poterentur virgâ erga se coercitivâ? Hanc equidem præterit Adversarius, progredi ulterius non posse, nisi usque ad publicæ cum fidelibus communionis privationem? Sed nunquid hinc evincitur, publicæ Ecclesiasticæ authoritatî convenire, ut injurias sacræ præsertim publicæ Religionis, Ecclesiæque perturbativas, cum patientiâ toleret?

Pro secundo equidem scio, totam in præsentî J. deductâ, de Regibus quocumque impietatis genere oblitricis non resistendo, argumenti rationem, derivari in illud sæpe jactatum principium, quod Regia æquè, ac Pontificia potestas sit Juris Divini. Quo tamen admissio, solennis mox emergit quæstio; Vtrum in is, quæ Juris sunt Divini, non possit esse substratum quoddam materiale, ex humano seu jure, seu morali hominis operatione dependens, clavium Ecclesiæ solvendi potestati subiectum, quo sublato, per consequenti-  
 25. am ac Indirectè, non equidem formaliter, sed ex parte sui materialis subtrati, corruat Juris Divini obligatio, non quatenus activè quasi spectata, Divina est, sed quatenus passivè considerata, est quid humanum, vel subiectivè receptum in homine, vel Effectivè promanans ex humanâ arbitrij voluntate?

Nunquid enim, si Rex quispiam Christianus sit obnoxius peccato mortali, Jus Divinum sancit æternæ gehennæ reatum? Num verò Regem Christianum tam infelicem dixeris, ut hoc Divinum Jus respectu ipsius, ne quidem Indirectè materialiter solvi possit? Quomodo autem sit ista solutio, nisi quatenus per Ecclesiæ sanctæ Claves applicatur satisfactio Christi pro peccati reatu, seu materiali, cui superferantur Jus Divinæ vindictivæ Justitiæ: quo proinde materiali sublato, non tam in se ipso formaliter tollitur Jus Divinum, quam Indirectè Materialiter, in suo substrato quasi Materiali, subque effectu juxta ceteroqui vindictæ in inferno sustinendæ.

Pari proinde ratione tamen Regia potestas in se Formaliter sit Juris Divini, num dicere fas est, ipsius ad certum subiectum applicationem, vel etiam exercitium liberum, non esse aliquid Morale, consistens super terram? Quo rursusposito, num asseverare licebit, quod indefinita, quocumque Morale super terram ambiens, solvendi potestas Occumenica, Regiæ potestatis ad certum subiectum applicationem, ejusque exercitium, Morale nullo profus modo habeat sibi subordinatum seu sub-  
 27. jectum?

De hac ergo potestatis Pontificiæ Occumenicæ ad Ecclesiam spectante authoritate, protertio in præsentî occurrit quæstio, num prævalere possit ad Juramenti a subditis erga Principem præstiti solutionem, per quam equidem non formaliter in se ipso Jus Divinum solvatur, sed quoad hujus substratum quasi materiale, Moralitate autem Ecclesiæ clavibus subiectâ supervellitum? Etenim vinculi illius, quod ex Juramento inducitur, radix Moralitatis, quæ

alia est, quàm actus humanus, ejusque moralis perseverantia, passivam in jurante importans Religionis obligationem? Nonquid verò isthæc est quid Morale, subsistens super terram? Nunquid ergo indefinita cujuscumque super terram vinculi, in actu hominis morali Occumenicæ Ecclesiasticæ potestati subiecto radicati, solvendi potestas prævalere poterit ad Juramenti Principi præstiti passivam ex Religionis obligationem eatenus solvendam, ut talis solutio, juxta Christi Domini verbum, etiam in Foro Cali, ac proinde in conscientia sit rata habenda, nec adeo tunc subditi a Juramenti Regi præstiti passivâ obligatione illâ, seu vinculo Morali, per Ecclesiæ authoritatem liberati, coarctentur ad fidelitatis homagium, ex Religionis necessitate amplius observandum, prout variè super hoc extant Canonice sanctiones.

### ARGUMENTUM III.

Eliesus loco citato argumentatur 3. Ab illâ non resistendi Principibus etiam dycolis lege, non discedebant consuetudines veterum Christianorum, qui tamen Imperatores pessimi forent, & Religionis Christianæ insensissimi hostes, nunquam tamen Christiani adversus eos arma moverant, aut ipsi, qui ipsis se se opponebant, adjunxerant. Nec dicere fas est, vires tunc temporis defuisse Christianis, imò teste Tertulliano, vires illis erant tantæ, ut una nox pauculis largitatem ultionis operari potuisset, simul malo disjungi Christianis licuisset. Ideo igitur primi Christiani Reges impios & persecutores tolerarunt, quia istud suæ religionis esse, arbitrabantur, sequebanturque Christum, qui, cum posset legiones Angelorum accersere, ut defenderetur, crucem lubire maluerat. Quâ fidelium patientiâ præcipue invaluisse Religionem Christianam, animadverunt Cyrillus in lib. ad Demetr. & Augustinus de Civit. Dei lib. 22. Unde notum est illud celebre proverbium: Sanguis Martyrum semen Christianorum.

Quod si quis dicat, Ecclesiam nihil equidem potestatis habere in Reges Ethnicos nunquam baptizatos, rem verò se habere diverso modo erga eos, qui vel Christiani sunt, vel baptizati à fide defecerunt, ad hujus exceptionis infirmitatem ostendendam, disquirere nunc placeat: an quisquam in Julianum Apostatam insurrexerit? Num Romani Pontifices quidquam adversus Constantium, Valentem, & alios Arianos Imperatores moliti fuerint? Num Reges Gothos in Italiâ regnantes, & sæpe sibi insidiantes, aut Bona Ecclesiæ invadentes, deponere tentaverint? Uno verbo, num quispiam ante Gregorium VII. aliquam sibi in temporalia Regum authoritatem asseruerit, aut in quemquam privationis Regni sententiam tulerit?

Isthæc in Reges potestate non tantum usi non fuerunt Episcopi, sed etiam declararunt, se nihil ejusmodi posse tentare; veluti Gregorius Nazianzenus Orat. 1. in Julianum Apostatam docet, nullum aliud remedium adversus  
 30. ejus

S. IV.

qui reflexione ad Ecclesiasticam auctoritatem habitâ, idem Concilium in proximè subsequentiis, pronuntiavit anathematis sententiam adversus Reges tyrannicè ac crudeliter se gerentes: claro adèò argumento, nihil equidem potestatis esse subditis adversus Regis tyrannidem castigandam, bene tamen Ecclesiasticæ auctoritati esse coercitivam erga tales virgâ: quæ in Papâ vel etiam Concilio Oecumenico ad quodcumque super terris Morale seu solvendum, seu ligandum, à Christo protenditur.

46. Quando igitur Ellicsius pro quarto disquirat, cur Pontifex non insurrexerit in Julianum Apostatam, vel Constantium, Valentem, alioque Artanos Imperatores, sive etiam Reges Gothos in Italiâ regnantes, Ecclesiæque bona invadentes, deponendos? Ad hæc oim jam respondebat Divus Thomas *alibi* allegatus, illorum temporum status non permisisse, ut Summi Pontifices vel per se, vel per cuiusvis alterius Regis subsidia, exerere gladium suæ Apostolicæ auctoritatis, quandoque etiam spirituales, multò verò minùs *materialem*. Summi namque Pontificatus potestas per Christi institutionem ita est constituta, ut ejus usus non sit nisi ad ædificationem, non autem ad fatalem, à Regibus, seu Imperatoribus illis acriùs concitandis *Moraliter* certò futuram, Ecclesiæ destructionem. Et hinc gladius Ecclesiasticarû clavium intrâ Papæ vaginam meritò tenebatur tunc reconditus, nec nisi patientiæ armis, uti Patres ab Ellicsio adducti ferunt, usus fuerat, quousque benigniora succedebant tempora, quibus Summi Pontifices Ecclesiæ sanctæ propè conculsatæ infestationibus, cum boni effectûs majori securitate occurrere valebant, uti Deus nonnihil posterioribus temporibus concesserat; Childerico Franciæ Rege Pontificæ auctoritatis interventu, velut *inferius* ostenditur, in ordinem redactò, & in ejusdem Solum Regium evescò Pipino, Caroloque postea Magno in Italiâ arma sua inferente, indeque per Papam asserto Patricio Romanorum, inò ad ipsam Imperatoriam dignitatem evescò, cum Imperij Occidentalis à Græcis per Papæ supremam potestatem in Francos translatione. Quæ omnia, uti longè anteriora sunt temporibus Gregorij VII. Sic in apertum protulit Ellicsij ineptia disquirentis; *An quispiam Pontificum ante Gregorium VII. sibi in temporalia Regum auctoritatem asseruerit?* Quanquam hæc ipsissima Pontificum auctoritas super Regiam potestatem non in se ipsâ *Formaliter* spectatam, nec in ejusdem Jur quâ temporalia, sed quâ *moralitate* in regnum Cælorum ordinabili, atque adèò spiritualitate quâpiam superestita, suam solvendi potestatem protendendo, ac Jurisjurandi etiam solennem Regibus facti relaxationem in subditis faciendo, non ea, quæ Juris Divini sunt, sed horum subtratum *Materiale* solverit; uti *antecedenter* expositum cernere licet.

\* \* \*

*An Pontificæ auctoritatis supra Reges, aliquando Ecclesiæ necessitate exigente, etiam deponendos, sententia meritò arguatur Novitatis.*

Ellicsius equidem in suo quarto Paragrapho 37. nititur, vim facere ex hoc, quòd Principibus in rebus Civilibus & temporalibus omnes subiecti sint. At isti effato discutiendo aptior locus reservatur in examinatione tertij per Clerum Gallicanum constituti articuli; ubi proinde studiosè expendemus illationem qualemcumque hinc fortassis intentatam de potestatis Pontificæ supra Reges protensione refellendâ. Quare, quem Ellicsius ultimum & quintum posuit Paragraphum, eidem hîc quartum locum assigno.

## ARGUMENTUM I.

Ellicsius præsentis cap. 2. S. ultimo argumentatur 38. i. Pontificæ super Regibus deponendis potestatis sententia præcis inaudita sæculis, ubi primùm decimo Ecclesiæ sæculo in lucem prodijt, omnes novitate suâ perculit; uti testantur Otho Frisingensis in *fragmento fasciculi rerum sciendarum, & Chronic. 6. cap. 35.* Benno Cardinalis, Imperatoris Henrici IV. contra Papam Gregorium VII. partes secutus in 1. & 2. libro de Hildebrandi vitâ, Episcopi insuper & Clerici, quorum nomine conscripta fuit Apologia pro Henrico apud Adventinum *Annalium Bojorum lib. 5. fol. 179.* Waltramus Anno 1097. *Apologia pro Henrico lib. 2. cap. 14.* Sigebertus Abbas Gemblacensis in *Epist. Anno 1103. scriptâ.* Olbertus Leodiensis Episcopus in *Epistola de vitâ & obitu Henrici IV. Anno 1106. scriptâ.* Eberhardus Archiepiscopus in *oratione de Hildebrandi Antichristiano Imperio in Comitibus Ratisponensibus sub Friderico II. recitatâ.* Helmodus *Chronici Sclavonici author cap. 29.* & Albertus Stadenensis ad annum 1080. referentes Rudolphi Sueviæ Ducis in Henrici IV. locum suffecit ultima verba. Joannes Trithemius in *Chronico ad annum 1106.* Onufrius Panvinius in *vitâ Gregorij VII.* Nicolaus Trevirensis 1. contra Imper. sententiam Gregorij VII. obstupendam vocitans novitatis abusionem, ac inauditum Decretum. Venericus Vercellensis *lib. de conservandâ Ecclesiæ unitate.* Leodienses ad *Pascha lem II.* Gotofredus Viterbiensis, item *author Chronicor. ætatis 6.* Cuspinianus in *Henrico IV.* Guilielmus Molmeburienensis *lib. 3.* Anonymus *Author Apolog. pro Henrico edita ab Vrsitio.* His annumeratur Lambertus Schafnaburgensis, ac si dixisset, Henricum, postquam iniquas pacis conditiones cum Gregorio VII. iniisset, omnibus odio, & execrationi fuisse.

Ad horum universorum sententiam magis firmandam ab Ellicsio reproducitur Gregorius Magnus in præcitâ epistola ad Sabianum scribens: *In mortem cujuslibet hominis formidare se miscere.* Huc reduci potest, quod idem Ellicsius proximè præcedenti S. 4. in fine, adfert de Gregorio Magno. Nempe cum iste Pontifex accepisset

accepisset à Mauritio Imperatore mandatum de promulgandâ quâdam lege, quâ vetitum erat, militibus in Monasterijs monasticam vitam profiteri, eam, licet injustam existimaret, & Ecclesiæ libertati contrariam, Imperatoris tamen mandato parendo, promulgasse, etiam antequam Imperatori significaret suam sententiam. *Ex lib. 2. Epist. 62. & Epist. 64. ad Theodorum Medicum Imperatoris.*

Responsio, ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

40. **E**Xordiando à Gregorio Magno, circa ejsdem ad Mauritium Imperatorem epistolam 62. lib. 2. exaratam, imprimis venit annotandum, quod ibi expressè scribat, *se in eâ neque ut Episcopum, neque ut servum jure Republicæ, sed jure privato loqui.* Dum ibidem igitur profitetur, se inspecto jure privato, & abstrahendo à jure seu Episcopi, seu Republicæ, tanquam subiectum iustioni, legem Imperatoris, quantumvis eam iniquam agnovisset, per diversas terrarum partes transmitti fecisse, nunquid Apostolicæ autoritatis suæ immemor fuerat? Nequaquam, liquidem, Baronio ad Annum 593. sub finem pag. 47. ex ejsdem S. Viri lib. 7. epist. 2. indic. 1. probante, ipse non fuerit Edicti illius iniquissimi contra jura Ecclesiastica sanciti promulgator, sed potius corrector, emendator & censor, maximumque adeo in his ediderit specimen Sacerdotalis vigoris, Pontificiæ autoritatis, & super Imperium potestatis, dum accedens censor & arbiter constitutionis Imperatoriæ, & ad sacram (quam vocabant) tabulam, admovens stylum, edicti illius quædam expunxit, quædam addidit, augens ac minuens pro arbitrio, ut ad rectam Catholicæ Ecclesiæ normam & disciplinam aptaret, nihilque in eo, quod Ecclesiasticæ officeret libertati, & sacris Canonibus contradiceret, prætermittens intactum, posteris egregium relinquens exemplum, quidquid leges lanciendo, delirant Imperatores ac Reges, à Romanæ Ecclesiæ Pontificibus esse protinus emendandum & corrigendum: sicque ab ipsis favendum eorum votis, ut eos errantes cum mansuetudine corrigant, & Pontificiâ potestate, quod perperam factum nôrunt, Apostolicâ censurâ castigent, seque exhibeant eorum Magistros, Doctores, & Correctores, juxta illud Divinum Hieremiæ 1. exaratum Oraculum, quod non huic tantum Prophetæ pronunciatum, sed omnibus, qui pro Deo ad populum Divinâ legatione funguntur: *Constitui te hodie super gentes & regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & adifices, & plantes.* Quando proinde idem Pontifex in Epist. non 64. sed 63. indic. 11. scribebat ad dicti Imperatoris Medicum, fecisse Deum, ut Imperator non solum militibus, sed etiam Sacerdotibus dominaretur, num aliâ, quam permissionis voluntate Divinâ hoc factum, ijs verbis innuere voluit Gregorius, qui Deum subiecisse tradit Sacerdotes Mauritio Imperatori, ut olim eosdem subjecerat persecutoribus Neroni, atque Diocletiano, quos in eos etiam gladio agere permisit? Uti ex ip-

somet Gregorio in Psal. Penitent. 4. liquet, ibidem ulterius conquerente: Diabolum adversus Ecclesiam concitasse Regiam quoque potestatem, dum nulla tamen finat ratio, ut inter Reges habeatur, qui destruit potius, quam regat, Imperium.

41. Quod porro ex ejsdem Gregorij Magni ad Sabinianum Diaconum epistolâ proferebatur, quod formidasset, se miscere in mortem cujuslibet hominis. Id in responsione ad proximè præcedens argumentum jam habetur discussum, quod nempe Summo Pontifici nullum jus sit in vitam humanam, imò in quamvis rem terrenam quoad Esse Physicum spectatam, sed super Moralitate duntaxat, quâ in Regnum calorum ordinabili. Sub quo proinde moralitatis ordine, ipsissimus ille Pontifex adversus Donatistas excitat Exarchum Gennadium lib. 1. epist. 72. ita scribens ad eundem: *Sicut excellentiam Vestram hostilibus bellis in hac vitâ Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet, etiam inimicis Ecclesiæ ejus, omnivivacitate mentis & corporis obviare, &c. comprimendo eorum conatus &c.* Quantumvis ergo Gregorius formidaret, in cujuscumque mortem se immicere, minimè tamen horrebat, gladium etiam materiale, advertit sanctæ Ecclesiæ hostes, autoritatis suæ Pontificiæ nutu & Imperio, à Regibus & Imperatoribus exercendum, concitare.

42. Hinc pro secundo gradum faciendo ad Gregorium VII. comperimus hunc Pontificem ab Elieio notatum gravi censurâ, ac si rem novam, & à seculis manditam patrasset, excommunicando, ac deiciendo Henricum IV. Imperatorem. Verum vel ex hoc, quod notâ eâ seu Eliesij, seu Authorum ab iplo allegatorum censurâ, videatur in dubium trahi Pontificiæ potestatis ad excommunicandum Imperatorem autoritas, jam in apertum prodit spiritus, Reges vel exterminans à confortio Christiana fraternitatis, vel contra apertam Christi vocem Matthæi 18. exaratam, pernegans erga Reges Christianos coercitivam Ecclesiæ virgam, adversus quosque peccantes fratres exercendam. Quo tamen reiecto in medio, plerique ab Eliesio adducti Authores proprijs suis verbis protunt, quod iniquas Henrici IV. adversus Pontificem Maximum ad ejsdem ulque exauthorationem in Comitij Wormatiensibus, sese esterentis partes tenuerint, nec quidquam ergo attendendi. Sunt equidem nonnulli ex authoribus ab eodem Eliesio adducti, qui, uti sequenti capite, sexto §. videbitur, inter Collaudatores Gregorij VII. numerantur, nec nisi historicè referunt, nullum antehac Imperatorem à Summis Pontificibus, vel excommunicatum, vel depositum fuisse. Sed dum Ecclesiæ sanctæ necessitas in Occidentis Imperatoribus tale quid neque exposcebat, neque permittebat, num propterea ex hoc non usu, Pontificiæ autoritati denegare fas est, tale quid adversus Ecclesiæ sanctæ rebelles Reges statuendi, potestatem? Ipsamet anteriora seu Childerici Francorum Regis, seu Leonis Maurici ab Imperio Occidentali remotio, unâ cum alijs adducta, & inserius firmanda exempla probant

bant jam antiquiorem in Pontificatu Romano auctoritatem super Regibus ac Imperatoribus. ad eorum usque exaurationem procedere pravalentem. Neque credere fas est, centum & decem Episcopos, quorum consilio Gregorius VII. adversus Henricum excommunicationis & exaurationis sententiam protulit, tantam auctoritatem sibi arrogatos fuisse, nisi eam ab ipsomet Christo in sui Vicario Summo Pontifice fundatam nossent; prout ipsamet Bulla Apostolica desuper edita, hujus potestatis rationem reducit in Claves Ecclesie, Beato Petro commissas, universisque manifestum reddit, quam gravibus de causis ad id urserit Henrici impietas, Ecclesieque vicissim publicae necessitas.

## ARGUMENTUM II.

- 43) **Elliesij.** *cit. §. ultimo* argumentatur 2. In Religione id omne verum est, quod prius est, fuitque ab initio: illud verò fallum ac erroneum est, quod aliquando ignotum fuit, ac postea inventum: nobis enim nihil ex nostro ingenio indulgere licet, aut sequi, quod ab alijs fuerit inventum: sed oportet, nos ijs tantam fidem adhibere, quae à Christo, vel Apostolis ad nos usque per traditionem manarunt. At primus super Regibus ad eorum usque exaurationem potestatis Pontificiae Patens fuit Gregorius VII. Romanus Pontifex: ante hunc enim inaudita (uti Authores *superius citati* testantur) fuit ea opinio.

Responsio ac retorsio hujus argumenti refutatoria.

- 44) **Quomodo** in primis oportet, id, quod verum est, à Christo, mediantibus etiam Apostolis ad nos usque per traditionem mansisse? An in ipsismet etiam per Oecumenica Concilia longè posterioribus definitis Dogmaticis conclusionibus, vel potius in suis principijs, Verbo Dei ab Apostolis ad nos usque propagato traditis, atque à Spiritu sancto per Oecumenicorum Conciliorum, seu auctoritatis Oecumenicae definitiones ad certa seu fidei Dogmata, seu morum Decreta sancienda auctoritative applicatis? Nisi hoc posterius, mi Elliesij, elegeris, sed priori illi membro immobiliter insisterè malueris, reus eris quorumcunque fidei Dogmatum, quae prius ignota erant populo Christiano, quam fuissent ab Ecclesia super fidei Candelabrum decilorie exposita. At verò *ex antecedentibus* constat, Verbo Divino expressè tradita esse ea Oecumenica in Ecclesia potestatis principia, ut per sanctiones Canonicas, & Conciliares quoque definitiones fuerit inde conclusum, Ecclesiae, ejusque auctoritati Oecumenicae, potestatem esse erga Reges Christianos, ipsorum adversus Ecclesiam pertinaci protervia ita exigente, ad excommunicationis, tandemque exaurationis sententiam procedendi. Quà ratione igitur hoc, quod in primavis per Christum traditis fidei principijs fundatum, in Ecclesia sancta, etiam ante Gregotij VII.

tempora, in vi Clavium à Christo Ecclesiae, ejusque Capiti Petro, ac hujus proinde successori traditarum fuit exercitum, & à Concilijs Oecumenicis, Pontificibusque Maximis ex Divinis per Christum prolatis oraculis auctoritative deductum, Novitatis à verà Religione alienae, coarguere permittit Religio?

## Caput V.

In quo eliduntur exceptiones Elliesij, quas opponit auctoritatibus & rationibus Theologicis pro Pontificia supra Reges auctoritate asserri solitis.

In hoc capite eum tenebo ordinem, ut sub ipsismet Elliesij verbis, sim in primis producturus argumentum in favorem Pontificiae supra Reges potestatis adduci consuetum, postea subjuncturus Elliesij adversus tale argumentum exceptiones, ac demum exceptionum hujusmodi confutationem subnecturus.

## §. I.

*Quantum momenti sit in Veteris Testamenti sacris Litteris, ad probandam Summi in Novo Testamento Sacerdotij supra Reges auctoritatem.*

## ARGUMENTUM I.

Ex Veteri Testamento petitum ab exemplo Oziae Regis.

**H**ic enim Rex lepram Divinitus percussus, Sacerdotum judicio separatus est à cœtu populi: unde Bellarminus sic argumentatur: Si ob lepram corporalem poterat Sacerdos olim Regem judicare, & Regno privare, quare id non poterit Novae Legis Sacerdos nunc ob lepram spiritualem, id est, propter haeresim?

## Exceptio Elliesij.

**E**xcipit ergo Elliesij I. Non esse idem iudicium ferendum de lepra spirituali, ac de corporali, quippe corporalis lepra in Veteri Testamento hominem privabat omni prorsus aliorum commercio, & societate tam in Civilibus, quam in cæteris. At verò lepram spiritualem peccati, vel haereseos, hominem tantum privare bonis spiritualibus, sicque adeo argumentum rectè procedere: *Lepra corporalis privabat hominem commercio civili, ergo lepra spiritualis privat hominem communionem spiritualem.*

2. Oziam lepram Divinitus percussum, eò quod incensum adolere vellet super altare Thymiamatis, à Sacerdotibus declaratum esse immundum, & templo expulsam, at Regno minimè privatum; veluti constat ex 2. Paralipom. cap. 26. Id enim tantum dicere Scripturam, *Sacerdotes videntes lepram in fronte ejus, eum festinatè de templo expulisse, ob lepram scilicet, non ob peccatum; quare nihil gravius in eum statui potuisse, quam quod in leprosos omnes per Sacerdotem statui; Deus*

A 2

jussit,

justit, juxta illud *Levit. 13. Qui fuerit leprâ percussus, separatus ad arbitrium Sacerdotis, habitabis extra castra.* Quapropter Oziam nec Regno, nec regnandi iure excidisse, sed juxta sacrum textum, annos quinquaginta, usque ad mortem scilicet, regnasse. Quinimô Oziam ne Regni quidem administratione privatum esse per sententiam Sacerdotum, sed cum ipse jam senior esset, ac vi morbi urgeretur, nec posset in publicum prodire, satis duxisse, in filium Regni administrationem transferre, non coactum ex judicio Sacerdotum, sed impulsum ad id faciendum tum pudore, tum rei gravitate.

## Refutatio istius exceptionis.

4. **I**mprimis pro accepto habeo, quod Eliesus asseverat, lepram corporalem in Veteri Testamento hominem privasse omni prorsus aliorum commercio, & societate tam in Civilibus, quam in cæteris. At ista Societatis quoque Civilis privativa separatio erat faciendâ per arbitrium Sacerdotis, juxta quod habetur *Levit. 13. sciendâ, ut leprâ percussus, & separatus ad arbitrium Sacerdotis, habitaret extra castra.* Ejusmodi verò Societatis quoque civilis ac politicæ in Ozia Rege leprâ percusso, privativa separatio, per naturam suam arguebat privationem administrationis Regni, utpote *Essentialiter* importantis politicam cum subditis communionem Civilem. Sicuti ergo juxta sacram Scripturam, Civilis quoque ac Politicæ Societatis privativa, Ozia Regis separatio, ipsomet Eliesio fatente, fieri debebat per arbitrium Sacerdotis, sic per hujus sententiam oportet, fuisse ipsi ademptam Regni administrationem.

5. **E**x quo pro secundo ita licet ulterius argumentari. Veteris Testamenti Sacerdotio erat potestas, non tantum super leproso ferre arbitrium, Civilis quoque Societatis privationem indicens, sed ubi inter Judices ambiguum seu difficile erat iudicium, ex *Deut. 17. capite* erat Sacerdotio potestas, *authoritative* decidendi *Judicij veritatem.* Nunquid ergo Azarias, unâ cum Sacerdotibus 2. *Paralip. 26.* hanc proferebant sententiam: *Non est tui Officij Ozia, ut adoleas incensum, sed Sacerdotum,* ex ipsamet Divinâ lege tulit iudicij veritatem, imperans, (uti verbum imperativum, *Egredere,* à sacro textu usurpatum sonat,) egressum de Sanctuario, atque sub Divinâ etiam vindictâ interminatione indicens, contemptus loco habitum iri (uti verbum, *ne contempseris* indicat) si staret intra Sanctuarium. Neque Sacerdotes erga Oziam leprâ percussam verbis solam admonitionem præferentibus, agebant, sed verborum asseverantium, *festinatò expulisse eum,* proprietatis significat, illos vim aliquam non tam *physicam,* quam *authoritativam* adhibuisse. Quia igitur in Veteri Lege erat *authoritativa* Sacerdotij potestas supra Judices, ac Reges etiam protensa, num dicere fas est, *authoritativam* Ecclesiæ virgam etiam Coercitivam *Matth. 18.* constitutam, in Novo Fœdere non protendi supra Reges Christianæ fraternitatis consortes, cum vi

non tantum privandi communionem fidelium, sed ligandi & solvendi *Quodcumque, Moralitatis* in Regnum Cælorum ordinabilis formalitate, atque adeò sacre Religionis publicam utilitatem, seu necessitatem præferentem superventum, sicque hoc ipso subordinatum Occumenici Pastoris Clavibus? Cujusmodi ex Ozia exemplo petita argumentatio fuisset deducta, pluribusque firmata habetur *hujus Summarij i. Capite §. 2. & locis ibidem allegatis.*

## ARGUMENTUM II.

Ex 2. *Paralip. cap. 23.* petatum ab exemplo Athalia, Ius Regium tyrannicè usurpantis.

6. **C**um enim Athalia tyrannicè occupasset regnum, & foveret cultum Baal, Ioadâ Pontifex vocavit centuriones & milites, & iussit eis, ut Athalia interficerent, quod & fecerunt, & pro eâ Ioa Regem creavit. Quid ni ergo par proportionaliter potestas sit Sacerdotio Novi Fœderis?

## Exceptio Eliesij.

7. **E**xcipit hic Author 1. Si quid probaret istud argumentum, hinc probatum iri, quod Reges non tantum deponi possint à Summis Pontificibus, sed & eorum jussu interfici, quod dicere, non audere ipsolmet Adversarios.

8. 2. Longè disparem esse rationem Athalia, & Regis legitimi, quippe illa per tyrannidem invaserat Imperium post mortem Ochozia, oculis ejus filijs, è quibus unus superstes selectus fuit Ioa, ad quem morte Patris, & Fratrum, de jure Regnum successione jure devolutum erat.

9. 3. Tametsi Athalia foveret Idololatriam, non tamen propter hoc crimen occisam esse à Ioadâ, & ijs, qui cum ipso erant, sed propter solam Regni usurpationem, ut Ioa legitimo hæredi Regnum restitueretur.

10. 4. Neque solum, neque autoritate sua, id fecisse Ioadam quasi Summum Sacerdotem, sed tanquam præcipuum ex Regni Iudæici Optimatibus, & uti Regis tutorem ac defensorem: ubi enim opportunum vidit esse tempus restituendi Ioa, Centuriones, Levitas, & alios tui consilij participes fecit: *Inique*, teste Scripturâ, *omnis multitudo, pacium in domo Dei cum Rege, dixitque ad eos Ioadâ, ecce filius Regis regnabit, sicut locutus est Dominus, super filios Israel.* Non ergo Ioadam depoluisse Athalia, aut constituisse Ioa Regem autoritate Summi Sacerdotis, sed tantum populo declarasse, Ioa hunc esse filium Regis, cui Regnum debebatur, populo statim cum agnoscente Regem. Quibus ita se habentibus, nihil soliditatis esse in illo argumento, ex Veteris Testamenti Sacerdotio illationem faciente, ad Novi Fœderis summum Pontificatum.

## Refutatio hujus exceptionis.

11. **I**mprimis si attendatur verborum illud Athalia exemplum 4. *Regum 11. descendentium*

lum proprietas, in aperto est, Ioadam Summam Sacerdotem, non ex privata, sed superiore quâpiam, utique non aliâ, quàm eâ, quâ fugebatur, Summi Sacerdotij autoritate processisse adversus Athaliæ tyrannidem, à Regij solij possessione eam deiciendo, legitimamque Regem præficiendo. Quidni enim dicere fas sit, hoc esse factitatum ex autoritate per Deuteronomij legem Sacerdotio impertitâ ad definiendam Iudicij veritatem, utpote quæ autoritas, teste sacrâ Litterâ, se extendebat ad omne negotium, omnemque causam Civilis quoque Itatus propriam, ea etiam cum energiâ, ut iudicis imperio, Sacerdotij sententiæ conformiter, pronuntiatio non obediens, iuberetur occidendus? Quando igitur in calu illo Athaliæ, Regnum injustè occupantis, nullus erat constitutus Iudex Laicus, Rege legitimo exturbato, & protunc in Ius suum restituyendo, ipsemet Pontifex proferens veritatem Iudicij, quâ nisi suâ Summi Sacerdotij per Deum constitutâ autoritate progredere- tur ad finem tali negotio imponendum, Deo Deut. 21. v. 5. statuente, ut omne negotium ad verbum Sacerdotum finatur?

12. Ex quo proinde Ioiadæ Summi Sacerdotis exemplo quidni proportionaliter, secundum quod Christi verba Clavium Petro, ejusque successori commissarum spheram circumscripta sonant, argumentari liceat ad parem Summi in Novo Fœdere Pontificatus autoritatem? Prout hæc universa de cripta reperiuntur in præcitato hujus Summary secundo capite per universos ejusdem paragraphos.

13. Ex quibus insuper patet, quàm impertinens sit Elliesij expositio, verborum Christi Domini Clavium Ecclesiasticarum, Oecumenicique pastoralis officij conditionem Matth. 16. & Iohannis 20. explanantis: quò, uti etiam ad loca ibidem allegata, brevitate causa Lectorem remitto, ubi etiam videre licebit, quomodo extraordinarius equidem seu Eliæ, seu Eliæ, seu Samuelis in constituendis, vel deiciendis Regibus, speciali Divino jussui innotens spiritus, locum habere possit in Oecumenico pastorali officio. Quæ universa cum fusè deducta sint locis præadductis, & ne apex quidem adferatur ab Elliesio ad fundamenta ibi exposita consultantia, ideo non est, cur quidquam eorum hîc reproducam. Quia verò Elliesius circa finem præf. §. 3. ad hoc unice collimat, ut Oecumenicam Ecclesiæ autoritatem intra spiritualitatis limites coarctet, visum est optimum, coronidis loco hic ostendere, hoc minime alienum esse a sentu nostro, si res bene expendatur.

14. Pro secundo igitur lubenter admitto, quòd Bona temporalia ac Regia sæcularia iura Formaliter ut sic, non subdantur Pontificiæ potestati, sed Materialiter duntaxat, sub aliori scilicet, cui subalternantur, formalitate Moralitatis in Regnum Calorum ordinabilis. Hæc autem Moralitas est quid spirituale, respiciens in proprio suo subjecto salutem æternam, ac respectu Ecclesiæ publicum hujus, atque sanctæ Religionis Bonum, Dei que cultum, quàn non mere Naturali lumini commensuratum sed quâ fidei lumini proportionatum. Quia

igitur denominatio fit à Formali, non à Materiali, an non sicuti absolute dici potest, nullam esse lumino Pontifici temporalem, sed spirituales in Reges potestatem, sic pariter negare licebit, Pontificiam autoritatem protendi super Regum bona, quâ sæcularia?

## §. II.

Quantum momenti sit in rationibus Bellarmini, inducitis ad probandam Pontificiæ potestatis supra Reges præminentiam?

15. Elliesius equidem præf. §. 1. inducit Bellarminum asseverantem, quòd in temporali Pontificis autoritate comprobandâ, solis rationibus usus fuerit, eò quòd Scriptoris, Concilij & Patribus jam ulus esset in spirituali Primatu probando. Sed nunquid rationi consona hinc fit exprobratio, ac si indirecta Pontificis potestas temporalis unice inniteretur rationibus & inductionibus minùs certis, vel minùs evidenter deductis? Ad cujus exprobrationis inanitatem ostendendam, operæpretium est visum, Bellarmini rationes hîc producendas ita reducere ad sacræ Scripturæ principia, ut inde patèri possit singularis eorum vis & energia.

## ARGUMENTUM I.

Desumptum ex potestatis politicæ erga Ecclesiam subordinatione.

16. Potestatis Civilis respectu potestatis spiritualis, subordinatio videtur subsistere ex hoc, quòd utraque sit ejusdem Republicæ Christianæ, eâ tamen cum differentiâ, ut Principis spiritualis sit, de temporalibus disponere in ordine ad Bonum spirituale, quippe cum omnis Superior imperare possit inferiori, & hinc finis temporalis potestatis subordinatur Fini spirituali concernenti æternam hominis salutem, quemadmodum autem Fines, sic & facultates inter se subordinari, tradit Aristoteles lib. Eth. cap. 1. Sicuti ergo spiritus & caro coeunt in unum hominem, sic potestas spiritualis & temporalis duæ in unâ Ecclesiâ Republicâ conveniunt in unam; uti Gregorius Nazianzenus ait.

## Exceptio Elliesij.

17. Excipit hic Author 1. Potestatem temporalem haudquaquam esse partem Republicæ Christianæ, quatenus Christiana est, sed ex spirituali ac temporali regimine constitui duas Republicas, quarum fines sint diverfi, & nullatenus inter se subordinati ex parte facultatum, sed ex parte operantis duntaxat: ita ut Principis Christiani Finis non equidem sit sola temporalis felicitas, sed æterna sui ac suorum: attamen facultatis politicæ, quâ politicæ Finis etiam ultimus sit temporalis duntaxat felicitas, nec nisi ex parte operantis, Principis scilicet Christiani, sit obligatio, Politici quoque regiminis actus referre in finem felicitatis æternæ.

A a 2

næ.



næ. Et hinc universi quidem homines Christiani, inter quos Reges quoque, ac Principes temporales numerantur, cum Papâ ac præfatis seu Ministris Ecclesiæ, in unam quidem coeunt Rempubliam Christianam, quoad suas caractere Christianitatis insignitas personas, inter se prorsus disparatas, sed hæc duas distinctas ac separatas Respublicas constituunt.

Refutatio istarum exceptionum.

18. **A**Ntequam ad præsentis difficultatis punctum respondeamus, operæpretium est, indagare radicem, per quam subsistat ratio ejus per Eliesium assertæ obligationis, in vi cujus finis facultatis politicæ, non quidem ex parte sui ac per se, sed ex parte operantis, atque adeo per accidens subordinari debeat Fini Ecclesiasticæ potestatis, nempe salutis æternæ.

19. Equidem pro primo statuamus indubitam cunctorum *Moralium* in homine circa res spirituales seu temporales actuum subordinationem ad æternæ felicitatis finem supernaturalem; statuamus insuper temporalium universorum, quæ hominis *Morali* dispositioni subjacentium, ad spiritualia ex insularum virtutum *Moralium* exigentiâ, homini ad statum supernaturalem elevato, quasi connaturaliter congenitam coordinationem. Statuamus præterea ex vi hujusmodi supernaturalis elevationis cunctos omni tempore homines habuisse obligationem, ex virtute præcipuè Religionis constringentem, ad Dei cultum in fide radicatum, adeoque supernaturalem. Ex hujusmodi etiam obligationis contestandæ ratione, erat in Lege Naturæ institutum sacrificium, & Sacerdotium Abelis, Noëmi, Melchisedechi, Abrahæ, Jobi & aliorum sanctorum virorum. Numquid verò tali Sacerdotio ipsis quoque Regibus quandoque Divinitus collato, annexa erat potestas supra Reges, à viâ salutis æternæ, nedum in suis personis recedentes, sed alios insuper à sancta Divinæ fidei Religione seducentes? In statu legis Mosaicæ altius evehebatur Sacerdotij dignitas, ut haberet potestatem autoritativam, in dubijs interpretandi Divinas leges judiciales, debuitque ipsemet Politicus Judex suum Judicium isti Summi Sacerdotis sententiæ conformare in tantum, ut reus mortis fuerit pronuntiatus, qui Sacerdotis Imperio, & decreto Judicis obedire nolisset. Numquid autem hæc Summi Sacerdotis in Lege Veteri autoritas erat ex temporalium erga spiritualia per *ius naturæ* determinatâ subordinationem, vel potius ex *Divinâ lege positivâ* ejus statûs propriâ? Sic proinde non ex præcepto supernaturalis elevationis statu, temporaliumque ad spiritualia subordinationis jure quasi connaturali, sed ex *jure positivo statûs Evangelici proprio*, definienda est Summi in Novo Fœdere Sacerdotij super Reges, quoad temporalitates *Morali supernaturalis Religionis debito* vestitas, protensa potestas. Quod adeo positivum ex Christi mandato in Petri successore subsistens jus, multis jam expositum fuit, aliquantulum adhuc exponendum sequenti discursu.

ex pag.  
124. n.  
28.

Quibus ita constitutis, pro secundo quis Catholicorum inficiari audeat, Regis Christiani jura etiam Politica seu sæcularia, unâ cum ipsius personâ esse capacia supernaturalis *Moralitatis* in Regnum Cælorum ordinabilis? Hoc negare, foret profectò indignissimum Rege Christianissimo. Numquid verò Jura Regia, quantumvis sæcularia, quatenus *Moralitate* in Regnum Cælorum ordinabili vestita, superinduant formalitatem, sub quâ Regni Cælorum Clavibus Summo Pontifici conceditis subjaceant? Hoc negare, foret perinde, ac negare, ijs Clavibus subesse *Quodcumque* hominis Christiani, ceu ovis Christi *Morale* in Regnum Cælorum ordinabile. Numquid autem illud pugnet cum apertis Christi verbis *Matth. 16.* Claves Regni Cælorum eatenus definitis, ut *Quodcumque* in vi istarum Clavium à Petro, ejusque successore in terris esset solvendum, pro soluto habendum foret etiam in cælo? Numquid verò istud *Tò Quodcumque* in terris per Ecclesiæ Claves solubile complectitur temporalia, ac Regia seu politica, quæ sæcularias Jura? Neutiquam. An igitur istud *Quodcumque* in terris per Summi Pontificis potestatem solubile admittit aliquam exceptionem? At hoc dicere, foret, universalitatem illius *Tò quodcumque* contra disertum Christi verbum coarctare. Illius igitur vocis *Tò quodcumque* universalitas nullam quidem admittit exceptionem, sed explicationem Christi verbo consentaneam. Numquid enim istud *Quodcumque* in terris per Christi vicariam potestatem solubile, ex ejusdem Domini nostri institutione, habet ut sic relationem ad Cælorum Regnum seu Militans, seu Triumphans? Nónne verò ista relatio importat *Moralitatem statûs supernaturalis commensurabilem*, de cujus naturâ est, ordinabilem esse in Regnum Cælorum tum Triumphans, tum Militans? Numquid autem istius in Regnum Cælorum ordinabilitatis *Moralitas* radicatur tum in Fide, per quam sumus membra S. Ecclesiæ, ceu unius Mystici Corporis, tum in Christianitatis per Baptismum impresso caractere, per quem subijcitur sanctæ Ecclesiæ Clavibus? Numquid autem membri ad corpus suum seu Politicum, seu Mysticum coordinatio, uti etiam erga sanctam Ecclesiam subiectio, importat obligationem, ad curandum illius Corporis Mystici, sanctæque Ecclesiæ Bonum publicum? An non igitur in vi hujus erga Ecclesiam, ceu Corpus Christi Mysticum coordinationis, seu subiectio in Rege Christiano, secundum *Quodcumque* in terris *Morale, suum spectato*, est debitum ordinabilitatis ad Bonum publicum Ecclesiæ? Quia igitur *Quodcumque* in terrâ Regibus Christianis inextens *Morale*, complectitur ipsorum Regia quoque Jura sæcularia, sed *Materialiter* duntaxat, ac *Indirectò*, & *per accidens*, nec aliter, nisi quâ supervestita *Moralitatis* in Regnum Cælorum ordinabilis formalitate, sub quâ denominantur esse spiritualia, numquid nefas esset, negare, esse ut sic contenta sub illius Christi vocis *Tò Quodcumque* universalitate, omne in terris *Morale* in Regnum Cælorum ordinabile complectentis? Quis verò ad istam

25.

ex pag.

131. n.

24.

ex pag.

131. n.

24.

ex pag.

131. n.

24.

istam *Materialitatis* in Regnum Caelorum ordinabilis denominationem, jura Regia, utpote secularia, se habent solum *Materialiter* ac per accidens, nec adeo dici possunt subiacere *Divinae* Clavium Ecclesie auctoritati, neque verò denominatione sit ex illo, quod solum *Inherenti*, præcipuè *Materialiter* duntaxat, vel etiam per accidens convenit, nanquid secundum prædicta principia rectè dicitur, Ecclesie potestas esse *spiritualium* duntaxat, non verè *Temporalium*?

21. Secundum hæc igitur Principia, Regem Christianissimum pronunciare exemptum ab illi Regiorum Jurium *Materialitate*, Ecclesie Clavibus *indefinitè*, ac *universaliter* subiecti, perinde foret, ac ipsam alienam facere a Christiano charactere. Quod si ergo jura Regia, licet secularia, statuantur esse capacia *Materialitatis* in Regnum Caelorum ordinabilis, oportebit fieri, ea *Materialiter*, *Inherenti* ac per accidens bobijci sanctæ Ecclesie Clavibus, non quidem sub ratione *læ temporalitatis*, sed sub formalitate *spiritualitatis* in se derivabilis, sive *Materialitatis* in Regnum Caelorum ordinabilis. Secundum quam proinde distinctionem, si Clero Gallicano placuerit *prout* læ hæcenus difficultæ propositionis intelligentiam moderari, poterit forte sustineri secundum expositionem reflexionis in *hujus Summarij* notis expolite: Sin minus, ipsimet sint ejus sententiæ censores, quomodo coherere valeat cum *indefinitè* superi: *Quidem*, in *terris* *materiali*, quæ *subiact* in *Regnum Caelorum ordinabile* potestas Ecclesie sanctæ Clavium, Summiq; Pontificis Occumenicæ solvendi ac ligandi potestate,

ARGUMENTUM II.

Desumptum ex necessitate potestatis Ecclesiasticæ ad sui ipsius defensionem, suiq; finis à potestate seculari præpositi quandoq; soliti consecrationem.

22. Tenim oportet, Rempublicam Ecclesiasticam in eo esse sitam, in quo sibi sufficiens sit in ordine ad finem suam consequendum. Atqui ad finem spirituales potestatis Ecclesie proprium necessaria est potestas utendi ac disponendi de rebus quoque temporalibus, cum ceteroqui malis Principibus esset integrum, fovere hæreticos, ac evertere Religionem. Inò ut Rempublica quæpiam sibi met sufficiens sit, quando non potest aliter se defendere, debet posse agere adversus alteram sibi infestam Rempublicam, ejusq; Principem hostilitatis contra illam exercitæ auctorem, armis suis devictum in ordinem redigere ac deponere. Quæ de causâ sub illis ad Petrum *Mat. 21.* prolatis Christi verbis: *Pascite oves meas*; subintelligitur Summo Pontifici concessa potestas, ad gregem suum ita tuendum adversus lupos, ut hos omni ratione, qua poterit, arcere queat.

Exceptio Ellicij.

23. Excipi potest ex hujus authoris mente, si reciproca Rempublicarum ad sui defen-

sionem & conservationem necessitas exigat; ut Rempublica Ecclesiastica possit agere adversus Principes seculares, ne hæreticos foverent, religionemq; evertere im;one præsumant, proptereaq; ipsos etiam armis compescere, vel deponere, pari ratione Regi fore potestatem, armis etiam agendi adversus Summum Pontificem, Regiorum suorum Jurium injustum aggressorem. Verum, quod Pontificiæ supremæ potestati ad se ipsam defendendam jus competit, non esse ejus conditionis, ut per arma temporalia, sed spiritualia duntaxat peragi valeat, sicq; adeo pascendi potestatem; Petro commissam, rectissime equidem extendi etiam erga lupos, hæreticos scilicet arcendos, sed spiritualibus duntaxat armis, absque ulli auctoritate in temporalia ipsorum Juria, ac bona. Sanctum equidem Bernardum *lib. 4. de consilerat. cap. 3.* ex eo loco Evangelij: *Ecce dno gladij huius*, & ex illo, *Converte gladium tuum in vaginam, ut ferre, quod gladius iste sit Pontificis, licet non ejus manu evaginandus sit*: quod quæ adeo *interque gladijs, Materialis scilicet & Spiritualis, sit Ecclesia*, eâ tamen sub differentia, ut *hic Sacerdotis, ille militis, sed ad Sacerdotis naturam, exercendus sit.* Attamen prædictum Evangelij locum à Bernardo detorqueti in sensum alienum, nisi hic dicatur esse duntaxat Mysticus & allegoricus. Inò natum illum apud S. Bernardum non significare potestatem *Constitutam*, sed *Directivam*, veluti exponunt Ioannes de Parisijs, Antonius de Rosellis, & alij. Nec denique talem notum; aut potestatem gladij, in Pontifice spectare Regum depositionem.

Refutatio istarum exceptionum.

24. Exordiendo in primis ab illâ S. Bernardi expositione, clarum est ex ipsomet sacro textu, quod gladius iste fuerit Petri, Christo *Matth. 26. 7. 12.* dicente: *Converte gladium tuum in lucam suam.* At eo ipso, quod gladius hic esset de lare Petri, ita ut suus propterea diceretur, oportet, ut non quidem ipsemet contra Christi jussam posset eum evaginare, eo ipso tamen, quod esset in lare ipsius, consequens est, agnoscendam esse in eo *muralem* potestatem, mediante scilicet imperio suo ad ejusdem evaginationem, & usum exercendum ab ijs, qui subduntur ipsius Occumenicæ auctoritati; unde manifestum redditur, sancti Bernardi expositionem ab alijs, uti *superius* ostendebatur, Ecclesie sanctæ Doctoribus, seu Theologis comprobata, haud detortam esse ad alienum sensum: an verò gladius ejusmodi adversus Reges ad eorum ulque depositionem Pontificis natu & imperio stringi possit, elucidabitur ex proximè sequenti, alibi licet jam producto, hic autem sub aliâ formâ reproducendo fundamentum.

25. Pro secundo igitur sciscitari lobeat ex Ellicio, an non lare naturæ certissimum sit hoc principium *murale*, quod nempe supremâ Regiâ potestas non tantum in *vi defensionis* possit Coronæ læ, seu Majestatisurum in *viam*, vi etiam armatâ repellere: sed quod supremæ potestatis auctoritate possit etiam *substantialiter*

decernere de injurijs sibi quoad Majestatis suæ Iura illatis, sicque bellum iustum *offensivè* suscipiendum sancire, indeque militari exercitu progredi, ad alterum, quantumvis supremum Regem, sibi non aliter subiectum, quam ex titulo delicti, adversus Iura sua Regia hostilibus quoque armis perpetrati, è Regno suo deiciendum, cum *reali* simul & *authoritativè* ulris Regij eidem prius competentis privatione, atque abdicatione? Hoc equidem duplicatum *Morale* principium vix audebit Eliehus negare, Iure naturali esse certissimum, cum ceteroqui Christianissimi Regis sui arma conijceret in discrimen alicujus minus æque usurpationis. Quo adeò Principio *Morali* jam præsupposito, ita licet progredi rursus disquirendo: an non sit de fide quoque certissimum, quòd Oecumenica Summi Pontificis, una & Concilij vicarià Christi autoritate muniti potestas sit *suprema*? De cujusmodi adeò autoritate, supremæ potestatis veram & perfectam obtinente rationem, disquiri denuò potest: *An non pari proportionaliter modo per arma sibi proportionata, possit adversus Regem, Iurium Divine Religionis sibi per Christum appropriatorum aggressorem incorrigibilem, & contumacem, procedere ad privationem usque Regni, Iurisque Regij aliàs et competentis abdicationem, Iudicialiter decernendam, & ubi decreta est, Authoritativè demandandam executionem?*

26. Cujus proinde quaesiti sequentem pro *tertio* accipe resolutionem. In *suprema* nempe politica, & *supremà* Ecclesiasticà potestate (sub ejusmodi *supremæ* in terris autoritatis ratione) est univoca convenientia: sicque adeò jus illud, quod potestati Regiæ adversus alterum Regem Majestatis suæ Iurium aggressorem diximus convenire, non subsistit ex differentia *specificà* *supremæ* politicae autoritatis, quâ lumini duntaxat naturali commensurata, sed quemadmodum ratio virtutis est *generica* & *univoca* respectu virtutum naturalium & supernaturalium, sic illud *supremæ* in terris autoritatis, quâ *supremæ* jus, de se ipso adversus alterum, æque licet *supremum* Regem, *Judicialiter*, & *Militariter* (per arma cuique proportionata) vindicando, est *genericum* & *univocum* respectu cujuscumque, sive naturalis & politicae, sive supernaturalis Divino fidei lumini proportionatæ autoritatis, quatenus *suprema* est.

27. Ex quo adeò principio ab Ecclesiasticæ & politicae *supremarum* potestatum *specificis* differentijs abstractivo, ubi per fidei lumen sublimere licet, Oecumenicam Ecclesiæ autoritatem verè *supremam* esse, per consequentiam *Theologicè demonstrativam* inferitur prius certum, ac indubitatum principium, quòd hæc Ecclesiæ Oecumenicæ autoritas *suprema* habeat sibi *intrinsicum* jus, armis sibi proportionatis vindicandi Iurium suorum, Majestatisque suæ, Christi Vicariæ, ac Ecclesiæ sanctæ violationes injurias, & sacrilegas, dum contumacia saltem & contemptus accesserit. Atqui arma Ecclesiasticæ *supremæ* potestati proportionata sunt tum vis coercitiva *Matthæi 18. de* scripta, à correctione fraternâ procedens ad

cenfuram illam, per quam Ecclesiæ non audiens, instar Ethnici & publicani sit habendus: tum potestas solvendi *Quocumque* in terris sub *Moralitatis Christiano condigne* formalitate obtinens vel respectum ad Regnum Cælorum, vel *Moralem* ab hoc deordinationem. In hoc autem ordine *Moralitatis* ad Regnum Cælorum *ordinabilis*, quis negare ausit, cunctos Reges Christianos esse censendos, unâ cum suis publici etiam regiminis actibus *Moralibus*, Regiæque potestatis ad suam personam *subjectivâ* applicabilitate, quâ iustitiæ & naturali, & supernaturali, Religionique adeò consentaneâ? Quòd si ergo sub hæc *Moralitatis* ad supernaturalem statum Divinitus elevatæ mensurâ, per autoritatem Ecclesiæ Oecumenicam proferratur iudicium ex *indefinitâ* super *Quocumque* ad Regnum Cælorum *ordinabilis*, Regio etiam, quâ *Moralitatem* ejusmodi superinducente jure solvendo protensa potestate, quid stante hujusmodi per Christum sanctitâ, & in cælis ratâ solutione, poterit in Rege Christiano talis censuræ condemnato, superesse de Regiæ potestatis, non secundum se *formaliter* spectatâ *supremam* potentiam, sed quâ inexistebat huic supposito, Oecumenicæ Ecclesiæ autoritati subiecto, ac per sententiam legitimè exautorato?

Hinc pro quarto facile est judicare, de illo Regis terreni erga jura sua Regia adversus Summum Pontificem, eorundem injustum usurpatorem, seu aggressorem defensionis, seu vindicationis Iure reciproco. In hoc equidem utrinque paritas est, quòd non nisi sub legitimâ quoad substantialem solemnitatem perfectè Iudiciariâ *supremæ* autoritatis sententiâ præviâ locus esse possit illius defensionis ac vindicationis autoritativæ Iuri.

Verùm ex hoc ipsissimo principio, quòd Oecumenicæ Vicariæ in Romano Pontifice *supremæ* potestatis sphaera, sit circumscripta limitibus *Moralitatis* in regnum Cælorum *ordinabilis*: ad hosce autem limites, Naturalis luminis sphaeram transcendentem, nequeat se extendere potestas Politica ac Regia, utpote, cujus mensura intrâ naturæ lumen coarctata dignoscitur. Itcirco nihil occurrere unquam potest ex *supremæ* Oecumenicæ Christi Vicariæ, Romano Pontifici inexistens potestatis decretis, seu sanctionibus, seu sententijs quibuscumque, supra quod Politica Regia potestas suam valeat prætereire vel Judiciariæ autoritatis, vel armorum Militarium potentiam.

Quare inter illas duas Politicam & Ecclesiasticam potestates hoc versatur discrimen, quòd Regiæ potestatis actus etiam publici superinduuntur *Moralitate* in regnum Cælorum vel *ordinabilis*, vel *deordinabilis*, ad Ecclesiasticam autoritatem spectante: at inversus esset ordo, si prætenderetur, actus ab Ecclesiasticâ Christi Vicariâ potestate promanantes, ut sic ad supernaturalem *Moralitatis* lineam traductos, ad inferiorem retrahi posse ordinem, Politicæ seu Regiæ autoritati commensurabilem.

## ARGUMENTVM III.

Petium ex pacto seu Juramento Regum Christianorum de fide Christi defendenda.

31. Quando enim Reges & Principes ad Ecclesiam veniunt, ut Christiani fiant, recipiuntur cum pacto *expresso*, vel *tacito*, ut Regna sua Christo subiciant, & polliceantur, se Christi fidem servaturos & defensores, etiam sub pœnâ regni perdendi. Quando igitur hæretici fiunt, aut Religioni obsunt, possunt ab Ecclesiâ judicari, atque etiam deponi à Principatu. Quod argumentum gravius urget in ijs præsertim Regibus, qui Imperatores saltem, sub sui elevatione & coronatione facere constringuntur, solenne Iusjurandum pro Ecclesiâ sanctæ Iuribus tuendis: qualis potest obligatio illis vel maxime incumbit etiam ex munere Advocati & Defensoris Ecclesiæ eidem competente, juxta *Cap. Venerabilem. De Elect. & Clementinam Romani. De Iurjurando*, nec non *Cap. 2. in 6. De supplicandâ negligentia Prælatorum*.

## Exceptio Elliesij.

32. Excipit hic Author *propè finem cit. 2. §. patet* præinsinuatū neque in Baptismo, aut auguratione ejusquam Regis factum, haberi posse, nisi quoddam Reges ad Baptismum accedentes, solenni Sacramento, sicut & ceteri homines, se obstringunt ad fidem Christi servandam, sed sub pœnâ tantum spiritualibus, si ab eâ defecerint, nullo autem pacto sub pœnâ depositionis, privationis bonorum, aut aliâ hujusmodi.

## Refutatio istius Exceptionis.

33. Priusquam proximè positam Elliesij exceptionem elidamus, argumentumque prius factum obfirmemus, placuit *primo loco* indagare vim, & momentum posterioris, ex munere Advocati, seu Defensoris Ecclesiæ, Regibus, seu Imperatoribus Christianis incumbente, per nos efformati argumenti. Sub cujus discussionis exordio statim occurrit dubium: *Vtrum Advocati erga Ecclesiam munus seu Regi, seu Imperatori incumbat ex specifico Iure alicujus quasi contractus, seu pactionis saltem implicitæ?* In Occidentis equidem Imperatore videtur talis quasi contractus subsistere, dum Romanus Pontifex Imperium Græcis ademptum, transtulit in Francos & Germanos, sub *tacitâ* quasi conditione talis oneris. Attamen hæc ratio locum non habebat olim vel in Orientis Imperatore, vel in Regibus, in quibus aliâ viâ, ac independenter à Romanis Pontificibus prorogatur successio Regiæ potestatis.

34. De his igitur rursus movetur quæstio; *An ex aliquo Iure specifico, Romani Pontificatus proprio, obstringantur ad ejusmodi Advocati, seu Defensoris Ecclesiæ munus, vel potius ex obligatione quasi transcendentali, characterem Christianitatis consequente, in vi cujus scilicet quilibet Christianus non privatus duntaxat, seu personales, seu reales, sed etiam publicos ac Regios, cum Christi characterem in eo subiecto conjunctos, atque tenetur saltem non usurpare in perniciem Ecclesiæ.*

35. Verum ex quo fundamento ostenditur ista Regis Christiani obligatio *positiva*, ad se cum universis suis potentibus, & Iuribus pro Ecclesiâ impendendum, in casu saltem necessitatis? An isthæc fortassis obligatio, uti in omnibus Christianis, sic præcipue in Regibus Baptismali characterem insignitis, fundatur in hoc, quod per istum Christi characterem sint subditi, per fidem verò membra Ecclesiæ, sit autem Iuris *quasi naturalis*, ut subditus pro suo Superiore, ac membrum pro sui Corporis seu *Moralis*, seu *Politici* conservatione, omni virtute ac potentia suâ impendat se in casu, nedum *extrema*, sed etiam *gravis* necessitatis? Hoc autem supposito, ex ipsius etiam naturæ lumine perspicuum est, *adversus illum, in quo est talis obligatio, posse, dum eam non præstat, institui seu querelam, seu processum publicum*. Unde rectè inferitur, Ecclesiæ potestatem esse, conveniendi Reges Christianos, atque durius contra ipsos agendi, si deficiant in illâ suâ obligatione, quamvis ex illo præcisè argumento necdum eluceat, quanta sit Ecclesiæ, ac specificè Summi Pontificis autoritas, in tali defectu procedendi adversus Reges Christianos. Hujus proinde erga Reges Christianos potestatis Pontificiæ mensura alia non est, nisi ex verbis Christi, *Quodcumque in terris morale* Oecumenicò sanctæ Ecclesiæ Pastori *ad solvendum vel ligandum* pro causarum merito committentis. Hinc enim fit consequens, quod Regia potestas tum quoad *morale* sui substratum, tum quoad suos effectus *Morales*, ex *intrinseco* characteris Christiani debito, in Regnum Cælorum ordinabiles, *subjectivè* adeo ac *Materialiter* spectata sublie prætaxatæ solvendi potestati, Pastoralis Petri successoris muneri, per Christi constitutionem annexo.

36. Quam ob causam pro *secundo*, insistendo unice illi, quam Christus seu Ecclesiæ sanctæ, Clavibus, seu Oecumenicæ Pontificiæ potestati posuit mensuram, sequens adhuc panditur via ad indagandum; *Quomodo Papa vel ex sacrosancto intrâ Sacramenti Baptismatis susceptionem* implicite saltem firmato pacto, vel ex *vi Iurjurandi* sub ipsorum coronatione præstiti, habeat sibi subiectos Reges, & in quantum contra ipsos, *Pacti, seu Iurjurandi* hujusmodi temeratores valeat procedere? Nempe in dubium vocare haudquaquam licet, quod pacti illius Baptismalis temeratio, seu Iurjurandi cujuscumque, illius præsertim, quo Ecclesiæ defendendæ pollicitatio firmatur, violatio, perjuriæque adeo reatus, subsit coercitivæ *Matth. 18.* Ecclesiæ per Christum concessæ virgæ, ad excommunicationis usque censuram procedere potenti. Quod autem ista Ecclesiæ coercitiva virga ad Regum usque exauthorationem ac depositionem extendi valeat, manifestius evincitur ex sæpè præallegatis *Joan. 20. & 21. item Matth. 16.* claris textibus Evangelicis. Duplex namque in Ecclesia existit Tribunal à Christo Domino institutum. Unum fori interni pœnitentialis, cui subiciuntur quorumlibet Christianorum cuncta etiam secretissima cordis peccata. Cui hoc? Nisi quia Christus *Joan. 20.* Apostolis *indefinitè* dixerat, *Quorum remiseritis peccata, remittentur*.

## CAPUT VI.

Quantum momenti sit in argumentis, ad Pontificiam supra Reges potestatem probandam desumptis ad exemplis, seu factis Summorum Pontificum, seu Occidentiorum Conciliorum?

## §. I.

In quo expenduntur argumenta, petita ex Theodosij Imperatoris excommunicatione, Gregorij Magni uno, alterove privilegio inferius referendo; nec non Gregorij II. excommunicatione adversus Leonem Isaurum, ac depositione Childerici Galliarum Regis.

## ARGUMENTUM I.

Ex Theodosij & Leonis Isaurici excommunicationibus, ac praesinuato Gregorij Magni privilegio.

In primis notum est, referente etiam Theodorico lib. 5. hist. cap. 13. Theodosium Imperatorem propter eadem Thessalonica factam, a sancto Ambrosio Mediolanensi Episcopo prohibitum fuisse ingresso Ecclesiae, ac ea postmodum conditione restitutum, ut legem ferret, ne deinceps sententiae de eade, aut Bonorum proscriptio ante triginta dierum spatium executioni mandarentur. Unde Belarminus probare nititur, posse Principes Ecclesiasticos non solum in foro interno conscientiae, sed etiam in foro externo Ecclesiastico disponere de temporalibus, in ordine ad spiritualia: quemadmodum fecisse nescit Ambrosius, tum eadem ab Imperatore facta causam, tanquam ad suum tribunal pertinentem judicando, tum Imperatori mandando, ut legem de Civilibus ferret.

Deinde in privilegijs Abbati Monasterij Semmerdardensis a S. Gregorio Magno impertitis, subiunguntur haec verba, Pontificia erga Reges potestatis manifestum argumentum praeserentia: Si quis Regum, Antistitem, Iudicum, & quoruncunque secularium personarum, huius Apostolicae auctoritatis, & nostrae praeserentiae decreta violaverit, cuiuscunque dignitatis sit, honore suo privetur. Similis forma habetur in privilegio Xenodoichij Augustodunensis.

Inducitur porro ad intentum nostrum Gregorij II. exemplum, qui Leoni Isauri a se excommunicato prohibuit vestigalia solvi abtalis, & proinde ea parte Imperij multavit, imò, & si nonnullis credere velimus, universum ipsum Imperio deiecit.

## Exceptio Elliesij.

Excipit hic Author r. Ubi temporalis res cum manifesto peccato est conjuncta, tunc istam ratione peccati esse notionis Ecclesiasticae, non ut absolute de ea disponat Ecclesia, sed ut moneat, hanc, vel illam actionem Dei lege non licere. De temporalibus igitur agi posse in foro Ecclesiae, sed spiritualiter, & in ordine ad spiritualia, quatenus adjunctam habent bonitatem, vel malitiam moralem. Ex hoc praeterea (si tamen Theodoritus in ea relatione non sit deceptus) quod S. Ambrosius

n. an.

mittuntur eis &c. In quo autem consistit peccati ratio, nisi in Moralitate deficiente a Regni Caesorum, seu finis supernaturalis ordine? At Christus non minus indefinitè dixit: Si peccaverit in te frater tuus (non proficiente fratre, na correctione) denunciatus eum Ecclesiae, quam si non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Qui per Christum constitutus procedendi modus respicit alterum a Christo institutum Ecclesiae tribunal, pertinens ad Forum externum, cui proinde subest omne fratris Christiani peccatum, sitamen respectu ejus fori valeat probari. In hoc igitur Foro Ecclesiae externo, quis in terris supremam habet auctoritatem, nisi Petri successor, cui omnes Christi oves sunt concredita, una cum Clavibus Regni caelorum & Triumphantis & Militantis? Quamnam verò est materia hujus Fori, nisi quam Christus definit hisce verbis ad Petrum prolatis: Quodcumque solveris, aut ligaveris super terram, erit solutum, seu ligatum in caelis? Hoc verò Quodcumque, utpote universalitatis vocabulum, num arctius exponi debet, quam illa indefinita voces: Quorum remisistis peccata, & si peccaverit in te frater tuus? Si ergo ex vi harum indefinitè positarum vocum, Foro Ecclesiae tum secreto poenitentiali, tum publico judiciario subitominis Moralitas a Regni caelorum ordine, seu Fine supernaturali devians, quid ni sub isto universalitatis vocabulo Quodcumque, solvers, dicendum sit, denotari omne Morale, qua habens ordinem ad Regnum Caelorum seu Militans, seu Triumphans? Quod si ergo illa Petro, ejusque successori concessa Fori Externi potestas extendi debeat super Quocumque, atque adeo super Regiminis quoque, politici exercitio, & applicatione subjectiva, qua Moralitatis in Regnum Caelorum ordinabilis formalitatem superinducente, quomodo fas est, dicere, talem in Regibus Moralitatem pro Foro Conscientiae, non verò in ordine ad Externum judicium Ecclesiae Forum, esse subjectam Apostolicae auctoritati, protentiae super Quocumque, universalitatem designante, cum tamen respectu Fori interni subjectio peccatorum, non nisi sub vocula indefinitè designetur? Quia proinde sub illo Quocumque, super omnem Christi ovem, & omnimodam in Externo Foro probabilem, Moralitatis in Regnum Caelorum ordinabilis formalitatem protentio, continetur & Rex Christianus, & cuncta ejusdem quoad Regiae potestatis exercitium, & applicabilitatem subjectivam Moralitas, quomodo haec non universaliter dicenda est, subest Summi Pontificis auctoritati, seu potestati solvendi? Ubi verò Regiae potestatis Ius, qua huic personae sub Morali ad Regnum Caelorum ordinanda applicabilitate inexistens, continget, per illam Apostolicam auctoritatem ex causalibus Moralibus Regnum Caelorum tam Militans, quam Triumphans respicientibus, Regisque depositionem efflagitantibus solvi quomodo intelligi potest, non esse tunc facta effectiva Regis exauctoratio? In aperto igitur est, ex praedictis fidei principijs demonstrari Summi Pontificis potestatem erga Reges Christianos, a Regni Caelorum, & Militantis & Triumphantis ordine perversè ac pertinaciter, cum publica etiam Ecclesiae pernicie, deficientes exauctorandos.

exp. pag. 229. n. 41. n. 42.

## Refutatio istarum exceptionum.

mandavit Imperatori, ut præinsinuatam ferret legem, unice probari, Episcopo & Presbytero esse potestatem, leges indicendi etiam Regibus sub penâ retentionis peccatorum, ut, quæ ad isthæc sananda duxerint esse necessaria, remedia adhibeant.

5. *Secundò*, Adversus præinsinuata Gregorij Magni privilegia, seu potius contra ipsam insertam, Regibus præjudicialam clausulam excipit Ellicsius, privilegium ejusmodi esse subreptitum, & ab aliquo recentiore, Gregorio affictum; velut invictissimè a Launoio demonstratum sit. Idem dicendum esse de privilegio Xenodochij Augustodunensis, utpote quod tam varie habeatur, ut hinc intelligatur, esse suppositum, vel interpolatum. Et verò, si clausula illæ veris ac genuinis Gregorij Magni privilegijs continerentur, non alium habitura esse sensum, quam imprecatorium; uti Summis Pontificibus in more est, tales Divinæ etiam indignationis imprecationes suis decretis, seu privilegijs à se concessis erga eandem temeratores, in fine subjungere.

6. *Tertio*, Idem Ellicsius contra Leonis Hauri à Gregorio II. latam excommunicationem excipit, quòd recentiores Scriptores Greci in odium Romani Pontificis eam confinxerint: tum quia in epistolis Gregorij nullum in Leonem hujus judicij occurrit vestigium. Tum quia Carolus Magnus in epistola ad Constantinum & Irenem, dissidij inter Gregorios II. & III. ac Leonem faciens mentionem, non meminit, nisi admonitionis, ac precum, quas illi Pontifices interposuissent, sed frustra, ad Imperatorem illum à suis contra imagines conatibus avertendum. Tum quia Paulus Diaconus lib. 6. de gestis Longobardorum cap. 49. refert, Gregorium II. impedivisse, ne Itali alium sibi Imperatorem, illo rejecto, crearent, claro adeò argumento, eum Pontificem Hauri haud voluisse, vestigialia non solvi, partemque Imperij sic multatè. Tum quia Anastasius Bibliothecarius ad annum 658. fuse narrans, quæ in dissidio Gregorij II. & Leonis Hauri sunt gesta, nihil habet de excommunicatione Imperatoria, vestigialiumque, jussu Pontificis factà subtractione. Tum quia Gregorius III. postea Leonem Imperatorem agnovit, humanissimis ad eum datis litteris: neque Damascenus orat. de imag. rerum à Leone adversus imagines gestarum mentionem faciens, refert, eum aut Regno privatum fuisse, aut excommunicatum à Pontifice.

7. Quantumvis ergo Theophanes, Cedrenus, Zeno, Nicephorus, & cum istis recentiores Historiographi Latini scribant, Leonem Hauri à Gregorio II. fuisse excommunicatum, & exactione tributorum Italiæ privatum, ipsimet tamen Gregorio, Paulo Diacono, Anastasio, & alijs Scriptoribus, eum antiquioribus, & fide dignioribus, majorem esse fidem habendam. Procul igitur abesse, ut Gregorius II. quidquam tentarit in jura, aut vestigialia Hauri, sed & si quid tentasset, ejus factum non esse trahendum in exemplum, cum sit contra Evangelij legem, quæ jubet: *Quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei sunt, Deo reddenda esse.*

8. *Primo*, Pro accepto recipio, quod Ellicsius circa Theodosij Imperatoris ab Ecclesiæ ingressu interdictum profert: nempe de temporalibus posse quidem agi in foro Ecclesiæ, sed spiritualiter, & in ordine ad spiritualia, quatenus adjunctam habent bonitatem, vel malitiam *moralem*. Numquid verò potestas Regia, non in seipsa *formaliter*, sed *subjectivè* sumpta, quatenus hujus Regis, authoritate suâ in Ecclesiæ manifestam perniciem, ac sacra Religionis, fideique Orthodoxæ everisionem abutentis, personæ individuae inexistit, sicque ad actus publicos, *moralitate* in regnû calorum ordinabili, vel extra ordinem istum exorbitante, inevitabiliter affectos progreditur; sub tali publico præminentia Regalis abusu tam exercendo, jam est conjuncta cum malitia *moralis*? Quandoquidem proinde, ipso Ellicsio fatente, Ecclesiæ sanctæ foro subdantur etiam temporalia, quatenus ordinem præferunt ad spiritualia, adjunctamque habent malitiam *moralem*, publicæ præsertim Religionis infentam; numquid, ubi excellentiæ Regiæ jura temporalia, non equidem *ex se formaliter*, sed *ex subjecti*, cui inexistunt, nequitia, per insuperabilem hujus pertinaciam, sunt immobilis radix tam enormium scelerum, publicorumque Orthodoxæ Religionis damnorum; procederè licebit Ecclesiæ, ad mali ejusmodi radicem è subjecto illo tollendam, mediante Clavium Apostolicarum solutione, prævalere poterit ad quodcumque in terris *morale*, sive uti Ellicsius loquitur, malitiâ *moralis* infectum, *authoritative* solvendum?

9. Quo adeò principio per ipsummet Adversarium nostrum ratificato, haud difficulter pro *secundo*, refutatur præfacti Ellicsij *secunda* exceptio, prætendentis, clausulas in præadductis Gregorij Magni privilegijs insertas, esse solum imprecatorias, non verò *authoritative* decretorias exauthorationis Regum, si contra ea privilegia protervè agerent. Numquid enim ipsa ratio evincit; ut in ejusmodi clausulis prudenter discernamus id; quod à solius Dei imperio, ac providentiâ, potestateque dependet, & id, quod in ipso etiam Summo Pontifice, talem clausulam ponente, respicit *authoritatem* interminationis à se factæ, ipso etiam Jure exequendæ potestate præpollentè. Quandoquidem igitur maledictionis æternæ effectus non sint in potestate Pontificis, sed Dei solius; erga hos nequit nisi comminatoriam; sed comminatoriè imprecatoriam clausulam; Papa suis Rescriptis, seu Decretis insertè. Secundus verò est de effectibus; super quibus prætenditur Oecumenica Ecclesiæ sanctæ Clavium *authoritas*, intrâ cujus spheram ex disertò Christi verbo, continetur *quodcumque* *Morale*; sicque adeò temporale etiam quæ, *moralis*, uti Ellicsius ait, seu bonitate, seu malitiâ affectum: in quo genere planum est; comprehendi Regiam quoque potestatem; non in se *formaliter* spectatam; sed quatenus in hoc subjecto reposita; est radix multimodæ malitiæ; ac perversitatis; in publicam etiam Ecclesiæ perniciem redundantis; In quantum igitur

aliqua Pontificia constitutio adversus hujus temeratores decernit Regalis dignitatis ab hoc subjecto abdicationem, minime dicenda est talis comminatio esse merè imprecatoria, sed cum reali effectu importat, Regiæ præminentia in tali subjecto privationem, vel ipso jure, & facto, vel mediante decisoria criminis sententiâ, incurrendam.

Conatur equidem Ellicius præductum  
10. Monasterij Semmerdardensis privilegium à Gregorio I. amoliri, ex levibus tamen seu conjecturis, ac indicijs, vel argumentis ab autoritate *negativa* duntaxat efformatis, uti legenti patebit. Idemque facere nititur adversus privilegium Xenodochij Augustodunensis. Adversus cujusmodi Ellicianum conatum, sufficiat observare, tum quòd de isto privilegio constat ex lib. 2. *Gregorij Magni epistolâ*, quas vindicat Author *tract. de libert. Ecclesiæ Gallicanæ lib. 4. cap. 6.* prævalide ibidem confutans Ioannem Launoium, tres illas epistolas suppositas, aut saltem interpolatas ostendere conatum, tamen ab undecim ferè sæculis nemo eas in dubium revocavit, nec solum à Gregorio VII. allegata fuerit prima earum, sed omnes à pluribus, etiam Gallicanorum monumentorum collectoribus exscriptæ sint; velut eo loco per totum cap. ostendere pergit præcitatus Author, quò Lectorem, si fortassis scrupulo pulsaretur, remittere voluit.

ex pag. 997. 1.

11. Quare ad Ellicij præductum principium regrediendo, quo dixerat: *Posse in foro Ecclesiastico spiritualiter agi de temporalibus, quatenus ista nimirum adjunctam habent moralem malitiam; comperio essatum hoc minime dissonare à prædicti Gregorij Magni sententiâ in Psal. Pœnit. 4. asseverantis: Nullam sinere rationem, ut inter Reges habeatur, qui destruit potius, quam regat imperium. Quomodo enim fieri posset, ut Gregorius in hoc suo iudicio intentus esset ad aliam, quam ad moralitatis, à debito regiminis moderamine in tyrannidem perverisæ, rationem, sub quâ per sanctæ Ecclesiæ Claves, merito pronuntiari posset indignus Regiæ potestatis sublimitate, qui tot sceleribus in Imperij simul, ac Ecclesiæ perniciem redundantibus, obnoxius, per moralem malitiam suam in foro Ecclesiastico incidere iudicium?*

Hinc tertio regressionem faciendo ad Ellicij exceptiones, quas Gregorij II. adversus Leonem Isaurum lata excommunicationi, unâ & vesticigium in Italia spoliationi opposuit: unice repono, quòd ipsissima hæc oppositiones ac exceptiones jam antehac à præcitato Authore *tract. de lib. Ecclesiæ Gallic. lib. 4. cap. 12.* fuerint elisæ, tum quòd testibus alijs à me allatis, eas contra Isaurum censuras tam clarè affirmantibus, opponendi fuissent alij testes æquè clarè negantes, aut certè rationes validissimæ: dum tamen Ellicius non nisi testium de eadem recitentium, vel ad summum alia, non tamen contraria, loquentium autoritate, vel conjecturis ad dimittendam communem hominum sententiam, parum potentibus, causam suam toetor: uti præallegatus Author, rem hanc ubi supra exactius discutiendo, pluribus id ostendit,

ibi n. 9. in hæc differens verba: Etiam si Launoius ( seu Ellicius modò ) testes adduceret expressè negantes, quas alij asserunt, Gregorij II. adversus Isaurum censuras, non obtineret, quod intenderet. Uti enim ex Iurisperitorum doctrinâ, jura cum juribus, sic testimonia cum testimonis concilianda sunt, dum inter se pugnare videntur, nec insolubilis est contradictio. In hoc autem casu facilissima esset concordia: certum enim est, Gregorium II. omni pacificâ ratione Imperatorem illum ad sanam rationem revocare conatum fuisse: unde de illo tempore intelligendi essent Scriptores, qui negarent, Summum illum Pontificem Imperatori tributa negasse: qui autem affirmant prohi bitam illam solutionem, interpretandi sunt de ultimo tempore, quando scilicet constitit, nullam ipem esse, Imperatoris convertendi, prout haud obscure id insinuat Theophanes in *Chronologia* post Gregorij II. monita in Isaurum haudquaquam proficientia, subjungens; tunc Pontificem Italia tandem ac Romæ, tributa ad ipsum deferenda prohibuisse.

Et hinc tam parum prodest Ellicij intentioni, quòd Paulus Diaconus refert, impedivisse scilicet Gregorium II. ne Itali, rejecto Leone, alium sibi crearent Imperatorem, ut istud nostro potius deserviat intento, quatenus hinc redditur conspicuum, non in Italis, sed in Summo Pontifice fuisse potestatem, illum Imperatorem privandi, imperio vel ex toto, uti postea docebitur factum à Zacharia Papa, vel ex parte, quoad vesticigium privationem; prout fecerat Gregorius II, cui proinde Ellicius ( in eo duplicato Gregorij, Italos ab Imperatore alio creando coercentis, sed tamen per seipsum vesticigium spoliationem erga Isaurum decernentis, actu contrarietatem frustra etiam contingens ) per summam calumniam imponit, ac si ex hoc reus esset violatæ sanctæ Evangelicæ legis, quâ Christus iussit: *Cæsari, quæ Cæsaris, & quæ Dei sunt, Deo reddenda esse.* Numquid enim autoritativam, quodcumque in terris solvendi potestatem Petro, ejusque successori commissam exercendo, Christi Vicarius reddit Deo, quæ Dei sunt, cui Divino Religionis debito cedere, oportet, quodcumque terrestre jus, quantumvis Regium? At ipsemet supra factus est, illam Ecclesiæ Clavium propriam solvendi potestatem, extendi etiam ad temporalia, quæ moralitate, extra debitum Dei cultum religiosum, exorbitante afficiuntur. Hoc autem, sub ipso Imperatorij juris adversus sacras imagines enormissimo abusu, in Leone multis salutaribus Gregorij II. hortamentis ad meliorem frugem reduci nolente, eatenus noscitur factum, ut propterea fuerit adversus ipsum lata excommunicationis censura, cum solutione Imperatorij quoque erga vesticigialia Italica juris. Quæ proinde vesticigium ejusmodi privativa, per Christi Vicariam potestatem indicta solutio, tantæ fuerat efficacis, ut jus ejusmodi non amplius esset Cæsaris, sed per hujus autoritativam abdicationem fuerit Deo redditum, quòd Dei erat, sive quòd Divini honoris jus & ratio exigebat.

A R.

ARGUMENTVM II.

Responsio, ac retorsio harum Exceptionum refutatoria.

Desumptum ex Childerici Galliarum Regis depositione.

DE Zacharia Summo Pontifice insignium Authorum est relatio, quod rogatus a Primoribus Francorum, Regem Childericum deposuerit, & in ejus locum Pipinum Caroli Magni patrem, Regem creati jussit. Cujus causa fuisse dicitur, quod propter Childerici socordiam, & Religioni, & Regno in Gallia extrema ruina imminere videretur.

Exceptio Elliesij.

15. Excipit primò Elliesius cit. dissert. 7. cap. 3. §. 3. à pag. 513. liquere omnium Scriptorum testimonio, Merovingios, quorum ultimus fuit Childericus, amisisse omnem authoritatem, ac nominatenus tantum Reges fuisse. Ad quod probandum, is Parisiensis Doctor inducit Eginhardum in vita Caroli Magni. Aimonium lib. 4. cap. 66. Abbatem Urspergensis in Chronico ad annum 753. Reginonem lib. 2. Chronicorum. Othonem Frisingensem lib. 5. Chronicis cap. 21. Abbatem Tudenicam ad annum 754.

16. Secundo. Scriptores ferme omnes uno consensu asserere, Zachariam tantum consultum esse à Gallis, uter, Childericus scilicet, vel Pipinus, habendus esset pro Rege, atque Pontificem illum consulenti potius, quam jubentis, aut deficientis in morem respondisse, inductis ad hoc probandum Eginhardo in Annalibus ad annum 749. Aimonio lib. 4. de gestis Francorum cap. 61. Biondo Flavio lib. 10. Decadis 1. & pluribus alijs, ab eodem Elliesio relatis, ex quibus prætendit, constare, Legatos à Gallis Romam fuisse missos, non ut à Pontifice peterent, autoritate illius regnum Childerico abrogari, & Pipino tradi, sed ut à sacramento fidei absolvi, quod procul dubio petissent, si tunc hujusmodi potestatem habere Pontificem, fuisset persuasum.

17. Tertio. Neque Childericum esse solio dejectum, neque Pipinum in ejus loco fuisse electum à Pontifice Zacharia, sed ab universis Francis in Comitibus totius Regni; veluti constat ex Eginhardo in Annalibus ad annum 750. Biondo Flavio lib. 10. Decadis, Reginone lib. 2. Chronicis. Annalibus Francorum ad annum 750. pluribusque alijs ab Elliesio inductis historiographis.

18. Hinc quarto post tantam testium nubem, non posse in dubium revocari, quin Childericus non à Pontifice Romano, sed tantum ex ejus consilio, fuerit à Francis universis in Conventu publico denotatus, & ab ipsdem, secundum antiquum Galliarum morem proclamatus, & in solio collocatus Pipinus, sicque adeo, dum quidam dicunt, Zachariam deposuisse Childericum, hoc, advertente Ioanne de Parisiis cum Golla ordinarij, exponendum esse, quod Pontifex Status Franciarum, Childericum deponentibus, continerit.

Respon-

Dum, mi Elliesi, in prima exceptione contentis, Merovingios, atque horum potestatem Childericum, amisisse Regiam authoritatem, ac nominatenus tantum Reges fuisse, num per hoc intendis, Childericum alia, quam publicæ authoritatis, vià fuisse solio regni spoliatum? At ipsemet hic fateris, jus hereditarium ad Regnum superfuisse Childerico? Quomodo igitur hoc jure suo privari justè potuisset, nisi per publicam authoritatem ipsius etiam Summi Pontificis? uti Eginhardus in vita Caroli Magni, à te (regiminis Regalis actum & jus, in verbis tuis prioribus confundere visis) perperam allegatus, apertissimè scribit: *Genus Merovingiorum, de qua Franci Reges sibi creare soliti erant, usque ad Childericum Regem, qui jussu Stephani Pontificis Romani depositus, ac detonsus, atque in Monasterium detrusus est, durasse putatur. Pipinus autem per authoritatem Romani Pontificis ex præfecto palatii Rex constitutus. Cui ad stipulantur Annales Francici ad annum 749. & 750. ubi dicitur: Hoc anno, secundum Romani Pontificis sanctionem, Francorum Regem appellatum, & unctum esse Pipinum, Childerico in Monasterium misso.*

Ex Gallis equidem recentioribus, inter loca vita Caroli Magni, & præinsinuata loca Annalium Francorum contradictionem, uti putat, ferè insuperabilem opponit advertarius, quod in vita Caroli Magni institutio Childerici, & institutio Pipini tribuatur Stephano Papæ, in Annalibus verò Zachariæ. Sed imaginaria hæc contradictio ex se ipsa evanescit, dum ex libelli de Majoribus Domus Regie non mutilè, sed integrè prolatis verbis liquet, rem à Zacharia sub finem Pontificatus sui inchoatam, à Stephano ejusdem successore perfectam, aut confirmatam fuisse.

Ex præadductis porrò Eginhardi integerrimi Authoris, nec non Annalium Francicorum verbis, pro secundo, manifestè constat, non de consilio duntaxat Romani Pontificis, sed hujus jussu, sive per hujus authoritatem, fuisse Childericum dejectum, Pipinum verò erectum ad Regale solium. Quemadmodum id Annales præfati ad annum 749. emphaticè describunt, asserendo equidem, *Burchardum VVirzburgensem Episcopum, & Idradum Presbyterum Capellanum missos esse ad Zachariam Papam, ut ipsum consulerent de causa Regum: attamen mox subiicit. Per hos Legatos prædictum Pontificem mandasse, quod melius esset, illum vocari Regem, apud quem summa potestatis consisteret, datæque authoritate, jussisse, Pipinum Regem constitui. Quæ loquendi modum tenent in super Regino, Otho Frisingensis, Abbas Urspergensis locis ab ipso met Elliesio allatis, uti etiam Sigebertus in Chronico, Paulus Æmilius post Othonem Frisingensem, dicens in super, populum à juramento fidelitatis à Pontifice absolutum fuisse.*

Quæ tamen universa elucere nititur Elliesius: Cum idem, inquiens, scriptores responsionem Pontificis, Gallorumque petitionem ita referant, ut pateat, consilium solummodo à Gallis questum, & à Pontifice datum esse: reddi hinc consequens,

Bd z

sequens

Authoritas  
historica  
GVI  
186



sequens, quod, cum dicunt: Pipinum jussu & autoritate Pontificis factum esse Regem, nihil aliud sibi velint: quam eum Gallis fuisse authorem, ut id fieret: siquidem & consilium veniat per sepe nomine imperij, & quod ex alicujus consilio est factum, dicatur ex ejus autoritate factum. Sed quis videat, eam expositionem violentam, & perquam tortam esse? Quis ex illis luculentissimis verbis Authorum non inferat, Summum Pontificem illi consilio à se postulato adjunctisse autoritatem? Quid enim aliud sonant ea verba, quibus dicitur: *Iussu Stephani Romani Pontificis, depositus fuisse Childericus, datâque autoritate suâ jussisse, Pipinum Regem constitui, ac secundum Romani Pontificis sanctionem Pipinum Regem Francorum esse appellatum?* Quandoquidem proinde luculentissimum testimonium Eginhardi solum etiam sufficeret, quia eo tempore vixit, & quia rem narratam ignorare non potuit, eaque sinceritate scripsit, ut fides ei negari non debeat, id ipsum nihilominus confirmant Aimonius in lib. 4. de gestis Francor. cap. 61. Regino Prumiensis Abbas in lib. 2. Chronic. Marianus Scotus in lib. 3. Chronic. Otto Frisingensis in lib. 5. hist. cap. 21. Abbas Urspergensis in Chronico. Sigbertus in Chronico ad annum 750. Paulus Amilius in lib. hist. Franc. Fredegarius Scholasticus in fine Chronici. Guillelmus Nangius in Chronographia manuscripta. Robertus Gagvinus in lib. 3. hist. Franc. Carolus Sigonius in lib. 3. de Regno Italico. Quâ proinde ratione tot testimonij, ex parte adversa, aliorum quorundam Scriptorum, vel etiam unius Anastasij, uti apud Launoium videre licet, silentium anteponitur?

24. Ea igitur Eliesij miserrima profectio cavillatio, quâ verba illa, *Mandatum, jussio, autoritas, sanctio*, & similia, quibus Scriptores utuntur, cum de Summi Pontificis ea in re partibus loquuntur, denotare tantum consilium, interpretatur, ex ipsorum locorum imperturbato mentis oculo, ac sine præpostero aff. Cui lectorum, contextu dissolvitur. Et verò, cum ipsimet etiam Adversarij negare minimè audent, de consilio, imò & consensu Pontificis depositum esse Childericum, ac subrogatum Regem Pipinû, num fas est dicere, consilium istud, seu consensum non fuisse autoritativum, nisi scilicet Christi vicariâ autoritate, de qua sæpius disteraimus, ac ulterior redibit sermo? Nisi enim Procures, & Status Francici eâ in re ad istam Christi vices in terris agentem autoritatem, in Romano Pontifice respexissent, ut quid ad eum, recursum propterea haberent, dum ubi ad Reipublicæ suæ duntaxat Bonum essent intenti, ex se ipsis longè fuissent aptiores, ad consilium publico Regni sui Bono coaptatum, communibus suffragijs capiendum?

25. Hinc pro tertio, intentioni nostræ nequidquam refragatur illa Eliesij exceptio, quâ præten dit, *Childericum è solio dejectum, ac Pipinum ejus loco ab universis Francis in Comitij totius Regni subrogatum fuisse.* Inprimis enim, quomodo istud coherere posset cum prætenso illo principio, quo Regia potestas asseritur esse immediatè à Deo, nisi ab hac distingui assereretur Regalis dignitatis collatio, in tantum, ut illa sit quidem juris Divini, hæc verò subjaceat humanis quoque dispositionibus & ordinatio-

nibus? Si porrò Regiæ præminentie ad certum individuum suppositum applicatoria, ab hominum dispositione dependens ordinatio, spectetur ex fine politici duntaxat regiminis, ad quid Comitia Francica expectassent seu consilium, seu jussionem Romani Pontificis, nisi ex parte hujus esset autoritas protendi potens super ipsissimum illum Regiæ seu depositionis, seu evectiois actum politicum, non equidem quâ politicum, sed quâ supervestitum moralitate in regnum cælorum ordinabili, ut sic ipso etiam Eliesio fatente, subordinationem habente erga Apostolicam Romani Pontificis autoritatem.

In Statibus equidem politicis Regni Francici, ipsimet Eliesius reponit, vigere morem deponendi Regem ineptum, atque idoneum huic subrogandi potestatem, ex quo autem rationis fundamento istud subsistere valet, nisi per rationem publici Boni, exigentis Regem aptum politico regimini administrando? Num verò ista publici Boni in regimine etiam politico curandi obligatio, & sollicitudo in Statibus Regni Francici stare poterat absque moralitate in Regnum cælorum vel ordinabili, vel deordinabili secundum ipsum etiam Eliesium, subjectâ fori quoque externi potestati Ecclesiasticâ? Numquid ergo ex hoc respectu, tum multo magis eâ ex ratione, quod Ecclesiæ quoque sanctæ necessitas exigere videretur Regem Franciæ, qui sacræ etiam Religionis curam gereret, Papa seu jussionem, seu sanctionem, seu mandatum, seu consilium illa de re facturus, intentus esse debuit in suam Apostolicam, de quocunque moraliter super terram solvendo autoritatem? Ex qua proinde est merito dicenda, facta fuisse Regiæ, qua moralitate ejusmodi veltitæ sublimitatis solutio, ejusdem intrâ hoc suppositum peremptoria, ac translativa in Pipinum.

## S. II.

*Quantum momenti sit in argumentis desumptis solis ex Imperij Occidentalis à Græcis ad Francos, indeq. ad Germanos translatione, nec non septem Electorum institutione factâ per autoritatem Pontificiam?*

## ARGUMENTUM I.

Ex translatione Imperij à Græcis ad Gallos.

Hoc argumentum ita proponitur à Bellarmino. *Septimum Pontificiæ supra Reges etiam exauthorandos, potestatis est exemplum Leonis III. qui Imperium transfudit à Græcis ad Germanos, propterea, quod Græci nullum auxilium laboranti Ecclesiæ Occidentali afferre possent. Imò, quod Imperatores Græci in hæresin prolapsi, eandem etiam pertinaciter tuendo, infesti essent sanctæ Ecclesiæ hostes. Cujus translationis æquitatem & iustitiam, ait Eliesius, solere insuper probari ex omnium Occidentis Regum, qui Carolum Magnum pro vero, & legitimo Imperatore agnoverunt, iudicio.*

## Exceptio Elliesij.

28. **E**Xcipit hic Author. Quanta sit hujus exempli ad propositum negotium inutilitas, atque inutilitas, statim dignosci, cum Pontifex Romanus nihil omnino juris, aut terrarum Carolo dederit, aut Imperatori Græco abstulerit: sed merum nomen Imperatoris, idque non solus ipse contulerit, sed simul cum populo Romano, cujus nomine, velut præcipuum ejus membrum, egit. Nam primò diu antea, quam Carolus Imperator nominaretur, Græcus à dominio Provinciarum Occidentis exciderat, & Carolus jure successioneis, aut armorum, dominus erat Galliæ, Germaniæ, Pannoniæ, partis Hispaniæ, & maximæ partis Italiæ, ac præsertim Urbis Romæ, quæ sedes erat Imperij. Itaque nomine Imperatoris adepti, ditiores non esse factum Carolum, nec quidquam Græco Imperatori abiatum esse: ac proinde, etiam si Leo solus Imperatorium nomen dedisset Carolo, non inde sequi, Romanum Pontificem aliquid in temporalia juris habuisse. Quantumvis proinde electio ista, seu potius tituli Imperatorij collatio, à nonnullis Scriptoribus Leoni, ut Civitatis Romanæ Principi tribuatur, ab alijs tamen referri acceptam ex beneficio Procerum, & populi; Annalibus Francorum ad annum 801. contestantibus: Leonem Papam capiti Caroli imposuisse coronam, & à sancto Romano populo acclamatum esse, Carolo Augusto, à Domino Coronato, & pacifico Imperatori vita & victoria. Iisdem verbis id narrat à Monacho Engolismensi in vita Caroli Magni. Aimonio lib. 5. cap. 31. Adone in Chronico ætate 6. Gofrido Viterbiensi in Chronico, & Otone Frisingensi.

29. Nec juvare, si cum Bellarmino opponatur: In præallegatis Francorum Annalibus in eo negotio non aliari fieri mentionem Romani populi, nisi acclamantis, & quidem non ante, sed post coronationem, à Pontifice Leone III. peractam. Nam contra hoc replicat Elliesius præstatus, notum esse, quòd olim Imperatores Romani per hujusmodi acclamationes à militibus & populo electi fuerint, cum prius à privatis fuissent propositi, & tamen eorum electio non ei, qui proposuerat, sed universis militibus, & populo fuisset attributa: imò acclamationes istas arguere non modò præsentem, sed etiam præcedentem populi consensum.

30. **S**ecundò. Pontificem coronam Imperatoriam imponendo Carolo, egisse vices omnium Romanorum, velut præcipuum Civitatis membrum, unde multos historicos ne Leonem quidem nominare, sed dicere, à Romanis tantum fuisse nominatum Carolum Imperatorem: ita facere Marianum Scotum lib. 3. Lambertum ad annum 801. Lupoldum Bambergensem lib. de jurib. Imperij. Asserere Blondum Flavium Decade 2. Leonem Pontificem coronasse Carolum Imperatorem scito, præcibusq. populi Romani. Similia habere Eneam Sylvium in epitome Blondi de ortu Imperij cap. 9. Philippum Bergonatem lib. 2 in supplemento. & plurimos alios ibi relatos. Ex quibus proinde constare, Carolum Imperatorem esse declaratum precibus, consentu, votis, scito, & acclamationibus populi Romani. Nec

esse, quòd Bellarminus opponat, aliquos ex præstatis Historicis, ac præter hos, Cedrenum, Zonaram, Paulum Diaconum, Eginhardum, dicentes, Carolum à Leone Imperatorem esse factum, aut declaratum, & ab eodem inunctum, atque coronatum: cum non repugnet, Leonem id, dici fecisse, quod non solus fecit, nec suam tantum auctoritate, sed vices agens populi Romani, & velut voluntatis ejus ac judicij executor, aut etiam velut Romanorum primus & præcipuus.

**T**ertio. Quod spectat ad coronationem & inunctionem, certum esse, illas esse meras ceremonias ad Imperij substantiam non pertinentes, quas in Gallia erga Regem Christianissimum ab Episcopo Rhemenfi, in Anglia verò erga hujus Regem ab Episcopo Cantuariensi perfici, neque tamen dici posse, ab istis Episcopis fieri, aut constitui Reges: quemadmodum Justinum quoque Imperatorem à Joannè Constantinopolitano jam coronatum, post sex nihilominus annos voluisse adhuc coronari ab Episcopo Romano. Quare coronationem non facere Imperatorem, nec dare jus ad Imperium, sed supponere eum, qui coronatur, jam esse Imperatorem, aut Regem, habereque aliunde jus ad Imperium. Itaque Carolum Magnum jure successioneis & armorum, possedisse Occidentis Imperium, atque ab universo populo Romano accepisse nomen Imperatoris, à Leone verò coronationem & inunctionem.

Neque alicujus valoris esse iteratam Bellarmini oppositionem, quòd, licet Carolus Regnum Longobardorum armis obtinuerit, Romanos tamen nunquam bello vicerit, nec proinde eorum Rex fuerit, sicq. ad id Regna Occidentis, non tamen Imperium sibi paraverit. Nam hoc ita elidere nititur Elliesius, Carolum nempe Romanos non bello sibi subjecisse, sed ab his ultrò fuisse agnitum supremum Dominum: quamvis enim isti suis legibus se regerent, supremam tamen potestatem fuisse penes Patricium & Imperatorem. Quod addit Bellarminus: Carolum sibi parasse Regna Occidentis, non autem Imperium, idem Elliesius refellit, reponendo, id verum esse, si Imperij nomine nudum Imperatoris nomen intelligatur, non autem, si eo nomine importetur dominium & potestas in terras Imperij. Adhuc, cum Imperium Occidentis jam diu vacaret, divilumque esset inter multos Regulos, haud dubium esse, quin Carolo debitus fuerit Imperij honos, cum omnes Regiones, quæ prius Imperium Occidentale componebant, sibi subjecisset, quem tamen nomen istud Imperatorium sibi non arrogasse, sed maluisse, istud habere à populo Romano, & à Pontifice, tanquam uno è præcipuis Romanæ Civitatis Proceribus.

## Refutatio istarum exceptionum.

**T**Otum præsentis questionis punctum reducitur in hoc punctum; An tempore Caroli Magni declarati Imperatoris coronationem præcedente, penes Imperatores Græcos subsisterit aliquod jus erga Occidentis Imperium? Et cui fuerit potestas, hoc jus à Græcis assumere, sicq. transferre in

*Carolus Franciæ Regem?* In quo sui ipsius memorem volo Elliesium, quod supra circa Leonis Isauri excommunicationem, ex Paulo Diacono lib. 6. de gestis Longobardorum cap. 49. retulerit: Gregorium II. impedivisse, ne Itali alium sibi Imperatorem crearent, eo rejecto. Quod si verò ijs temporibus nihil juris in Græcis Imperatoribus super fuerat erga Occidentis Imperium, quodnam ex iuris ratione subesset obstaculum, ne Itali tunc alium sibi crearent Imperatorem, si ex sola etiam populi Romani acclamatione legitime substitisset collatio tituli Imperatorij? uti Elliesius contendit in prima præfenti exceptione sua, deinceps tamen sibi met contrarius, in sequenti tertia & quarta exceptione conatus est evincere, quod nomen, non jus Imperatorium fuerit Carolo impertitum à Romano populo.

34. Quod equidem, si verum obtineret, quomodo rursus fuisset locus argumentationi Elliesij, circa præactam Isauri excommunicationem, subinferentis, si Gregorius II. tentasset, hunc Imperatorem Græcum vespigalium ab Italis & Romanis debitorum jure spoliare, reum futurum fuisse violati Dominici præcepti de reddendo Cæsari, quod esset Cæsaris? Unde enim hoc jus superesse poterat Græcis, nisi ex jure Imperij? Hoc igitur in Græcis Imperatoribus non amplius tunc subsistente, quomodo ejusdem temerari reus proclamari potuisset ille sanctissimus Pontifex, quando Isaurum spoliasset vespigalibus, in qua nullum jus habuisset? Sic adeo, mi Elliesi, contradictiones, quibus te ipsum involvis, manifestam faciunt linguam tuam, aberrantem à veritatis semita. Sed hoc misso, dum ex ore & calamo tuo jam constat, proximè ante, quam Carolus Magnus potiretur titulo Imperatorij, hujus jus exuisse penes Græcos Imperatores, via jam panditur alteri præactæ nostratis disquisitionis membro, penes quem scilicet potestas fuerit, Jus Imperij Occidentalis à Græcis adimere, & transferre in Carolum Franciæ Regem? Cui quaesito responsurus prius duxi discutendas Elliesij exceptiones.

35. Primò igitur huic Authori detrahenda est larva, sub qua in prima sua exceptione contendit, du ante, quam Carolus Imperator nominaretur, Græcum à dominio provinciarum Occidentis excidisse, & Carolum jure successionis, aut armorum dominum fuisse Galliarum, Germaniarum, &c. maximè partis Italiae, ipsius etiam Romæ Sedis Imperij. Sed quæ in primis autoritate, quo insuper belli justitiam titulo, Caroli arma sunt illata in Italiam, nisi ex causa subigendi hostes Ecclesiæ? Quæ de causâ ab ipsomet Romano Pontifice in Italiam accersitus est Carolus, sicque adeo armorum istorum justitia fundabatur tum super autoritate Papæ, tum super hostilibus infestationibus, non Francico Regno, sed sanctæ Ecclesiæ illatis; uti notissimum est ex historijs, quas hic repetere, nimis longum foret. Quia verò vis armorum tunc minimè tangebatur Græcos Imperatores, sed Reges, seu Regulos Italiae, Regiam quampiam, minimè tamen supremam Imperatoriam potestatem in suis ditionibus exercentes, quo jam justitiæ titulo Imperatores Græci, qui nullam justitiam contra se belli causam præbuerant, jure suo Impe-

ratorij spoliari potuissent à Carolo? Hinc ergo Elliesij larva detegenda venit, sub qua nempè dominia jure vel successionis, vel armorum à Carolo Francorum Rege possessa, confundit cum Imperiali Occidentis jure, Græcis pro tunc minimè adempto; uti ostensum fuit.

At videamus, quid adminiculi sibi accersat Elliesius tum ex Annalibus Francicis ad annum 801. asseverantibus: Leonem Papam capitū Caroli imposuisse coronam, & à cuncto populo acclamatum esse: Carolo Augusto, à Domino coronato Magno, & pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria. Tum ex paribus verbis Monachi Engolismensis in vita Caroli Magni. Aimonij lib. 5. cap. 31. Adonis in Chronico atate 6. Go-<sup>ex pag. 46. n. 98.</sup>fridi Viterbiensis in Chronico, & Ottonis Frisingensis. Ipsa equidem Annalium Francicorum, & consequenter reliquorum Authorum ab Elliesio allegatorum, patiter loquentium verba, dum populi Romani acclamationem Caroli coronatione, utpote titulum Imperatorium vel supponente, vel conferente, posteriorem asserunt, ex evidentissimâ sui claritate nullatenus admittunt, ut illa populi Romani acclamatio dici queat importasse tituli Imperatorij collationem: quam ab ipsomet Leone Pontifice factam apertis verbis testantur tum Abbas Urspergensis in Chronico ad annum 796. dicens; hunc Papam fecisse Carolum Imperatorem: tum Lupoldus Bambergensis in præmio libri de juribus Imperij. asseverans: Translationem Imperij de Græcis Imperatoribus ad Reges Francorum, & ad Germanos, esse factam per sanctam Ecclesiam. Tum Spondanus Gallus non tantum reficiens, sed approbans, quæ Baronius de hac translatione scripserat (uti patet ex Appendice minusculis scriptâ) sic locutus: Non tantum Eginhardus, aut Anastasius de collata per Romanum Pontificem dignitate Carolo Magno, sunt testes, sed fatentur id ipsum Latini omnes, & Græci Authores. Nisi ergo in sensum sibi (uti visum est) haud coherentem, torqueantur Authorum ejusmodi verba, proflus dicendum est, juris Imperatorij à Græcis in Occidente abdicationem, & in Carolum Francorum Regem translationem, nisi autoritate Romani Pontificis.

Verum pro secundo videamus, quid energæ contineatur in Lupoldi Bambergensis (cujus tamen mentem jam supra manifestam feceramus) Mariani Scori, Blondi Flaccij, Aeneæ Sylvij, Philippi Bergomatis, & aliorum Authorum verbis asseverantium: Leonem Pontificem coronasse, seu declarasse, seu nominasse Carolum Imperatorem precibus, consensu, votis, scito & acclamationibus populi Romani? Ista namque verba consentus, sciti, & voti æquivoca sunt, ut sonare possint vel subjectionis, vel superioritatis consensum, seu scitum & votum. Num verò in Romano populo pro illis temporibus fingere licet jus superioritatis, ad titulum Imperatorium autoritative decernendum & conferendum, quando adhuc extiterat in Græcis Imperatoribus, ut ipsi etiam Romani eapropter (uti superius ostensum fuit) illis pendere deberent annum vespigal, Imperatoriæ erga se superioritatis manifestè recognoscitivum? Ex altioris igitur præminentiore jure poterat unicè

factum esse, ut istud Græcorum Imperatorum jus supremum ipsis adimeretur, & in alium transferretur, indeque populus Romanus non iam superioritatis, sed debitæ erga Carolum à Leone Pontifice coronatum Imperatorem subjectionis, seu reverentialis approbationis, non verò collationis autoritativæ consensum, scitum, & votum acclamationibus suis contestaretur.

38. Audi, hæc super re, quid eapropter fuerit actitatum inter Basilium Macedonem, Orientis Imperatorem, & Ludovicum II. Caroli Magni Pronepotem. Nempe ille Orientis Imperator ad dictum Occidentis Imperatorem cederat litteras, quibus cum præfato Ludovico acriter conqueilus est: quod dignitatem, & nomen Imperatoris & Basilei usurparet; unum tantum Imperatorem esse, qui Orienti, & Occidenti imperet: rogavitq; hoc nomine deinceps abstinere, sibi, nec alijs debito. At Ludovicus Constantinopolim millo Legato Autprando cum litteris à Baronio ad annum 971. recitatis, inter alia scribebat in hunc modum: *Et ipsi patrum nostri gloriosi Reges absque invidia Imperatorem nos vocitant, attendentes ad unctionem, & sacrationem, quæ per Summi Pontificis manus sumus ad hoc culmen erecti. Quid ni ergo Ludovicus jus belli, vel electionis, & collationis autoritativæ à populo, Senatuque Romano in se factæ prætendisset, si isti utali de jure fuissent eidem suffragati? At de his omnino tacet, solumque Pontificis Summi autoritatem prætexit.*

39. Pergit proinde Ludovicus ita compellere Basilium: *Prætereò mirari se dilecta tua fraternitas significat, quod non Francorum, sed Romanorum Imperator appellemur, sed scire te convenit, quia nisi Romanorum Imperator essemus, utique nec Francorum, à Romanis enim (non qua Collatoribus Imperatoris dignitatis, sed qua huic subiectis, uti ex antecedentibus patet, & adhuc constabit ex eorundem litterarum contextu) hoc nomen & dignitatem assumpsimus, quorum gentem & Urbem Divinitus gubernandam (en subjectionis clarum argumentum hic iuggestum) & matrem omnium Ecclesiarum Dei defendendam, atque sublimandam suscepimus, ex qua vel regnandi prius (operâ scilicet Zachariæ Pontificis à Childerico Regnum Francicum in Pipinum transferentis) & postmodum imperandi autoritatem (mediate adeò Summo sanctæ Ecclesiæ Pontifice) profapia nostra seminarium sumpsit. Nam Francorum Principes primò Reges, deinde verò Imperatores dicti sunt y auctoritate, qui à Romano Pontifice ad hoc oleo sancto perfusi sunt &c. præsertim cum tales sepe ad Imperium sunt asciti, qui nullâ Divinâ operatione per Pontificum ministerium propositi, solum à Senatu, & populo Imperatoris dignitate potiti sunt: nonnulli verò non sic, sed tantum à militibus sunt clamati, & in Imperio stabiliti, aut alio modo ad Imperij Romani secepta promoti sunt. Quid ni meritò hic suscitamus, expendendo diversos Imperatoris dignitatis collationis modos eatenus discerni, ut, qui supremi hujus juris titulus accrevit Iurpi Caroli Magni, non reducat in populum Romanum, sed in Summum, duntaxat Ecclesiæ sanctæ Pontificem? Unde pergunt Ludovicus in dicta sua epistola ita scribere: *Porrò, si ca-**

lumniaris Romanum Pontificem, quod gesserit, calumniari poteris & Samuel, quod spreto Saule, quem ipse unxerat, Davidem Regem uningere non renuerit. Sed interim, si paginas revolvat Græcorum Annalium, & si, quæ à Vestris Pontificibus Romani perulerunt, perscruteris, profectò invenes, unde illos justè non valeas redarguere: unde meritò apostatis desertis, adhaerentem genti adhaerenti Deo, & ipsius Regni fructum facienti. Ex quo adeò solidissimo ejus Occidentalis Imperatoris fundamento jam elucet summæ æquitatis ratio, per quam Leo Pontifex Imperium à Græcis ademptum, transtulerit in Caroli Magni personam, ac profapiam.

40. Quod adeò Pontificia supra Regum & Imperatorum jura, quæ moralitate in Regnum cælorum vel ordinabili, vel deordinabili supervestita, protensæ autoritatis fundamentum à Ludovico Imperatore supra insinuatam, pro tertio videre licet accuratius deductum præced, 2. cap. §. 4. n. 8. & §. 5. n. 7. Cujus summa ad hoc reducitur principium, ut, quia jus Imperij Christiano homini appropriatum, ex sui ad regnum cælorum ordinabilitate computari debet inter illa *Quæcunque super terram* Moralitæ, ligandi & solvendi potestati Pontificiæ concedita, secundum quod publica Ecclesiæ, seu militantis cælorum Regni necessitas exigit, consequenter Leo III. ex sui pastoralis muneris autoritate, virgâque coercitivâ, Græcos Imperatores hæreticos, Ecclesiæ sanctæ, ejusque Orthodoxæ Religioni infensos, legitime spoliavit jure Occidentalis Imperij, atque hoc transtulerit in Carolum Magnum, ejusque profapiam, de quibus spes esset, faciendi fructus ejus regni cælorum, nempe militantis Ecclesiæ.

41. Neque jam locus esse potest tertiæ Eliesianæ exceptioni ex eo petita, quod Caroli Magni per Leonem III. facta coronatio fuerit nudâ quædam caremonia. Etenim cum ista caremonia, si fiat per Episcopum aliquem (cui non est jus conferendi seu Regalis, seu Imperatorij juris) præsupponat, hoc alio legitimo titulo jam collatum esse, semper redibit quæstio; *Penes quem fuerit potestas autoritativa, Occidentis Imperium à Græcis adimendi, & in Carolum Magnum, ejusque profapiam transferendi? At ipsemet Eliesius in hac ultimâ exceptione suâ fatetur, supremam Urbis potestatem non penes populum eo tempore substituisse, sed penes Patrium & Imperatorem. Quia proinde Carolus Francorum Rex, juxta historiam in antecedentibus allatam, erat à Pontifice Romano denominatus Patrius, num ipsi Carolo ex tunc fas fuisset, se ipsum declarare Romanorum Imperatorem? At hoc Carolus sibi haudquaquam arrogabat, sed ipso Eliesio adhuc fatente, respectum debebat habere erga Imperatorem, penes quem existeret suprema Urbis potestas. Quis verò alius ante Caroli coronationem reputabatur Imperator, quam Græcus? Quomodo igitur Romano populo fas esse potuisset, ut Imperatorem Græcum exauthoraret, dum ne quidem penes Carolum subliterat pro tunc legitimus titulus ad illum jure belli exauthorandum? Nulla ergo superites apparet potestas politica, Imperatoriâ Græcorum dignitate superior, quæ hanc exautorare valeret, sed unica Apostolica*

stolica in Romano Pontifice supererat auctoritas, quæ, uti *locis præinsinuat* probatum est, suâ super *Quocumque Morali solvendo & ligando*, potentia potestate, uti etiam per Ecclesiæ virgatum correctoriam, tum coercitivam tali *indefinita Cujusque Morali solvendi* auctoritati conjunctam, facere prævaluerit solutionem Imperatoriæ, intrâ Occidentem dignitatis, in Græcis peremptoriam, ex causis gravissimorum discriminum Ecclesiæ sanctæ ab ipsis imminendum, de quibus avertendis unica supererat spes ex Carolo Francorum Rege, aliàs de Ecclesia optimè merito, ejusque deinceps Regali profapia; uti eleganter insinuabant præallegatæ Ludovici Imperatoris erga Basilium Orientis Imperatorem litteræ, ipsomet etiam Elliesio, ubi *supra* fatente, ubi res etiam temporalis est conjuncta cum peccato, tunc ratione peccati, subesse Notioni Ecclesiasticæ, quam ipsi tamen nefas fuit, coarctare infra spheram à Christo constitutam super *Quocumque in terris, Morali*, pro meritis causæ vel *solvendo, vel ligando*.

#### ARGUMENTUM II.

Petitum ex septem Imperatoris Electorum institutione factâ per Romanum Pontificem.

42. **E**X Bellarmino sequens pro instituto præsentis inducitur argumentatio. Nempe octavum Pontificiæ supra Imperatoriâ dignitate potestatis exemplum est Gregorij V. qui sanctionem edidit de Imperatore per septem Germaniæ Principes eligendo. Quod ita esse, probatur per Blondum *Decade 1. lib. 3. Nauclerum Generat. 34. in vita Gregorij V.* alioque multos Historicos, Magdeburgensibus id etiam asserentibus. In hujus argumenti confirmationem adfertur Innocentij III. constitutio in *Cap. Venerabilem. De elect.* relata, ita se habens: *Verum illis Principibus & jus, & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus, ut debemus, ad quos de iure, & antiquâ consuetudine noscitur pervenire, præsertim cum ad eos jus & potestas hujusmodi ab Apostolica Sede pervenerit in persona magnifica Caroli, qui à Græcis transfudit Imperium in Germanos.* Adducitur in hunc quoque finem Clementina Romani Principes. *De jurejurando* edita in Concilio Viennensi sub his verbis: *Ecclesia Romana à Græcis Imperium transfudit in Germanos, & ab eadem ad certos eorum Principes sancitum est jus & potestas eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum.*

Exceptio Elliesij.

43. **E**Xcipit hic Author I. illum Canonem *Venerabilem*, non posse intelligi de Imperij Electoribus, eo saltem modo, quo Canonem illum exponit Jordanes in *Chronico* docens, à Carolo Magno de consensu & mandato Romani Pontificis præceptum esse: *Vt Imperium Romanorum apud electionem Canonicam Principum Germaniæ in perpetuum remaneret.* Etenim hanc

opinionem, si intelligatur de septem Electoribus, defendi non posse, cum constet, hos diu post Carolum Magnum fuisse institutos. Deinde etsi de Principibus Germanis omnibus id intelligatur, tam falsum esse, *eam potestatem eligendi Imperatorem, ipsis esse à Pontifice collatam*, quam falsum est, ejus solius auctoritate esse Imperium translatum ad Germanos. Ut enim jus electionis Imperatoris Sedes Apostolica in Germanos transulisset, prius debuisse illud habere. Inauditum verò esse, quod Romanus Pontifex solus ullum unquam Imperatorem elegerit. Nec verò quemquam movere debere iudicium Innocentij, utpote in sua causa loquentis. Quod si tamen quis nollet prorsus rejicere, posse explicari, quasi diceretur: jus istud à Romano Pontifice in Germanos esse translatum nomine totius Romanæ Civitatis, quæ istud jus habebat. Certum namque esse, quod ante Carolum non Germanorum Principum, sed Romanæ Civitatis fuerit, creare Imperatorem. Post Carolum verò Principes Francos & Germanos in electione præcipuas partes habuisse, hoc autem fieri non potuisse sine Romanæ Civitatis consensu, ejusque Episcopi, qui, cum primus Princeps illius esset, eam in illis negotijs repræsentasse.

Hinc, quando in Clementina Romani Principes. *De jurejurando*. inducitur Concilium Viennense asseruisse: *Quod Ecclesia Romana à Græcis Imperium transfulerit in Germanos, & ab eodem ab certis eorum Principes derivatum sit jus & potestas eligendi Regem, in Imperatorem postea promovendum*: debere hoc eatenus accipi, quatenus id Romanæ Ecclesiæ, non solius ad eam Pontificis consilio, auctoritate, & suffragio factum sit. Quod si verò illud Concilij Viennensis dictum curpiam videatur aliquid amplius asserere, respondendum fore, quod de professo decretum & determinatum est à Concilio, non autem illud, quod narratum dictis inseritur, cuiusmodi esse præadducta illius Clementinæ verba: præcipue cum ejus Concilij decreta à Pontifice Clemente V. sint concinnata, non ab ipso Generali Concilio emissa.

Secundò excipit Elliesius. Incertum esse, quando, quomodo, & à quo septem Electores in Imperio fuerint instituti. Esse namque Scriptores, ut Jordanes *præcitatum*, qui hanc Electorum institutionem tribuant Carolo Magno. Sed hanc opinionem ab omnibus haberi falsam, cum successores Caroli non à certis Germaniæ, sed ab omnibus Franciæ Principibus electi fuerint. Alios Historiographos ejus institutionis Authores asserere Principes Germaniæ: alios e contra, veluti Blondo, Nauclero, Platina eam tribuentibus Gregorio V. Alijs porro, nempe Aventino & Onuphrio eandem Gregorio X. adscribentibus, probandum etiam, septem Electores non ante fata Friderici fuisse institutos. Nonnulli insuper arbitrantibus, illam institutionem partim Gregorio V. partim Othoni III. partim Principibus Germaniæ tribuendam esse, quia cum hos omnes diverso modo ea institutio tangat, ab omnibus approbari debuisse.

Baronio

Baronio tandem primam septem Electorum institutionem attribuent Innocentio IV. unâ & generali Lugdunenſi Concilio: quamquam in hoc alij recenſeantur ſeptem Electores, quàm nunc ſint, & olim fuerint: hi enim ſunt *Moguntienſis, Trevirenſis, Coloniaenſis, Palatinus, Saxo, Brandeburgenſis, & Bohemus*: cùm econtra, qui à Concilio Lugdunenſi recenſentur, hi ſint: *Duces Aſtriae, Bavaria, Saxonia, & Brabantiae, ac Episcopi Coloniaenſis, Moguntinenſis, & Saltsburgenſis*. Ad cujus adeò incertitudinis tenebras diſpellendas, oportere, ut conſideretur, ad quos Imperatoris electio diverſimodè pertinerit. Ante translationem nam quæ Imperij hanc ſpectaſſe ad Senatam, populumque Romanum: quamvis plerumque exercitus elegerit Imperatores, qui tamen Senatûs, ac populi conſenſu retinebat Imperium. Verùm poſt Imperij translationem, Carolum Magnum (veluti à ſe probatum ſit) ab univerſo populo Romano, Authore Pontifice, electum eſſe Imperatorem. Cujus ſucceſſores Imperium jure hæreditatis, tum etiam ex prævia Principum, ac Procerum Imperij electione, ſibi vendicaſſe.

46. Ultimum è Caroli Magni ſanguine Imperatorem fuiſſe Ludovicum III. Arnulphi filium, qui prole carens, à Berengario Veronæ victus, vitam & Imperium amiſit. Hinc Imperium ruere cœpiſſe, dum Itali ac Romani pro Imperatoribus ac Regibus agnoſcebant victores: ex alia verò parte Franci, & Germani Principes Imperatorem agnoverant Conradum, à Carolina ſtirpe Germaniæ Regem, qui morti proximus, teſte Nauclero *generat. 31. anno 937.* perſuaſit Principibus, ut Henricum Thuringiæ, & Saxoniæ Ducem in Regem ei ſucceſſorem eligerent, qui tamen duo Imperatoris titulum non habuerunt. Poſthæc Othonem ab omni populo Francorum & Saxonum, eodem Nauclero atteſtante, electum, Italia recuperatâ, Imperatoris nomen ac dignitatem conſenſu populi Romani accepiſſe, & à Pontifice Romæ inunctum eſſe. Qui verò deinceps illis ſucceſſere, plerumque hæreditatis jure ab univerſis pariter Germaniæ Principibus electos dici: donec ad vitandam conſuſionem, ac diſiſionem, cæteri Principes ſeptem Electoribus ſua jura ceſſerunt: neque enim potuiſſet Pontifex illud eligendi jus authoritate ſua quibusdam Principibus adimere, quippe cùm jure naturali in Regno electivo electio pertineat ad univerſum populum, ſed ad vitandas turbas introductum ſit, ut præcipui Proceres ex conſenſu populi cæteros cives repræſentantes, Regem, aut Imperatorem eligant: neque verò dubium ſit, quin poſſint ſibi invicem jus ſuum cedere, & electionem paucis tantùm committere: at Pontificem Romanum id ſine eorum conſenſu facere poſſe, abſurdum proliſ videri.

47. Tertio proinde pergit Ellicſius. Videri ſibi veriſimile, quòd Otho III. cæterorum Imperij Procerum adhibito conſenſu, & fortè Gregorij V. authoritate adjectâ, numerum Electorum ſeptenarium conſtituerit: cùm enim Imperator liberis careret, & pericu-

lum eſſet, ne diſiſiones ob Electorum multitudinem orirentur, huic malo obviam ire volentem, remedio iſto uſum eſſe, ſperandò ab omnibus Principibus, id probatum iri: quamquam ex hiſtoria conſtet, id non ſtatim obtinuiſſe, Principibus ordinarijs Electoribus non omnino conſentientibus, & juri ſuo cedere nolentibus: nam quemadmodùm Henricus Othonis ſucceſſor non à ſeptem Electoribus, ſed à Principibus Germaniæ electus dicitur, ſic extant plura exempla poſteriorum Imperatorum eodem modo electorum. Ita conciliari invicem illos, qui dicunt, institutionem ſeptem Electorum ſub Othone III. factam, & qui dicunt, eam non ante Gregorium X. aut Innocentium IV. obtinuiſſe: iſtos enim loqui de ulu, illos de iſtituto. Quòd enim ſolus Imperator, aut Pontifex ſua authoritate abſque conſenſu cæterorum Principum id non fecerit, probari tum ex eo, quòd facere non potuerit, tum ex Scriptorum bene multorum teſtimonijs, ſpecialim Chronici veteris; cujus Authorem dicunt nonnulli Albertum Stadenſem *ad annum 1240. Auguſtini Triumpho lib. de poteſtate Ecclēſiæ q. 35. a. 2. Leopoldi de jure Imperij cap. 3. Naucleri generat. 34. anno 994.* ex quibus habetur, quæ fuerint Pontificis, Imperatoris & Principum hoc in negotio partes: dum nempe Imperator ſeptem Electores delegit ex conſilio Principum, cæteri autem Principes conſenſerunt, ac juri ſuo ceſſerunt: Pontifex verò conſtitutionem Imperatoriam ex conſenſu Principum factam probavit, & retulit, non (uti Bellarminus legit) tulit. Ad quam adeò Electorum institutionem ſuo modo concurſiſſe Gregorij V. tanquam unius Pontificis Romani conſenſum, utpote qui juxta gradum ſuum in conſentiendo in communem Imperatorem, intereſſe haberet, capropter, teſte Nauclero, decernens: *Ut electus Romanorum Rex tum demum Auguſtus, & Imperator haberetur; cùm à Romano Pontifice benedictione promiſſâ coronaretur.*

## Refutatio iſtarum Exceptionum:

Primò itaque Innocentius III. in Canonè *Venerabilem. De electione.* ſuæ ſanctiõnis ſequens ſtatuit fundamentum, quòd nempe *recognoscat, jus & poteſtatem eligendi Regem, in Imperatorem poſtea promovendum, competere Principibus, ad quos de jure & conſuetudine noſcitur pertinere, præſertim cùm ad eos jus & poteſtas hujusmodi ab Apoſtolica Sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in perſonam Magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos.* Ex quo adeò fundamento ſit conſequens, quòd mox ſubjungit Pontifex, quòd hinc utique & *recognoscere debeant, & utique recognoscat, ſicuti in præſentia ſua recognovère (Germaniæ Principes) jus, & authoritatem examinandi perſonam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ſpectare ad ſe, ceu Papam, qui cum inungit, conſecrat, & coronat &c.* Ex quibus adeò verbis dilucidè conſtat, immeritò inde deduci opinionem illam, quæ ſeptem Electorum in Imperio institutionem reducit in tempora Caroli Magni, quamquam hujus institutionis in Romanum

Pontificem reducendæ, radix & fundamentum ex ea Canonica sanctione habeatur, quatenus æquitati prorsus consentaneum, ipsaque naturalis luminis evidentia conspicuum est, quod in eum, qui Romanum Imperium in personam Magnifici Caroli à Græcis transfudit ad Germanos, reduci merito debeat institutio ac designatio Principum, quibus jus & potestas sit, eligendi Regem, postea à Sede Apostolica promovendum in Imperatorem, quippe cum jus Occidentalis Imperij, extinctâ Carolinâ prolapsâ, cui ex hæreditaria successione erat annexum, non potuerit non regredi ad illum, qui hoc à Græcis adeptum, non ulterius, quam in masculinæ Carolinæ stirpis Reges unice collocaverat.

49. Et hinc facile eliduntur ex Elliesianæ exprobrationes, quibus opponit: *Ut jus electionis Imperatoris Sedes apostolica in Germanos Principes transfudisset, oportuisse, quod prius id habuisset. Constat namque ex precedentibus, ex eo tempore sanctæ Sedi quæsitum esse hoc jus, quando Græcis illud ademit, & quia non ultra Carolinam stirpem, id primitus fecit hæreditarium, hæc prolapsâ extinctâ, secundum ipsam rei evidentiam, necessario rediisse ad eandem sanctam Sedem, non Romanæ Civitatis, uti antecedenter fuit ostensum, nomine, sed Apostolicæ autoritatis jure, id Græcis adimentem, & transferentem in Caroli Magni prolapsam.*

50. Ne porro Elliesius præsumat, Innocentio IV. per summam impudentiam tacite objicere, ac si in causâ propriâ locutus, minus videretur fide dignus, audire lubeat Concilij quoque Viennensis constitutionem in Clementina unice, De jurejurando, relatam, cujus, operæpretium est, ad partis adversæ cavillationes evidentius reprimendas, integrum tenorem hæc proferre: *Romani, inquit, Principes Orthodoxæ fidei professores, sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus Caput Christus Redemptor noster, ac Romanum Pontificem, ejusdem Redemptoris Vicarium, servore fidei venerantes, eidem Romano Pontifici, à quo approbationem personæ ad Imperialis celsitudinis apicem assumendam, nec non unctionem, consecrationem, & Imperij coronam accipiunt, sua submittere capita, non reputabant indignum, seque illi, & eidem Ecclesie, quæ à Græcis Imperium transfudit ad Germanos, & à qua ad certos eorum Principes jus & potestas eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum pervenit, astringere vinculo juramenti, prout tam mos observationis antiquæ temporibus novissimis renovata, quam forma juramenti hujusmodi sacris inserta Canonibus, manifestant. Adversus hanc igitur Concilij Generalis in Gallia celebrati sanctionem si repugnare contendas, mi Elliesi, quid nisi maledictionem illam in caput tuum accerfis, quam Christus Matth. 18. protulit adversus illos, qui Ecclesiam in Concilio Generali representantem non audierint? Num verò fas tibi erit excipere, ac si Concilij illius decreta à Clemente V. concinnata, non sine emissâ à Generali Synodo? Quæ enim alia Concilij norma, nisi ut ejusdem sanctionum autoritas subsistere debeat ex Nomine Christi, adeoque Vicaria hujus potestate, Romano Pontifici inexistente, sicque ultimum hujus-*

modi sanctionibus ex Concilij simul & Pontificis consensu comprobatis robur impertiente, ac deinceps communi autoritatis Oecumenicæ nomine promulgante? Qui verò prætexendo, in Concilio illud tantummodò vim habere, quod ex professo ibi decretum ac determinatum est, ab ista autoritativâ Concilij vi excludere ausus id, quod pro fundamento decreti Conciliaris adstruitur ex professo, quemadmodum res ita se habet in præadductâ Synodalis sanctionis conclusione, quod nempe innitatur ipsissimo illi fundamento, in vicus ibi discretè asseritur, Imperium à Græcis in Germanos translatum, sicque jus Imperatorem eligendi ad certos Germaniæ Principes derivatum fuisse ex Sedis Apostolicæ autoritate Oecumenicâ.

Hinc pro secundò non multum hæc immoror, quod alibi jam fusè præstiti in indagando tempore, quando, & à quonam Pontifice septem Electorum institutio facta sit? Dum enim substantia rei hujus adeò aperta est, quod reducenda sit in Sedis Apostolicæ autoritatem, quid interest nostri instituti, multis indagare velle ejus circumstantias particulares. Ad hujus itaque negotij expeditionem, sufficiat nobis, quod Elliesius haud obscure dicat, non nisi usque ad Imperij ad Græcos translationem, jus constituendi Imperatorem, fuisse vel penes populum, ac Senatum Romanum, vel ejus militarem exercitum. Ubi ergo dignitatis Imperatoris in Græciam translata collatio fuit adempta populo Romano, annuæ etiam vestigialis solutione suam erga Græcos Imperatores subjectionem antehac profteri compulso, quomodò in hujus poterat esse potestate, ut eam, exclusis Græcis, ad se retraheret? Et quia neque Carolus Magnus Francorum Rex, jure belli multis quidem Italiæ Principatibus sibi comparatis, ullatenus dici potest, à Græcis vindicasse sibi Imperium, quis alius, nisi Romanus Pontifex, ex altiori Vicariatus Christi autoritate, valuit, Imperium Occidentis, Græcis hæreticis justè ademptum, transferre in Caroli Magni prolapsam, atque hæc expirante, in Germaniam, unâ cum jure eligendi hujus Principibus concessio?

Hoc non parum firmat ipsissimum illud, quod affirmat Elliesius, nempe extinctâ Carolinâ stirpe, ruisse Imperium, nec prius cepisse quemquam Germaniæ Principem, licet electum in Regem, potiri Imperatoris titulo, quam ubi Otho primus à Summo Pontifice in Imperatorem coronatus fuit. Causatur equidem Elliesius: *Cum jure naturali in Regno electivo potestas eligendi pertineat ad universum populum, ad turbas autem devitandas, in Germania sit introduendum, ut præcipui Proceres ex consensu populi, cæteros cives representantes, faciant Regis, aut Imperatoris coronationem. Attamen ex hoc ipso Elliesij effato te offert mihi occasio, scilicet: an igitur fati tandem compellus fuerit, Regiæ ac Imperatoris dignitatis ad hanc seu prolapsam, seu individuum applicationem non esse juris Divini, sed humani, sicque moralitati in regnum cælorum ordinabili, seu deordinabili subjectam, subesse Oecumenicæ ad Quodcunque*

Morale in terris seu solvendum, seu ligandum Divinitus constituta potestati?

Quo iterum, iterumque jam præsupposito, videamus pro tertio, quantum momenti sit in tertio Ellielij exceptione, vim in hoc facientis; Quod neque solus Pontifex, neque solus Imperator absque concursu Principum, ac Statuum Imperij, potuisset jus eligendi Regem & Imperatorem de jure quasi naturali eisdem competens, certis dumtaxat Principibus appropriare? Optarem, ut Ellielius in Innocentij III. constitutione Venerabilem. 34. De electione, & Clementinâ in Concilio Generali editâ sanctione unicâ. De jurejurando, attentè observasset, quàm circumspiciat illi Pontifices, unâ cum præfatâ Oecumenicâ Synodo loquantur, jus eligendi Regem, non verò Imperatorem, attribuentes Germaniâ Principibus, subijciendo, ex tunc Regem sic electum, in Imperatorem postea promovendum, reservari iudicio ac examini Summi Pontificis. Quæ distinctio valde circumspicienda, ipsomet Ellielio fatente, post extinctam Caroli Magni profapiam, in praxi etiam fuit in tantum observata, ut duo intrâ Germaniam electi Reges haudquaquam potirentur titulo Imperatorio, quousque ad hunc à Sede Apostolica postmodum admissus, & coronatus fuerat Otho primus. Quare ea Ellielij argumentatio ex jure quasi naturali evincit quidem, penes Germanos potuisse subsistere jus eligendi Regem, dum tamen intentio semper erat, & esset, non alterum præficiendi, nisi qui promovendus postmodum esset in Imperatorem, quæ promotio ex præcatis Canonicis, & Conciliaribus sanctionibus stabat penes Romanum Pontificem, idcirco ex præcatis fundamentis jam planum redditur, si jus Regium in Germania discernatur à jure Imperatorio, omnimodam circa hoc ex tempore Imperij à Græcis adempti, & in Carolum Magnum translati, in ejusque tandem profapia extincti dispositionem, ita edidisse ad potestatem Pontificiam, ut consequenter jus etiam eligendi, non præcisè Regem Germanorum, sed quæ promovendum in Imperatorem, reincidentit ad Sedis Apostolicæ autoritatem.

Quibus taliter constitutis, non omnino improbo, quas Pontificis, Imperatoris, & Principum in negotio electionis, seu Regis, seu Imperatoris, functiones discernit Ellielius, dum Imperator quidem ex consilio Principum delegisse potuisset certos, Regis Germaniæ Electores, ubi tamen cæteri Principes suo ad Regem sibi, subditisque suis præficiendum juri cessissent, attramen, quia sub hac eligendi normâ non erat intentio, sistendi in constituendo Germaniæ, seu etiam Italiæ Rege, sed Imperatoriam dignitatem in natione suâ conservandi & propagandi, idcirco ea Imperatoria, & Imperij Principum constitutio ita fuerat confirmanda à Sede Apostolica, ut sub hac ipsâ confirmatione suâ, Romanus Pontifex super Rege, qua in Imperatorem Romanorum postea promovendo, debuerit specificè suam Apostolicam impertire autoritatem, eo ipso, quod per hanc Imperium à Græcis ademptum, & in Caroli Magni profapiam, non

ulterius translatum, sub specifico, Regem postea in Imperatorem promovendum, eligendi jure, non aliter potuerit esse propagatum, nisi ex indulto ejusdem Sedis Apostolicæ.

## S. III.

Quantum momenti sit in argumentis, ad Papæ supra Reges potestatem probandam, peti solitis ex Gregorij VII. in Concilio Romano adversus Henricum IV. Alexandri III. in Concilio Lateranensi adversus Fridericum I. nec non Innocentij IV. in Concilio Lugdunensi adversus Fridericum II. editis sententijs?

Deinceps cum Ellielio congregari inducendo exempla, quæ in via Facti negare non audeat, sed in via Juris contendit, absque legitimâ autoritate, seu causâ justâ esse facta, quantumvis unâ cum Pontifice, Concilia subinde etiam Oecumenica dignoscantur in eis intervenisse. Quæ ratio est, quod præteritam Ludovici Pij, & Lotharij exauthorationes, quarum priorem nonnulli dicunt factam à Concilio Compendionensi absque Romani Pontificis autoritate; de posteriori autem scribit Nithardus lib. 4. tom. 7. Concil. col. 1177. & 1788. nihil aliud acitatum esse in Concilio Aquilgranensi, nisi quod Episcopi fuerint in consilium adhibiti, num liceret sibi, partem Francici Regni à Lothario relictam regere? Censuerintque, id ab ipsis turâ conscientiam fieri posse. Quare rem hanc ab Ellielio à pag. 324. & seqq. fusiùs discussam, relinquo in suspensio.

## ARGUMENTUM I.

Desumptum ab exemplo Henrici IV. Imperatoris à Gregorio VII. depositi.

De hac Gregorij VII. exauthoratione sic loquitur Author tract. de libert. Gallic. Eccles. lib. 4. cap. 5. Nempe in Concilio Romano III. sub Gregorio VII. Anno 1076. sententia depositionis contra Henricum IV. Germaniæ Regem pronuntiata fuit, atque ejus subditi à juramento fidelitatis absoluti, rursusque in Concilio Romano VII. Anno 1080. depositio & absolutio confirmatæ sunt.

## Exceptio Ellielij.

Hic Author præc. pag. 536. suis contra hanc Imperatoris depositionem exceptionibus præmittit primò sequentem rei enarrationem historicam. Nempe inter Gregorium VII. & Henricum IV. dissidij causa ferebatur, quod is Episcopos & Abbates partim pretio, partim privatâ autoritate, quod investituram vocant, constitueret. Hâc de causâ initio Pontificatus Gregorius eum admonuit, ne deinceps largitione corruptus, Episcopatus, & beneficia conferret, alioquin se in delinquentes pœnis Ecclesiasticis ulurum. Sed discordia non eru-



pit ante annum 1076. quo Gregorius & Henricus sese mutuò damnationibus appetiverè. Imperator enim Legatione Pontificis (quam Ellicius superbam vocitat) exasperatus, Concilium Wormatiæ indixit, in quo Gregorius variorum flagitiorum accusatus, depositus est, missaque Romam Legatio cum contumeliosis litteris, quibus denunciabatur, ut se Episcopatu abdicaret.

58. Econtra verò Gregorius habitâ Romæ Synodo, Episcopos hujus sententiæ authores excommunicat, ipsique Henrico Regnum Teutonum & Italiæ abrogat, omnesque Christianos à vinculo juramenti absolvit. Hinc varia actitata, quousque Saxonibus bellum contra Henricum parantibus, Principes Germaniæ veriti, ne Regno spoliarentur, authores Henrico fuerunt, ut cum Gregorio reconciliaretur, quod Canossæ intrâ Agrum Regienlem sita factum fuit, Henrico veniam petente, quam primum denegatam, ipsi tandem concessisse Pontificem, ait Ellicius mox subjiciens: Gregorium nihilominus, quia inclementiâ suâ irritatum Cæsaris animum cernebat, clam Rudolphum Ducem Saxonie ad Imperium capessendum sollicitasse: eumque à Saxonibus electum, Henrico movisse bellum. Hinc Gregorius in Concilio Romano anno 1080. latam in Henricum sententiam renovat, Imperiumque confirmat Rudolpho, qui tamen eodem anno prælio commisso, est occisus, inutiles penes suos relictiâ victoriâ. Interim novemdecim Episcopi Moguntie, ac postea triginta Brixie congregati, Gregorium deponunt, & Guibertum Ravennatensem Episcopum, dictum Clementem VI. in ejus locum eligunt, quem Imperator cum exercitu Romam veniens, expulso Gregorio, in Sede Episcopali collocavit, & ab eo coronam Imperatoriam accepit.

59. Exinde fœderati Principes Hermanno Lotharingo Regnum deferunt anno 1082. qui annis post septem extinctus est, dum triennio ante, scilicet anno 1085. mortuus fuerat Gregorius cui successit Victor III. vitâ sanctus anno 1088; in successorem à Cardinalibus delecto Othone Ostiensi, dicto Urbano II. qui sententiam in Henricum & Guibertum à Gregorio latam confirmavit, sed variè vexatus, Romæ mortuus est, ei que anno 1099 successit Paschalis, adversus Guibertum bellum gerens, Guiberto paulò post anno 1100. è vivis abeunte: neque tamen ejus morte factionum studia rescissa sunt, Richardo, qui Guiberto favorat, ei sufficiente Albertum quendam Atellanum, atque post hunc Maginulpho apud Ravennam usurpante Pontificatus titulum. Nec minus Imperiû, quam Pontificatus prædæ tunc erat, dum adversus Henricum Pontifices excitaverunt ejus filium Conradum, & eo mortuo, filium alterum Henricum, à quo pater Imperio spoliatus, captus, & in custodiam conjectus est, profugus demum anno 1106. decedens. Cui enarrationi post aliorum quoque Imperatorum de Investituris varia proximè recenzienda acta, Ellicius subnectit sequentia, ea nimirum, quæ tum à Pontificibus, tum à Romanis Imperatoribus ejus

diffidij tempore sunt attentata, atque, in exemplum trahi minimè posse, cum utrinque multa, præter jura, ac præter æquitatem omnem, crudeliter, & impiè fuerint gesta.

Secundò proinde pergit Ellicius ulteriorem de Investituris enarrationem ita retexere. Violentiam, inquit, Henrici IV. in Romanos Pontifices, non imitatus est modò, sed & superavit Henricus V. qui veniens in Italiam, à Paschali per vim extorsit jura Investiturarum, de quibus tantum erat certamen extortum, & ab eodem ritu solito Imperator inauguratus est. Sed quamprimum ille Italiâ discessit, hæc omnia irrita decrevit Paschalis in Concilio Lateranensi, anno 1112. Indeque in Concilio Viennensi, Investituram Episcopatum hæresim esse, declaratum est. Sed Gelasio II. Paschalis successor, Romam redijt Henricus, ut ab eo confirmationem eorum, quæ à Paschali II. sibi concessa fuerant, extorqueret: sed cum ille Romam aufugisset, Burdinum, Gregorium VIII. à nonnullis appellatum, Bracarensem Archiepiscopum, Antipapam constituit. Post discessum Henrici Gelasio Romam redijt: sed excommunicato Henrico, & Burdino, iterum exulare compulsi, paulò post obiit; cui successit Calixtus II. sub quo pax inter Pontificem & Imperatorem inita est, ac controversia de Investituris anno 1122. amice terminata in Conventu Wormatiensi, in quo Imperator Investituram per annulum & baculum remisit Canonicamque electionem, & liberam consecrationem permisit, sed ex alia parte Pontifex Imperatori concessit, ut electiones Episcoporum & Abbatum Regni Teutonici, coram ipso fierent absque simonia & violentia, electus autem Regalia per sceptrum acciperet.

Quò jam retrahere, vilius est operæ pretium, quas Ellicius deplorat ex illis Pontificem inter, ac Imperatorem controversijs obortas calamitates. Quot & quantæ, inquit, Deus bone! ex Investiturarum controversiâ, & temerariâ Gregorij VII. sententiâ fluxerunt in Imperio seditiones, cædes, rebelliones, bella, parricidia; in Ecclesia mutæ Episcoporum proseriptiones, Concilia sibi invicem opposita, spoliata templa, violatæ aræ, decessi Pontifices, alij in eorum locum suscepti: de Romano Episcopatu vi & armis deceratum, longo ac diu schismate Ecclesia vexata, uno verbo omnia sive in Imperio, sive in Ecclesia susque deque versa.

Hinc tertio pergit Ellicius in Gregorium VII. invehi. Quamquam varia, inquit, fuerint pro varijs affectibus Scriptorum de hoc dissidio judicia, nihilominus tamen omnes Gregorij de Imperatore deponendo conatum, novum & antehac inauditum fuisse, agnoverunt, & ex his non pauci crudelitatis & ambitionis arguunt Gregorium, ante Pontificatus adeptionem de tyrannica crudelitate jam notatum à Petro Damiano Epist. 10. lib. 1. Leone quoque Ostiensi lib. 3. cap. 24. vocante eum elatione turgidum, & cap. 48. accusante ipsum perfidiâ, quòd post reconciliatum sibi Henri-

Henricum Mathildæ consilij, quemdam miserit, ad coronam illi auferendam, & adversus Imperatorem ei fuerit rebellionem: ipsemet etiam Rudolpho, qui in locum Henrici successus fuerat, in acie vulnerato, paulò ante mortem fatente, se injustè ex jussione & mandato Pontificis rebellasse; veluti referat Hemoldus *Chronici Sclavonici lib. 1. cap. 24.* imò ipsemet Gregorio morti proximo, eorum, quæ contra Henricum IV. tentaverat, penitente; uti refert Sigebertus in *Chronico.* Unde concludit Ellicius. Quis ergo non videat, pluri fieri debere morientium Henrici adversariorum verba eo tempore prolata, quo verum eorum excutuntur peccata voces, ceteri auturque persona, atque rei veritas; quam quæ ipsi odijs, & ambicione impulsu, scripserunt, aut gesserunt?

63. Quarto proinde Ellicius Conciliorum, nempe Romani III. & VIII. sub Gregorio VII. Beneventani sub Victore III. Placentini, & Claronontani sub Urbano II. iterumque Romani sub Paschali II. decreta elidere nititur, tum quòd majoris fieri non debeat istorum Conciliorum autoritas, quam ipsorum Pontificum, quorum autoritate convocata sunt, ipsique opponi posse Concilia ab Henrico convocata, quæ in Pontificem sententiam tulerunt; Wormatiense scilicet, Papiense, Moguntinum, Brixienle, & Moguntinum alterum, in quo Brixienlis Concilij sententia est confirmata.

Pari modo pro quinto Authoribus, qui Gregorij VII. factum approbaverunt, scilicet Mariano Scoto, Lamberto Schafnaburgensi, Anselmo Cantuariensi, & Lucensi, Gebertardo Salisburgensi, Stephano Albertiadenli, Leoni Ostiensi, Othoni Frisingensi, Dodechino, & Abbati Urspergensis reponit Ellicius, hos perinde, ac Bellarminus Bennonem Cardinalem, aliosque Scriptores, uti suspectos, rejicit, posse plerisque ex illis, qui Gregorij partes lequebantur, meritò repelli: quippe cum eo tempore omnes fere Scriptores vel Imperatoris, vel Pontificis partes acriter tutati sint, ut testis est Anonymus in *vita Henrici IV.* Et primò quidem Mariani Scoti autoritatem nullius esse momenti, cum favorit ipse rebellibus Saxonibus, & defectionem eorum probaverit. Pariter Lucensem Anselmum, Gregorij VII. Patronum fuisse, uti testantur Sigebertus, & Trithemius, nec adeò ejus autoritatem majoris esse momenti, quam Gregorij. Gebertardum quoque eodem munere sanctum esse, ac disputasse cum Victorone Moguntino Archiepiscopo: Lambertum quoque Schafnaburgensem, aliosque Scriptores ob Investituram, & tentata in Gregorium, damnasse Imperatorem, at ejus exauthorationem non omninò approbare, sed historicè tantum referre. Multos verò Authores Henricum etiam post hanc exauthorationem appellare Imperatorem, inter quos Anonymum *hist. Franciæ* Scriptorem apud Duchesnum t. 4. observare, quòd excommunicatio, quæ totum Ecclesiæ statum turbasset, à Gregorio lata fuerit contra totius pene Concilij voluntatem. Albertum Aquen-

sem *lib. 1. cap. 7.* Guibertum Novigentinum *lib. 3. cap. 2.* Guilielmum Tyrium *lib. 1. cap. 13.* & *lib. 9. cap. 8.* Othonem Bambergensem *epist. ad Paschalem II. anno 1102.* Sugerium in *vita Ludovici VI.* & alios, factum Gregorij, velut novum & inauditum, reprehendere.

Nec pro sexto, ait Ellicius, juvare, si repnatur, nonnullos equidem existimasse, illam adversus Henricum Gregorij sententiam fuisse injustè latam à Pontifice, nullum tamen fuisse, qui dubitavit, potestatem esse Pontifici, Reges deponere, dum ipse etiam Henricus in epistola quadam, eo tempore, quo Gregorio maxime offensus erat, scripta, agnovit, in materia hæreseos id fieri posse. Etenim ex opposito stare quamplurimos Authores, qui non modò injustam, sed & illicitam existimaverint Henrici exauthorationem; veluti sunt Anonymus in *hist. seu apolog. vita Henrici.* imò ipsemet Gregorius in *epist. 21. lib. 8.* & *lib. 7. epist. 3.* Nec porò attenuandum esse, quæ Henricus, aut alij Imperatores rerum suarum necessitate locuti, dicere, premittere, aut facere potuerunt; cum omnes sciant, iniquum omninò esse, ex conditionibus per vim extortis, aliquid Juris assumere. Quòd verò additur, Henricum eo tempore, quo maxime erat Gregorio offensus, agnovisse, in *causa hæreseos Reges & Imperatores deponi posse:* id tantum dubitanter ab illò dictum esse, aliunde probando, id minimè fieri debere, & in Ecclesià factum non esse: quemadmodum patet ex *epistola post Synodum Briacensem* scripta, ex qua videre sit, Henricum per concessionem tantum, ac secundum principia Gregorij & Romanorum, fateri, ob fidem deponi posse Reges, sed non dicere, à quo deponi possint: imò statim addere, à Deo deponendos esse, idque probare tum exemplo Juliani Apostatæ, quem Patrum traditio solè Deo judicandum reliquerit, tum Beati Petrij Regem honorificandum esse, asseverantis:

#### Refutatio istarum exceptionum.

Primò namque ex ipsamet Ellicij relatione historica manifestum redditur, Henricum IV. de Simonia, & immunitatis Ecclesiasticæ temeratione à Gregorio VII. ex correctionis Evangelicæ normæ à Christo institutæ primitus admonitum, si pergeret in Episcopatus & beneficij Simoniacè conferendis: Ecclesiasticarum insuper pœnarum comminationibus, exinde graviore etiam legationis Apostolicæ auctoritate fuisse absteritum, sed hinc exasperatum, Wormatiæ indixisse Concilium, in quò Gregorius variorum flagitiorum accusatus, fuerit depositus, missa etiam Romam legatione cum contumeliosis literis, quibus denuntiabatur, ut se Episcopato abdicaret. Quibus secundum ipsius etiam Ellicij confessionem, ita se habentibus, dum non Ecclesiastica duntaxat jura pertinaciter infringebantur, sed vicaria Christi potestas enormissimè violabatur, num fas erat Gregorio, non vibrare virgam coercitivam *Matth. 18.* Ecclesiæ sanctæ demandatam, sicque non excommunicationis duntaxat ferre sententiam. *sed gladium Impè-*

ratoriæ potestatis, quem Henricus adversus sanctam Ecclesiam strinxerat, ex ejus manu rapere, per illam super *Quodcumque in terris Morale*, atque adeo super gladium illum Imperatorium, tantæ nequitie *moralitate* in Ecclesiæ ac Religionis publicæ perniciem vergente contaminatum, protendi potentem, Petro, ejusque successori Romano Pontifici à Christo concessam auctoritatem; solvendo adeo, sicque perimendo in Henrico jus Imperatoriæ dignitatis? Quod ergo Henricus absque ullo jure, imò contra expressum jus *Divinum*, præsumperat in exauthorando Gregorio, hoc ille Summus Pontifex, summo Vicariæ Christi auctoritatis jure, in perfidum illum Imperatorem meritò retorfit cum Concilio Romano, ipsum non excommunicando duntaxat, sed etiam deponendo à Cæsareæ Majestatis sublimitate.

67. Sed quid vituperio dignum postea egisse, dicendus est Gregorius, quando Henrico suppliciter non absque difficultate, veniam quidem concesserat, sed jus Cæsareæ Majestatis ipsi ademptum, necdum restituerat, animadvertens, ex sua non tam inclementia, quam iustà ad scelera enormitatem magis ostendendam, prius proficua retardatione, Henrici animum (uti Eliesius ait) esse exacerbatum, ut maturè sibi prospiceret, Rudolphum Ducem Saxonie sollicitavit ad capessendum Imperium; atque hunc à Saxonibus electum, in altero Romano Concilio confirmavit, renovatà in Henrico Summi Pontificatus tam iniquum aggressorem, Ecclesiæque adeo sanctæ publicum hostem sententiâ, dum præcipue illius fautores tum Moguntia, tum Buxiæ congregati Episcopi, Gregorij depositionem iteratò molientes, præsumperunt eidem opponere Antipapam Guibertum Ravennatem Episcopum, Victori etiam III. postea infestum, maximæque per Italiam hostilis fragis manifestum reum, meritoque adeo anno 1088. ab Urbano II. denuò condemnatum, eò quòd ex hoc Antipapa, ejusque postea successoribus Atellano, & Maginulpho continuatæ fuerint adversus Romanam Ecclesiam, ejusque legitimum Caput, atrocissimæ hostilitates? Quare iniquissima est, quam Eliesius facere nititur, cladum & calamitatum tum Imperio, tum Ecclesiæ ex Henrici IV. adversus Gregorium VII. machinationibus imminentium compensationem, prætexendo, utrinque præter jura, ac præter æquitatem omnem, plurima crudeliter, ac impiè gesta esse, cum tamen ex prædictis manifeste pateat, pro Gregorio stetit summum jus tam æquitatis, quam Vicariæ Christi auctoritatis: cum econtra in Henrico Ecclesiæ Romanæ, ejusque Pontificatus hoste publico, tam iustitiæ, quam potestatis, erga Summum Pontificem non nisi arrogatæ, ratio evidenter nolcatur defecisse.

68. Hinc ergo pro secundo ijs, quæ Eliesius secunde exceptionis loco de investituris opposuit, ex pag. ad tertium Operis nostris articulum, undecimam 34. de Regalia disquisitionem, rejectis, unice restat examinanda calamitatum, cædum, seditionum, ac rebellionum Gregorij VII. in Henricum

IV. sententiæ, ab illo Authore imputatarum deploratio, quam hocce Theologico argumento retorquemus. Si namque sub formâ per Christum *Matth. 18.* sanctità, servato seu *Divini*, seu *naturalis*, seu super hisce fundati *Canonici Juris* debito ordine, Summus Pontifex procedat adversus Regem, seu Imperatorem. *Juris Divini* temerariem, eousque progressum, ut Ecclesiam audire contumaciter detrectet, indeque ex Christi jussu Communionis Christianæ jure destituatur, seu excommunicetur, sed necdum correctus, quinimò in sensum reprobum datus, sacre Religionis ac Ecclesiæ interitum, quantum in se est, perversâ suâ contumaciâ moliat, sicque adeo in eo statu positus, ut meritò perferat illam à Christo Apostolis *cit. cap. 18.* commissam, & super *Quodcumque in terris seu solvendo, seu ligando* protensam virgam coercitivam: num propterea, si Pastor Ecclesiæ Oecumenicus, in viillius Apostolicæ auctoritatis, & publicum sacre Religionis, seu Summi Pontificatus hostem liger censuris, & subditos solvat juramentorum, seu homagiorum vinculis, imò jus Regiæ potestatis tot sceleribus contaminatum, ab homine sibi subiecto adimat, numquid vel Christo, qui taliter procedendi mandatum fecit, vel ejus Vicario, qui potestate sibi Divinitus commissi officij uti compulsus, tali modo processit, imputanda erunt mala inde provenientia? Vel non potius, dum Pontifex stringit gladium ad malos extirpandos, communionemque fidelium, ne boni ab ipsis præcipitentur in ruina, privandos, eosque, ne potestatis temporalis gladio adversus sanctæ Ecclesiæ pacem, & Religionem publicam liberè abuti possint, exauthorandos, ipsissima hæc iustitiæ adversus Ecclesiæ sanctæ rebelles, publicæque Religionis perturbatores, demonstratio, ex se ipsa est tantum bonum, ut in respectu illius *quoad moralem imputationem*, haudquaquam prævalere possint mala *per accidens*, & non nisi ex pravorum Ecclesiæ rebellionum contumaciâ provenientia? Hæc igitur, mi Eliesi, expendas, & facile intelliges, quas Imperij, ac Ecclesiæ calamitates Gregorio VII. imputabas, in ejus Pontificæ Majestatis temeratores merito retorqueti.

Tertiò proinde conveniens esset, mi Eliesi, ut discerneres illud, quod Gregorius VII. egit ex Cathedræ Apostolicæ potestate, & ex propria affectionis voluntate, quemadmodum Evangelista in ipso etiam Caipha, cum esset anni illius Pontifex, actum ex hoc munere per Divinum quoque instinctum moderato promanantem, eatenus discevit ab illius contra Christum attentatâ nequitia, ut etiam prophetizasse dilatur ab Evangelista. Quando igitur *superius* oltenlum est, ex qua auctoritate, Clavium scilicet Regni Calorum, solvendique super *Quodcumque in terris Morale* protensâ potestate, iustitiæ ac Religionis publicæ rationibus exigentibus, sententiam tum excommunicationis, tum depositionis Gregorius VII. protulit adversus Henricum, cujus nefanda iterum scelera

scelera in epistola Ludovici Comitis contra VValtramum à Baronio ad annum 1090. relatâ insigniter descripta cernere licet. Ideo quantumvis verum esset, quod affingis Gregorio, tibi jure merito reponeretur illud S. Augustini adversus Donalistas effatum. Quid tibi fecit Cathedra Apostolica, ut hujus actus, de Conciliorum quoque legitimorum consilio & comprobatione adversus Henricum factos, everfos, contra verò Henrici pertinaciam & malitiam defensionem velis?

70. Verùm si non jam Cathedrâ Apostolicâ actus publici, sed ejusdem vita privata in Gregorio expendantur, hujus ab Adversarijs frustra impugnatam innocentiam, egregie tuetur Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 13. ad quem, utpote ne in apice quidem validè confutatum, remitto Lectorem. Cui suffragatur visio Divinitus facta à Leone Otienensi lib. 3. cap. 53. adducta, ex qua reddebatur manifestum, res à Gregorio gestas Divinitus etiam comprobatas fuisse; uti videre licet etiam ex Baronio ad annum 1084. Quantumvis proinde verum esset, quod ab Henrici fautoribus, uti Baronius ad annum 1080. asserere consuevit, ac si Rudolphum in vita sua exitu poenituisse, quod contra Henricum Regem insurrexisset: *Dexteram, quâ ipsi juraverat, dicendo: in seculo Dei iudicio abscissam se pati.* Quantumvis insuper verum esset, ipsum quoque Gregorium morti jam proximum poenituisse eorum, quæ non tam ex Cathedrâ Apostolicâ autoritate, quam ex subreptione suæ private fortassis personæ aliquando obrepente, poterat ex conscientie teneritudine sibi visus fuisse minus rectè peregrisse: ex hisce tamen allegationibus plus non evincitur, nisi quod Gregorius Magnus antehac scriperat: *Consentias sicut timoratas, ubi culpa non est, sibi metueri: dum cateroqui præinsinuat Ludovicus Comes in suis ad VValtramum litteris Papam Gregorium, & Regem Rudolphum de odio erga Henricum, ac de pessimo hinc interitu damnatos, eatenus vindicat, ut in ipsius locus fuerit illi Psalmidico effato: Nonne, qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Persecuto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi: ac propterea illa de Gregorij & Rudolphi interitu exprobratio, ac de Henrico pro tunc superstite gloriatio, non plus faciendâ fuerit, ac si quis Neronem, quia Apostolis Petro & Paulo, aut Herodem, quia Iacobo Apostolo supervixerat, beatum propterea proclamaret.*

71. Sed mi Elliesi, pro quarto hinc te convenio, ut ipsemet ad mentem reducas, quod progressus fueris, dum etiam Concilia Romana III. & VIII. sub Gregorio VII. Beneventanum sub Victore III. Beneventanum, Placentinum & Claromontanum sub Urbano II. iterumque Romanum sub Palchali II. non alio prætextu contendis rejicere: nisi quod majoris eorum autoritas fieri non debeat, quam ipsorum Pontificum, quorum autoritate convocata fuerunt? Oportet, ut sistas hæc, & consideres, si tali ratione liceat non Apostolicam duraxat tot Pontificum, sed ipsorum etiam Con-

ciliorum ab hisce convocatorum autoritatem elidere, nil jam tutum fore in Ecclesia, ac frustra à Clero Gallicano jam moveri quæstionem de Conciliorum non acephalorum, sed cum Capite Ecclesiæ coadunatorum supra Papam superioritate, si non tantum Capitis hujus, sed totius etiam Concilij autoritatem tam leviter tractare, imò Concilia hujusmodi comparare liceat Conciliabulis ab Imperatore schismatico, proptereaque jussu exauthorato, coactis ad obrudendos, seu fovendos Antipapas?

72. Nec pro quinto æqua est tua quinta exceptio, quâ niteris, Authores integerrimos, quorum pro Gregorio assertiones à Bellarmino sunt deductæ, æquiparare cum Bennonis Cardinalis, aliorumque Henrici partes tuentium attestacionibus, quamdiu, quod hactenus non fecisti, nec solidè facere unquam poteris, legitimæ adversus hos exceptionis argumenta tam fortia, per dictum Bellarminum exposita, non efficaciter refutaveris. Quando causaris, omnes ferè Scriptores vel Imperatoris, vel Pontificis partes acriter eo tempore tutatos fuisse, ut vel hinc autoritatem Scriptorum pro Gregorio stantium infringas, oportuit, te causâ vel æquitatem, vel iniquitatem ex una alterave parte subsistentem, æquiori oculo expendisse, dum ex Gregorij parte autoritas Apostolica, ex parte autem Henrici contra Divinum, humanumque Jus prius jam arrogata in Summum Pontificem potestas: iterum ex hujus parte tam enormia facinora, & sacrilegia, etiam simoniam cum schismate, ne dicam, hæresi conjuncta: ex illius autem parte virga tantorum scelerum ex Christi præscripto coercitiva noscitur intervenisse,

73. Et hinc, quam sexto loco Elliesius extenuat propriam Henrici Imperatoris de Summi Pontificis ad Reges, ex causa saltem hæreseos, deponendos potestate confessionem, asseverare hanc oportet, ita Juri Divino per Christum constituto, consentaneam fuisse, ut consequenter frustraneæ sint, quæ consuevit adversus illam, exceptiones, quemadmodum ea etiam, quam idem Elliesius præced. cap. 4. §. ult. opposuit novitatis objectionem, validè à nobis ibidem confutata cernitur.

## ARGUMENTUM II.

Petitum ex Friderici I. & Friderici II. depositione.

74. A Uthor dicti tractatus de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ cit. lib. 4. cap. 5. argumentatur tum ex Concilio Lateranensi sub Alexandro III. quod anno 1168. Fridericum I. Imperatorem excommunicavit, ejusque subditos à fidelitatis juramento absolvit. Quæ legitimè præstita fuisse, agnovit Fridericus, quandoquidem Pontifici se humiliter subjiciens, sententiam revocari exoraverit. Tum ex Concilio Lugdunensi sub Innocentio IV. à quo sententia depositionis in Fridericum II. & absolutio subditorum à juramento fidelitatis decreta fuit.

## Exceptio Elliesij.

75. **P**rimò equidem Author iste nihil reponit adversus ea, quæ de Friderico I. fuere addacta; attamen circa Othonem IV. à pag. 545. & postea circa Fridericum II. à pag. 545. talem facit relationem, ut præfatum Othonem contendat, nunquam fuisse legitimum Imperatorem, de Friderico autem II. asserat, ubi Investituras contumaciter sibi arrogasset, & Pontificem Honorium III. de his admonentem sprevisset, anathemate fuerit primùm percolus, posteaque contumaciâ crescente, privatus Regno & Imperio, universis Imperij & Regnorum suorum subditis absolutis à juramento fidelitatis. Exinde præfatus Elliesius in Honorij successorem Gregorium IX. durius cum eodem Friderico agentem, graviter invehitur, atque istius ex autoritate Imperatoris partes manifestè suscipit. Sed quia ejus historica relatio apertè evanescit ex ijs, quæ Author Regalis Sacerdotij lib. 1. §. 7. n. 1. fufius exponit, ad eum ab Elliesio nullatenus confutatam, remitto Lectorem, ne præter necessitatem longior hic esse debeat, dum præcipuè causam Friderici Concilium Generale Lugdunense sub Innocentio IV. postmodum condemnavit, latâ in illum sententiâ tenoris miseris referendi, ex quo manifesta redditur iniqua ejus Imperatoris defensio.

76. Verùm pro secundo Elliesius à pag. 551. non veretur excipere, quòd sententiâ præinsinuata non à Concilio, sed ab Innocentio lata fuerit, Synodo eam neque examinante, neque confirmante; sit autem necessum, ut decretum aliquod Concilij auctoritatem obtineat, Conciliariter id examinari, singulis Patrum rogatis ad dicendam sententiam, neq; verò quidquam horum circa illud negotium contigerit in Concilio Lugdunensi. Addit is Author, istud Concilium non immeritò negari fuisse Generale, cum non omnes Christianitatis Nationes ad id vocatæ fuerint: quinimò, licet Generale fuisset, dici posse, quòd in præfenti quæstione, utpote non tam Juris, quam Fædi, errare poterit, quippe cum in ea Synodo non de jure Pontificis, sed hoc præsupposito, quæsitum sit; utrum Fridericus ob crimina ibi allegata divus esset devovendus?

## Refutatio istarum exceptionum.

77. **E**Xordiando à postrema exceptione, remitto Lectorem ad ea, quæ tum in præfentis articuli discussione antecedenter dixeramus, tum fufius circa secundum de Concilij, & tertium de infallibilitate Papæ, ex cathedra Apostolica definentis, fufius disseremus de isthoc quæstionis puncto, quomodo in ijs, quæ Fædi sunt, ubi cum fidei principijs sub prudentiali non naturalis duntaxat, sed supernaturalis ordinis lumine, per Spiritûs sancti assistentiam, ab ipsomet Christo repromissam, conferuntur, sit in Papa & Concilio infallibilitas præfate decisionis, ab omni materiali falsitatis concrectione depuratæ per directionem Spiritûs sancti, de quo Christus Joannis 16. dixit

Apostolis, fore, ut doceret omnem, adeoque præfaticam etiam, ex Fædo aliquocum Divini luminis principijs per prudentiam infusam conferendo, subsistentem veritatem.

78. Quo jam præsupposito, dum ex fundamentis articulo secundo deducendis, etiam patebit, Oecumenici Concilij character fuisse in præadducta Lugdunensi Synodo, sufficere pro primo; præfaticam ejusdem Concilij sententiam, relata in Cap. Ad Apostolicæ. De sent. & re judic. in 6. proferre in medium, ad ostendendum, tum quòd ista decisio verè fuerit non solius Innocentij, sed Concilij: tum quòd præinsinuata Authoris Regalis Sacerdotij, non verò Elliesij relatio historica, nitatur veritate, summæque justitiæ, ac æquitatis ratio esflagitavit eam Decretalem, Friderici condemnatoriam, quæ ita se habet: Cum dura guerrarum commotio nonnullas professionis Christianæ provincias diutius afflisset, nos ad Fridericum precipuum Principem secularem, dissensionis, & tribulationis auctorem, à felicitis recordationis Gregorio Papa IX. Prædecessore nostro pro suis excessibus anathematis vinculo innodatum, speciales Nuntios, & magnæ autoritatis viros duximus destinandos &c. Nos itaque super præmissis, & quàm pluribus alijs ejus nefandis excessibus cum Fratribus nostris, & sancto Concilio deliberatione præhabita diligenti (quomodo autem isthæc cum sacro Concilio deliberatio substitisset, si, ut Elliesius gratis præten dit, singulorum etiam Patrum suffragia non fuissent postulatæ?) Cum Iesu Christi vices, licet immeritis, teneamus in terris, (En Oecumenici Concilij characterem ex vicario Christi nomine subsistentem) nobisque in Beati Petri personâ dictum sit. Quodcunque ligaveris super terram, ligatum erit & in cælis. Memoratum Principem, qui se Imperio & Regnis, omnique honore & dignitate reddidit indignum, omni honore & dignitate privatum à Domino offendimus, & denuntiamus: & nihilominus sententiando privamus omnes, qui ei juramento fidelitatis tenentur adstricti, à juramento hujusmodi perpetuò absolventes, autoritate Apostolicâ firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero sibi tanquam Imperatori, vel Regi pareat, & intendat. Decernendo, quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori, vel Regi consilium, vel auxilium præstiterint, seu favorem, ipso factò excommunicationis sententiæ subiacere. Illi autem, ad quos Imperatoris spectat electio, eligant liberè successorem.

79. Ex qua proinde Decretali pro secundo ad intentum nostrum ita licet argumentari. Etenim ex ejus Canonicâ intrâ Concilium Lugdunense editæ sanctionis litterâ clarè constat, ejus fundamentum reduci in hoc fidei principium, quo credimus, Summum Pontificem Christi in terris agere vices, ipsique in persona Petri dictum esse: Quodcunque ligaveris, seu solveris super terram, erit ligatum, vel solutum in cælis. Quis verò negare audeat, sub isto quocunque, quod est in terris Morale, contineri actus morales publici quoque à Rege promanantis regimini; & dignitatis Regiæ ad hanc individuam personam, quæ ex æquitatis ratione faciendam applicabilitatem, ejusque in Rege Ecclesiæ sanctæ perseverantiam

Moralem? Sub illo adeo fidei principio, per eam sanctionem Synodalem expendebatur Imperatoris ex facinoribus suis indignitas. Cujus judiciaria proinde discussio, licet fuerit dependens à probationibus, quæ intra prudentiæ naturalis spheram non supergrederentur *moralem certitudinem*, attamen hoc Oecumenici Concilij, unâ & Summi Pontificis iudicium, per Spiritûs sancti gratiam ita depurabatur à *materiali*, falsitatis periculo obnoxia concreione, ut altior prudentiæ infusæ commensurata certitudo *practica* omnimodam falsitatem excluderet, utpote per Dei instinctum efformata, & cum illo fidei principio collata, sicque sub formâ *virtualiter* saltem syllogisticâ progredieretur ad concludendam sententiam, adversus Imperatorem *judicialiter* ferendam sub verâ lumini supernaturali innixâ consequentiâ Theologicâ.

80. His pro *tertio* suppositis, discutienda foret relatio, quâ Elliesius à pag. 552. Ludovici Imperatoris exauthorationem improbabat, sed certis de causis malo circa hoc Lectorem remittere ad ea, quæ Author *Regalis Sacerdotij* cit. lib. 1. §. 8. discussit. Quæ verò idem Elliesius à pag. 560. profert circa Bonifacij VIII. Extravagantem *Unam sanctam*. De *majoris*. & *obed.*, ea à nobis fufius expensa cernere licet in *present. Summarij* cap. 2. §. 4. n. 5. ac seq.

## §. IV.

Quantum ad *præsens institutum momentum* sit ex Concilio Lateranensis, Constantinensis, & tandem Tridentini sanctionibus mox adducendis?

## ARGUMENTUM I.

Petitur ex duplici Concilio Generali Lateranensi.

81. Auctor *Regalis Sacerdotij* cit. cap. 5. ita pergit argumentari. Concilium Generale Lateranense sub Alexandro III. cui plurimi Galli interfuerunt, Can. ult. decernit: *Relaxatos autem se noverint à debito fidelitatis, ac dominij, & totius obsequij, donec in tanta iniquitate permanserint (Domini temporales) quicumque illis aliquo pacto tenentur annexi.*

82. Alterum porrò Lateranense Concilium anno 1215. celebratum sic decernit Cap. 3. *Si verò Dominus temporalis requisitus, vel monitus ab Ecclesiâ, terram suam purgare neglexerit ab hæretica fæditate, per Metropolitanam, & ceteros provinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur, & si satis facere contempserit infra annum, significetur hoc Summo Pontifici, ut ex tunc ipse vasallos ab ejus fidelitate denuntiet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam ex terminatis hæreticis, sine ulla contradictione possideant. &c.*

Exceptio Elliesij.

83. Nihil contra prius, sed posterius hęc relatio Lateranense Concilium excipit Elliesius.

sus. *Primò* nec Ecclesiam, nec Concilium Generale eam repræsentans, quidquàm habere juris in temporalia Regum Bonâ, nec de ijs statuere posse, quippe cum Regum potestas *immediatè* à Deo sit, nec adeo eam ijs auferre, aut aliquid juris alteri in eam tribuere posse, præter ipsummet Deum.

84. *Secundò*. Illum Canonem non fuisse ab Universalis Concilio Conciliariter, sed à solo Papa conditum, Nauclero, Platinâ, Jacobo Muldemptio, & Matthæo Parisiensi attestantibus, in eo Concilio multa consultata, sed pauca esse conclusa: ad stipulantibus ejusdem Synodi Canonibus 29. 33. 41. 42. 61. & 66. utpote qui universi Canones demonstrant, quod sint opus Innocentij III. partim in ipso Concilio, partim post Concilium, editum. Nec denique Canonem illum esse de dogmate, sed disciplina, neminem verò dubitare, quod Concilium etiam Generale errare possit in disciplina.

Refutatio istarum exceptionum.

85. *Primò* namque Elliesium, qui antehac in Rege Franciæ Childerico deponendo & subrogando Pipino, Statuum Regni auctoritatem intervenisse contendebat, convenio, qualiter sua *prima* hęc opposita exceptio conveniat cum illâ tam solenni assertionem suâ? Et quia Romano populo in Imperio Græcis adempto, & in Carolum Magnum translato primas attribuerat partes, rursus ipsum convenio, sciscitando, qualiter hoc assertum suum subsistat cum principio proximè tradito, quò nititur inferre ex hoc, quod Regum æque ac Imperatorum potestas sit *immediatè* à Deo, neminem, præter ipsummet Deum, posse eam potestatem illis auferre, aut aliquid juris alteri in eam tribuere? Sed hæc in anterioribus multum de jam discussa fuerunt, quomodo scilicet non tam Regia potestas in se ipsâ *formaliter*, quam *concretè*, prout est in hoc sanctæ Ecclesiæ subjacente supposito, quoad *publici etiam regiminis*, moralisque in hac individua persona subsistentiæ moralitates, subsit sanctæ Ecclesiæ tum virgæ coercitivæ, tum Pastoralis officij Oecumenicæ auctoritatis.

86. Pro *secundo*. Ipsa Concilij prætaçti Acta publica tom. 3. par. 2. edit. Colon. à pag. 682. relata, dum decreta sub ejusdem Concilij nomine exhibent, eo ipso probant, esse Conciliariter conclusa. Nec obstat, quod inter multa, quæ fuerunt consultata, non nisi pauca (ea utique, quæ *dicto loco* recensentur) fuerint conclusa: his namque Concilium suam quoque imperitijse auctoritatem, liquet ex præallegatis Canonibus; quippe cum in 29. dicatur: *De multa providentia fuisse in Concilio Lateranensi prohibitum*. Et in 33. jubeatur *observari mediocritas in Concilio Lateranensi definita*. Item in 41. asserat Pontifex: *se judicio Synodali deservire*. Rursus in 46. voluisse Lateranense Concilium *immunitatè Ecclesiasticæ providere*.

87. Tametsi porrò Canon in argumento *superius* exposito adductus, loquatur de disciplina: quia tamen hæc *substantialiter* subsistit ex D d hone-

honestate morum per ipsum fidei lumen nobis tradita, consequens est, si Concilium Generale in Ecclesiastica disciplina efformanda substantialem errorem committeret, hunc redundaturum esse contra dogmaticam quoque fidei veritatem; falsissimumque aded est, quod Elliesius pro indubitato supponit, nempe Concilium etiam Generale in disciplina Ecclesiastica errare posse.

88. His ita constitutis, pro tertio lubeat præadductam Concilij Lateranensis cit. cap. 3. De hereticis. latam constitutionem ad fidei principia reducere, disquirendo; *An sacrosancta hæc Synodus Generalis eâ sanctione intenderit, præceptum aliquod imponere, præscribendo modum, quo Papa procedere deberet adversus Dominos temporales, hæreticorum fautores?* Pro quo elucidando, sequens exhibetur dissertatio. Quandoquidem enim sacro illi Concilio notissimum fuerit fidei principium de Ecclesiæ Clavis cum indefinita super Quocunque, quod in terris est Morale, protensa ligandi & solvendi potestate, legitimo Petri Successori competente, ideo nefas foret, dicere, Patres Concilij non tam respectasse ad illam Papæ auctoritatem, quam ex Concilij propria auctoritate fecisse ipsi jurisdictionis suæ delegationem, decernendo, si Dominus temporalis ob hæreseos fautoriam excommunicatus, infra annum non satisfecerit, Summus Pontifex vasallos ab ejus fidelitate absolutos denuntiet, facto mandato, ut terra illius occupetur à Catholicis. Quare in vi hujus sanctionis dicendum est, Concilium illud Oecumenicum, ipso etiam Vicario Christi nomine, seu auctoritate fultum, unice intendisse, ut pro illo incorrigibilitatis casu excitaret Papæ Oecumenicum Pastorale officium, cum ejus indefinita ligandi & solvendi potestate, ad eo modo, quo ibi præscribitur, procedendum adversus Dominum temporalem, de hæreseos fautoria convictum. Quare per hoc decretum, Pontificiæ auctoritatis excitatorium, redditur manifestum, quod Concilium illud Oecumenicum agnoverit, & sanxerit, tum suam, tum etiam Papæ auctoritatem protendi super Dominos temporales, eosque supremos, nec non super eorum dominia temporalia, ac territorialia, seu Regia, quâ moralitatis ratione, Regni calorum claves respiciente, supervestita, ita ut in vi hujus auctoritatis suæ, Concilio ita decernente, conveniat Papæ, facere mandatum, de terris illis per alios occupandis.

89. Et hinc rursus patet, quàm inconveniens, in ipsum Regem suum redundans, sit Elliesij cavillatio, dum ait, injustam fuisse Ditionis ad Raymundum Comitem Tolosanum spectantis, ex causa hæreseos, cui iste favebat, à Concilio Lugdunensi decretam translationem in Comitem Montisfortis ex profligatâ Albigenis hæresi, singulari præmio dignum, interveniente licet ipsius etiam Regis Franciæ beneplacito, & auctoritate. Quæ injustitia, erga prædictum Concilium, una & Franciæ Regem exprobat, nullatenus sustineri ex hoc potest, quod sanctus Ludovicus postmodum eum Comitatum sup. dicto, ac supremo Domino aper-

tum denuo restituerit Comiti Tolosano, quando ejus filia Alphonso fratri Comiti Pictaviensi eâ lege, velut is Author dicit, in matrimonium data fuit, ut, si absque filijs ex fratre moreretur, Tolosanum Tractus esset Regum Franciæ. Sic sic aded in apertum prodit debitæ observantiæ in Elliesio fati detestabilis defectus, dum, ut argumenta suæ Thesi adversantia elidat, in proprium quoque Regem, ac Generale Concilium tam turpiter invehitur.

#### ARGUMENTUM II.

Ex Concilij Constantiensis decretis petitum.

Quatuor ad Ecclesiasticam supra Reges auctoritatis probationem, perquam accomodata exempla trahi possunt ex dicti Concilij, ab ipso etiam Elliesio relatis decretis. Primum desumitur ex Sessione vigesima, ubi Fridericus Austria Dux sub anathematis, sacrilegij, & privationis omnium bonorum feudaliū, quæ ab Ecclesia, seu Imperio obtinet, & inhabilitationis ad feuda, & officia, beneficiâque usque ad secundam generationem, nec non honoris & fame, atque communionis in consilijs Principum, penis requirebatur ad restitutionem jurium, & Bonorum Episcopatus Tridentini à se, alijsque occupatorum.

Secundum decretum habetur in Sessione 39. ubi ad præcavendum metum, aut impressionem, quæ Papæ Electoribus sortassis esset inferenda, cavetur, ut, cujusunque status, gradus, aut etiam Imperialis, Regalis &c. præfulgeat dignitate, illas penas ipso facto incurrat, quæ continentur in constitutione Bonifacij VIII. incipientes: Felices. Ubi privatio Bonorum, tanquam poena statuitur.

Tertium decretum extat in Sess. 17. Ubi Concilium panam excommunicationis, & depositionis statuit in eos, qui impedirent Sigismundum Romanorum Regem proficiscentem ad Regem Arragoniæ pro pace Ecclesiæ.

Quartum decretum desumitur ex Sessione 14. Ubi in eos, qui Concilium turbaverint, statuitur; *Ut sint perpetuo infames, omnique dignitate, statu, honore, officio, & beneficio, Ecclesiasticis & secularibus, etiam Imperialis, Regalis &c. dignitatis existant, ipso iure sint privati.*

#### Exceptio Elliesij.

Hic Author præf. pag. 577. excipit primò. In præallegato primo decreto esse sermonem de feudis, quæ Fridericus ab Ecclesia & Imperio obtinebat: esse verò Ecclesiæ, non quæ Ecclesiæ, sed quæ Domino directo, potestatem privandi feudis, eorumque Bonis; quoad Bona autem, quæ Fridericus ab Imperio in feudum possidebat, Concilij sententiam fuisse tantum directivam, ipsius etiam Imperatoris confirmationis adhuc indigam.

Secundò. Constitutionem Bonifacij VIII. in secundo decreto adductam in eos, quorum Regna, vel Imperia ab Ecclesia non pendent, unice statuere penam excommunicationis

cos

eos verò, qui Ecclesiæ Feudatarij sunt, solis Bonis privati.

Tertio. Concilium in tertio decreto non loqui de Regibus, sed de privatis, aut Principibus quibuldam, qui se Sigismundi profectio- ni & iurati opponerent. Neque depolitionis, sed excommunicationis duntaxat sententiam proferre, addendo tantummodò, ut ulterius omni honore, & dignitate, officio, & beneficio, Ecclesiastico, vel sæculari sint ipso jure privati: sub quibus verbis nomine beneficij sæcularis, non esse intelligendum aliud, quam quoddam Ecclesiæ deberetur, & uti feudum ab ea teneretur.

96. Quarto. Verba quarti decreti, lati in eos, qui Concilium turbaverint, esse tantum comminatoria, nec ullum sortiri effectum, nisi forte ex consensu Principum, vel ultroneæ subjectionis. Addit tandem Elliesius, hæc omnia, uti etiam Concilij Basileensis Sess. 39. & 40. decreta similia esse perperam facta, eotempore, quo vulgaris inoleverat opinio, Ecclesiam habere aliquid potestatis in Reges, neque Concilia allata quæstionem istam ex professo definivisse, quippe quam haud examinaverant, sed loqui, uti tunc loqui solebant Ecclesiastici. Quare non posse ea decreta pro definitionibus Conciliariter factis haberi.

Refutatio istarum exceptionum.

97. PRIMò. Ipsamet Decreti primi verba manifestè confutant primam Elliesij exceptionem, cum Fridericus Austriæ Dux, nisi restituat jura, & Bona Tridentinæ Ecclesiæ, privetur etiam feudis Imperij, nec non jure communionis in consilijs Principum, quæ uti temporalia jura sunt, non equidem quæ talia, sed quæ moralitate in Regnum eorum seu ordinabili, seu deordinabili, supervestita, spiritualitatis subeant rationem, ipsomet etiam Elliesio alibi fateri compulso, ut sic subesse authoritati Clavium Ecclesiasticarum, prout in anterioribus ostensum fuit. Unde is Author hic etiam compellitur fateri, Concilij potestatem erga illa jura temporalia fuisse directivam. Sed quid ni, coercitivam quoque agnoscat, dum in vi directivæ ejusmodi potestatis, Fridericus Austriæ Dux transgrediendo decretum ejusmodi, contrahe- ret talem moralitatis à Regni eorum ordine descendentis reatum, ut ex hoc per apertum Christi mandatum Matthæi 18. Ecclesiæ sanctæ factum, hujus virgæ quoque coercitivæ subjaceret?

98. Secundò. Mi Elliesi, dum circa secundum Concilij Constantiensis (constitutionem Bonifacii VIII. quæ incipit: Felix) innovantis, decretum fateris, ibi decerni penas quoque Civiles, puta inhabilitatis ad succedendum, ad testandum &c. Nunquid convinceris, jam profiteri, civiles quoque, penas, atque adeo temporalia Christianorum (quid ni & Regum) jura, in quantum præferunt moralitatem, Ecclesiæ clavibus esse subiecta.

99. Tertio. Elliesius erroris manifestè convincitur, dum negat. Concilij Constantiensis Sess. 17. editum, & tertio loco ab ipso reproductum, decretum complecti Reges, contrarium namque aperte docet ejus littera, taliter sonans: *Ut quicumque, cujuscunque Status, etiam si Regalis*

*&c. qui Sigismundum Imperatorem impederint &c. omni etiam honore, dignitate, officio, beneficio Ecclesiastico & sæculari sit ipso facto privatus.*

Quarto. Dum Elliesius præterdit, verba Concilij in Sess. 14. decreto, quatenus inducunt Regalis quoque dignitatis privationem, esse duntaxat comminatoria, num fas ipsi erat, Synodo isti impingere, ac si in comminatione poenarum, potestatis suæ spheram transgressa fuisset, vel serio non egisset, citra etiam veritatem efficaciam à se intentatæ, utpote importantis privationem ipso Jure incurrendam? Hæc profectò plùs, quam ignominiosa sunt erga sacra Concilia, uti etiam istud, quod in sine subnectit, ac si ejusmodi sacrosanctæ Synodi nixæ fuissent vulgari duntaxat opinione de Ecclesiæ in Reges potestate, absque ullâ rei hujus maturâ examinatione.

Quidni igitur pro quinto sit è contrariò dicendum, Patres in Concilij Generalibus congregatos, sciencio præadducta decreta, attentos fuisse ad potestatis Oecumenicæ sibi Divinitus concessæ authoritatem? Sicuti ergo decreta illa effectivè profuixerunt ex ista authoritate Oecumenicâ, sic eorum resolutio in actu exercito ac virtualiter reducenda est, imò sub prima sua constitutione fuit reducta in fidei principium, quo Concilij Oecumenici authoritas habetur Divinitus constituta. Etsi verò ex Christi Domini Matthæi 18. exaratis verbis constat, Oecumenici Concilij characterem proprium (ex ejus nempe respectu Christus promisit se in Synodi medio futurum) subsistere ex Christi nomine utique Vicario, ejusque adeo in terris relicta Petro, ac ipsius Successori collata Vicariâ authoritate: Hunc tamen characterem ex Martini V. Conciliaria decreta approbantis authoritate, accessisse Concilio Constantiensi, patet ex ejus sine. Quid ni ergo dixerimus, præallegatorum decretorum resolutiones, quæ in fidei principium reducibiles, imò sub ipsa primâ sui constitutione, atque Papæ postmodum secutâ approbatione, reductas in authoritatem Divinitus constitutam, ac fide Divinâ creditam, ex tunc integram obtinuisse Conciliarium sanctionum firmitatem prorsus certam, ac immobilem, quoad authoritatem Ecclesiasticam (ceu decretorum illorum principium) in actu exercito, ac virtualiter ipsdem communicatam?

Hinc pro sexto lubeat concludere, hunc in modum argumentando. Nempe præallegatorum Generalium Conciliorum decreta, sive reducuntur in primum illud fidei principium, quo Ecclesiasticarum Clavium super quoscunque Christiano characterem insignitos, & super quoscunque in terris Morali protensarum spheræ definitur: sive sanctiones illæ reducuntur in prudentialis à Spiritu sancto, Concilij Oecumenici assistente inspirati dictaminis supernaturalis, quasi secundarium principium, sub utraque ista reductione fit resolutio in lumen aliquod Divinum, cujus, & hinc derivatæ conclusionis, seu sanctionis certitudo, longè major est naturali, seu physica, seu metaphysicâ certitudine, ad Theologicæ adeo certitudinis sublimitatem sublevanda.